This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

MORTE TRIUMPHO

Frank. P. Arnold 04
Grad. R. R.
PA
6649
A2
1798

MORTE TRIUMPHO

Frank. P. Arnold
Grad. R. R. I
PA
6649
A2
1798

M. FABII QUINTILIANI

DE

INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI DUODECIM

AD CODICUM VETERUM FIDEM

RECENSUIT

ET

ANNOTATIONE

EXPLANAVIT

GEORG. LUDOVICUS SPALDING A. M.

GYMNASII BEROLINO-COLONIENSIS PROFESSOR.

VOLUMEN II.

CONTINENS LIBROS IV—VI.

LIPSIAE, 1805.

SUMTIBUS SIEGFRIED LEBRECHT CRUSII.

John S. Lawrence Estate
et
5-2-1926

EDITOR
LECTURIS S.

Beneficio celeberrimi Heynii contigit mihi uſurpanda princeps editio ſcriptoris mei a Campano curata (anni 1470) de cujus deſiderio vanas egi tragoedias in prioris voluminis praefatione. Debebat ſperari liber, ubi et repertus eſt, in beatiſſima Georgiae Auguſtae copia. Contendi eum, quam quidem diligentiſſime potui, cum editione Geſneriana, nec vereor ne parum frequentem ejus mentionem feciſſe cenſear in notis. Quae inde praeſidia peti poſſunt prioribus libris Inſtitutionum, ea in fine totius operis maxima cum fide exhibebuntur.

Ioannenſis Codicis interiorem notitiam conciliavit mihi vir juvenis, eleganter doctus, Georgius Butlerus, Univerſitatis Cantabrigienſis alumnus et ſodalis. Impetravit mihi is manu doctiſſimi Porſoni perſcriptam codicis hujus collationem in iis quidem locis, quae a Gibſono negligenter eſſent tractata. Eodem

auctore accuratam lacunarum Ioannenſis codicis deſignationem proponere contingit:

„Incipit a CONSTARET 1, 2, 3. pergit ad „QUODAM 1, 2, 10. abſciſſa ſuperiore folii parte „rurſus incipit a VALET HOC UT 1, 2, 16.

„5, 7, 37 folium deſinit in QUIS NUME: ſequens „amiſſum eſt. MS. incipit rurſus in PARTEM CON„VENIT 5, 10, 13.

„5, 14, 12. Deficit in MUNDUS IGITUR ANI„MAL. Sequuntur, nullo lacunae indicio, 8, 3, 64. „EX HIS QUAE NON DICTA SUNT.

„8, 6, 17. deficit in SIMILITUDINE, rurſus „incipit 67, SUPERJECTIO.

„9, 3, 2. deficit in ESSET ENIM OMNE, rur„ſus incipit, nullo lacunae indicio, 10, 1, 107 HU„JUSMODI NULLA CONTENTIO.

„11, 1, 71. deficit in CUR ITA SIT PAULO. „rurſus incipit 11, 2, 33 UT DUPLICI MOTU.

„12, 10, 43 MS. deſinit in verba, CUM DE„BEAT DELECTARE.

Immortales gratias non magis ego debeo, quam et poſteri habebunt Ulrico, Turicenſi, qui taedium diligentiſſimae collationis non eſt gravatus in Codice, patriae ſuae magno theſauro. Miſit enim ad me vir humaniſſimus ſua manu notatam totius operis Quintilianei variantem ſcripturam, in qua ſtudium ejus literarum promovendarum ſingularemque ſuſcepti laboris fidem et dexteritatem ſaepe admirari et exoſculari ſubiit. Ultro

agnoſcent periti, quantum profit hic liber reliquiis Quintilianeis, ſinceram ſcriptoris manum toties ſervans in prima ſua ſcriptura, cum reficta illa, quae ſaepe ibi legitur, ſoleat incidere in reliquorum librorum omnium fere ſordes. Haec primae Turicenſis manus praeſtantia mire tamen decoxit in loco Coeliano 4, 2 extr.

Quem ſuperiore volumine poſui meorum criminum libellum, eo ſane non breviorem poteram et hic ſubjicere, ſi praeſertim retractare libuiſſet, quae interjecto non exiguo tempore et aliis et me ipſo admonentibus didici. Cum tamen vix poſſit ſperari, nihil jam erroris in poſterum mihi compariturum, ſatius erit hanc emendationem perfecto operi coronidis loco imponere. Aliqua interim licebit delibare, quae praeſentem prae aliis medelam flagitare videantur. Et primi quidem voluminis maculam eluere cupio eam, quae ingenioſiſſima jam pridem conjectura abſterſa fuit, me quidem ignaro. Nempe paratior mihi, opinor, venia eſt quam Burmanno, ICto (qualem peritiam jactat aliquoties in ridendo adverſario ſuo, Theologo). Poſita eſt, in Schultingii Jurisprudentia Ante-Juſtinianea p. 748, emenda-

tio loci 1, 4, 9 „qua tamen — quaesissemus“ eruta illa a Petri Pithoei sollertia, et quidem ejusmodi, ut commendare eam peritis sit eorundem judicio injuriam facere: „*qua tam „carere potuimus quam PSI non quaerimus.*“ Unam literam *P* de suo addidit Pithoeus, cetera in scriptura Codd. reperies omnia. Ad 3, 6, 93 oblitus sum Asc. Pediani, qui memorat Bruti orationem pro Milone p. 193.

Jam ad loca quaedam hujus voluminis accedo, quae periculosius laborant. Reliqua tardiorem illam curationem, ut quidem spero, opperiri poterunt.

4, 2, 29. Debebat poni locus ex Declamm. ed. Bip. p. 304. Vol. 4. *Jure facimus illud — ut narremus in iisdem declamationibus et contradictiones ponamus etiam a petitore.* ubi haec est Aerodii nota: „Neque hic locus absque illo restitui in Institutio. „lib. 4. cap. 2. neque ille absque hoc facile intelligi „potest. Ait enim eum morem esse Declamatoribus, „ut statim post exordium narrationem subjungant. „*Inde his etiam alia libertas, ut in eadem declama-„tione primum suo, secundo quasi partis suae loco „narrare videantur. — Neque id fit non recte.* Ita enim „lego.“ Redit eodem duplex negatio et, quam nos in textu tenemus, simplex affirmatio.

4, 2, 63. e Codd. inserunimus *cum*. Habes idem laudato Declamm. loco: „illi *cum* proœmio commune „est“ p. eadem.

5 extr. Sic debebat ordinari textus ex ipsis Codd. vestigiis ibi positis: „*Is* tamen habendus *ipsis* mo-„dus.“

6, 3, 78. De L. Varo Epicureo ſecurius expoſui, nullam mentionem injiciens eorum, quae diſputant VV. DD. ad Virgilii eclogam 6. Tenet enim ſententia non paucorum, hunc ipſum eſſe, quem et Virgilius, ibi aliisque Bucolicorum locis, celebravit et Horatius Carm. 1, 18. Epod. 5, 75. Erudita in primis de homine narratio eſt I. H. Voſſii ad Virgilium. Hic quidem omnibus veterum Grammaticorum locis diligenter comparandis eo rem deducit, ut agnoſcatur apud Virgilium Alfenus (ſive Alfinius) Varus, dux copiarum Octaviani dividendo agro Mantuano praefectus, nec negare ſuſtinet eundem deſignari et noſtro loco et infra 10, 3, 8, quanquam tenuia apparere veſtigia. cf. eundem ad Ecl. 9, 27. Varietas ſcripturae non eſt valde notabilis: in poſteriore Vari mentione Turic. et Camp. conſentiunt cum recepta, Guelf. dat *Variis*, Voſſ. 1: et Colbert. *Varrus*. Ruhnkenius ad Vellej. 2, 88, 1 hunc Varum ducem malit agnoſcere interfectorem Caſſii Parmenſis, quam Varium poëtam Tragicum. Heynius (Excurſ. ad Virg. Ecl. 6.) incertis hisce Grammaticorum rumoribus quidquam tribui poſſe negat. Jam noſtram de Varo, Caſſii Severi adverſario, conjecturam diſſidere paulum a Voſſianis cogitatis ultro apparet. Si quid enim recte erui, occaſionem joci fuiſſe in cauſa Aſprenatis oranda, vix fuerit alius gentis hic Varus quam Quintiliae. Alfenus quidem legitimam gentilium nominum formam non habet; quare malis fortaſſe probare alteram ſcripturam *Alfinius*. Nam ut Alfenum cognomen facias ſuperadditum Varo, minus tutum videtur in nimis frequenti ejus mentione, nullo alio adjuncto gentili. Viciſſim, ſi quaeratur de Horatiano Varo, hunc non ſine ſpecie conjungas cum Quintilianeo; quae eſt Maſſoni in vita Horatii opinio. Juniorem Virgiliano facile ſuſpiceris, ex iisdem notis quibus tempora Quintilii Vari, rem male gerentis contra Germanos, et Alfeni ICti excluduntur; cumque Horatius aſperrime inſectetur Caſſium (cf. nos ad 6, 1,

43.) belle congruit amicitia Horatii et ejus, quem oderat Caſſius (vide et Proculejum Caſſio iniquum § 79). Neque enim leves aut parum diuturnas fuiſſe inimicitias Varum inter et Caſſium ſtatuam, ſi ortum habuerunt ex accuſatione Aſprenatis, quem quod reum viderit, vitam ſibi gratulatur Severus. vid. Qu. 11, 1, 57. Reſtat nota ſectae, quae communis eſt Virgiliano Varo cum Quintilianeo (nam Epicureum Virgilii Varum plane mihi perſuadet Voſſius); quam tamen in diverſis hominibus eandem nullo negotio agnoſcas.

Scribebam Berolini die 29. Januarii 1803.

M. FABII QUINTILIANI
ORATORIAE
INSTITUTIONIS
LIBRI XII.

ARGUMENTUM LIBRI IV.

Novam diligenter praecipiendi causam accessisse delegatam scriptori a Domitiano sororis suae nepotum curam. Prooem. — 6. Ipsum operis ordinem jam majora imponere; prooemii, narrationis, probationis, refutationis, perorationis praecepta, de quibus singulis quosdam complura volumina edidisse — Cap. 1. Prooemii etymon et finitio, cum notatione vitiosi scholarum moris — 4 hujus erroris origo et similitudo in foro — 5. Prooemio auditorem praeparari i. e. reddi benevolum, attentum, docilem, a persona — 7 agentis, tanquam viri boni, modesti timidique — 11 patroni partis adversae, in bonam malamve partem — 12 Celsi opinio refellitur — 13 a persona litigatoris, adversarii, judicis — 20. Domo allatam judicis opinionem tractandam, terrendo — 23 favorabilia ex causa decerpendo, cum prudentia et modo — 25 quod utile in primis in causa duriore — 28. Prooemii et epilogi differentia, in miseratione maxime movenda — 30. Praeparari judicem et ab iis, quae adjuncta sint personis et causis, quorum utrorumque species — 32 an ab oratione? — 33. Solicitudine agentis judicem reddi benevolum, sed et attentum docilemque — 34 item brevitatem promittendo et rei summam indicando; facilius quidem a respondente quam a proponente — 37. Nunquam non attentum faciendum judicem; cujus rei varias quidem esse species, unam tamen et constantem naturam — 40. Genera causarum a plurimis constituta quinque — 42. Prooemii species, principium et insinuationem, quarum alteram varie pro re nata tractandam — 45 facilius advocato quam litigatori — 47. Quid declamantibus faciendum — 49. Urbanitate, occupatione contrariorum argumentorum utendum — 50. Apollodoreos censere plus quam triplici modo judicem praeparari; frustra — 52. Se non solum quid, verum

etiam quomodo quidque, faciendum, oſtenſurum — 53. Gratiam exordio contingere extemporalitatis ſpecie, modeſtia, artificii diſſimulatione — 60. Memoriam in eo poſci firmiſſimam — 61. Modum eſſe pro cauſa — 62. Apoſtrophe, aliaeve figurae, an vitioſa — 71. Recte tradita prooemii vitia — 72. Prooemio utrum ſemper utendum — 76. Transeundi ad narrationem ratio — C. 2. Se ſubtiles narrationis diviſiones transcurſurum — 4. Non ſemper narrandum — 9. Nec tamen utique narrationem ſupprimendam a reo negante; quamquam nulla ipſius cauſae narratio contingat — 20. Interdum et rem, quam judex noverit, narrandam — 24. Non utique ſubjiciendam prooemio narrationem — 28. Morem ſcholarum male translatum in judicia — 31. Narrationem oportere eſſe lucidam, brevem, veriſimilem — 36. Lucida quomodo fiat — 40 brevis — 44 non nimis corripiendam eſſe — 48. Longitudinis minuendae artificia — 52. Veriſimilis — 54. Probationem narratione praeparandam eſſe — 61. Magnificentiam, quartam narrationis virtutem, falſo addi — 63 item jucunditatem, evidentiam — 65. Ridicule praecipi, narrationem praetereundam in re, quae ſit contra nos — 67. Res duras, pro generibus cauſarum, varie tractandas — 75. In cauſa conjecturali utique narrandum, ſed cum arte — 82. Aliquando narrationem dividendam, ſingulisque partibus ſubjungendas probationes; ordinem factorum invertendum; plus ſemel narrandum — 88. Falſarum expoſitionum quae ratio — 94. Colores in narrando — 101. Quid faciendum ſi partim pro nobis partim contra nos ſit narratio — 103. Non recte proſcribi ab omni narratione excurſionem — 106 apoſtrophen, proſopopoeiam — 108 argumenta — 111 affectus — 116. Omni gratia et venere exornandam narrationem; in parvis cauſis — 120 in majoribus — 125. Auctoritatem narrantis magis, quam nunc vulgo fiat, conſervandam — 128. Repetita narratio — 129. Unde narrationis initium, ubi finis — C. 5. Excurſiones poſt narrationem ſine discrimine cauſarum vulgo fieri — 4. Nec tamen in univerſum importunas — 9. Praeparationem ante quaeſtio-

nem frequenter utilem — 12. Egressiones per totam causam posse fieri, sed ex media breviores — C. 4. Propositionem non semper necessariam — 3 nonnunquam valde utilem — 5. Propositiones simplices et multiplices — 8 nudas, ratione subjecta, nostras, adversarii, conjunctas — 9. Finem narrationis locum propositionis interdum obtinere — C. 5. Partitionem utilissimam plerumque, nec tamen nimiam — 4. Quando sit omittenda — 19. Ciceronis exempla — 13. In qualitatis et conjecturae conjunctis statibus — 18. Promittendam meliorem propositionem, dum minus grata judici utitur; et simulandam diversam a nostra, litigatoris voluntatem — 22. Quid utilitatis habeat partitio — 24. Hortensii exemplum, etium nimii in partiendo — 26. Lucidam, brevem, integram esse oportere partitionem.

M. FABII QUINTILIANI

DE

ORATORIA

INSTITUTIONE

LIBER QUARTUS.

PROOEMIUM.

Perfecto, Marcelle Victori, operis tibi de- 296
dicati tertio libro, et jam quarta fere laboris parte transacta, novae insuper mihi diligentiae

1. *Marcelle Vict.* Guelf. *Marci V.* cum Jens. (tac. Gesn.) nisi quod hic T pro C. Edd. ante Ald. meae *Marce V.* cum Goth. (tac. Gesn.) qui (ut et ~~Camp.~~) *M.* literam praefert solam. Tarvis. tamen bonam habet scripturam. Jensonianae errorem natum suspicor ab eo qui *Marti victori* jungeret, qualis solet esse imperitia librariorum, universam orationem nequaquam attendentium. Inde propagata sunt Guelf., denique reliquorum vitia. Sed in primi quoque libri prooemio § 6. Goth. (tac. Gesn.) cum Camp. *M.* ubi tamen edd. verum nomen tuentur. In libri §. initio edd. meae (praeter Camp. qui *M.*) ante Ald. omnes *Marce* (de Jens. tac. Gesn.) pro quo *Marcelle* legi debere monet in notis Badius. Nomen omittit Alm. In fine operis itidem *Marce* meae (praeter Camp. qui *mi*) ante Ald. (exc. Jens. et Tarv.) Cod. autem Guelf. *M.* repositum in membrana rasa, recentiore atramento. Goth. ibi majusculis literis manifeste *Marcelle.*

1. *novae — diligentiae.* Miror in nullo libro ostendi *novae — dil.* quod mollius videatur et sanius; nisi forte hoc jam est in *insuper*, ut elegantius fuerit ipsi *diligentiae* suum dari attributum.

cauſa; et altior ſolicitudo, quale judicium hominum emererer, acceſſit. Adhuc enim velut ſtudia inter nos conferebamus: et, ſi parum noſtra inſtitutio probaretur a ceteris, contenti fore domeſtico uſu videbamur, ut tui meique filii formare diſciplinam ſatis putaremus. Cum vero mihi Domitianus Auguſtus ſororis ſuae nepotum delegaverit

ſolicit. quale — emererer. Sic Codd. Camp. At ed. Jenſ. (tac. Geſn.) *ſ. quam quale — emeret.* cum Loc. Venet. (recedit Ruſc. dans *ſ. quam male — emeret*) in quibus emendandis fruſtra laborat Regius, cum Badius Aldinam ſcripturam, quae eſt noſtra, etiam Vallenſi auctore, reponat. Hanc dat Tarv. quoque cf. 5, 11, 19. *noſtra inſtitutio.* Turic. *contra inſt. contenti fore,* Guelf. c. *fore,* cum Voſſ. ſec. (Goth. non addicit.) male. *formare diſciplinam.* Guelf. *informari diſciplina.* Edd. (de Jenſ. tac. Geſn.) meae ante Baſ. omnes *diſciplinam formari* (exc. Bad. qui Regium dare narrat *diſc. formari ſatis putaremur*, quorum poſtremum equidem in ſolo Ruſc. invenio ſed in Vallae Cod. ntrobique activum eſſe et Cerv.). Codd. reliqui *formare*, ut videntur, omnes. Sed transpoſuerunt haec duo vocabula a Stoerio inde recentiores, cum et edd. et Cod. Goth. dent.: *diſc. form.*

2. *ſororis — nepotum.* Sunt hi filii Flavii Clementis et Domitillae neptis Veſpaſiani, alterius Domitillae ſororis Domitiani et ignoti mariti filiae: vid. Sueton. Domit. c. 15. item Dio Caſſ. p. 1112 ed. Reim. eſtisque notr. cf. et praef. noſtram p. 32. 33. Inanis eſt dubitatio Harduini, ullam Domitiani ſororem fuiſſe vix credentis (vid. ejus Hiſt. Aug. ex nummis antt. Gr. et L. p. 740 in ejusdem Opp. Select. Amſtelod. 1709. F.) cum diſerte memoret eandem Suetonius Veſpaſ. c. 3. Nempe hoc erat Pyrrhonem agere contra locupletiſſimos auctores, eccleſiae mancipium fieri, quae fuit vecordia, an malitia, hujus hominis. Revincit ejus commentum ſummus Spanhemius (De Uſ. et Pr. Num. Vol. 2. p. 285. 86. ed. Lond.) ex lapide literato ipſisque nummis, quanquam minus indubitatis iis. Nicolaus Antonius in Bibl. Hiſpana vetere idem, quod Spanhemius, jam docuerat.

curam, non satis honorem judiciorum coelestium intelligam, nisi ex hoc quoque oneris magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi sit modus, ut eos non immerito probaverit sanctissimus censor? aut studia, ne fefellisse in his videar principem, ut in omnibus, ita in eloquentia quoque, emi-

2. *judiciorum coelestium.* Eodem adulationis colore Vellejus Tiberium dicit „innutritum „*coelestium* praeceptorum disciplinis" 2, 94 item „*coelestissima* ejus opera" 2, 104 et Augusti „animam *coelestem* „coelo redditam" 2, 123 extr. Dominum et Deum appellatum a se ipso Domitianum vide apud Suetonium, Dom. c. 13 ibique interpretes. Martialis quoque adest: „Edictum „*Domini Deique* nostri" 5, 81 cujus eum poenituit postea 10, 72, 3. 8, 15, 9. 10. cf. Barth. ad Stat. Sylv. 1, 1, 62.

3. *sanctissimus censor.* (Δομιτιανὸς) τιμητὴς — διὰ βίου πρῶτος δὴ καὶ μόνος (cf. Casaubon. ad Suet. Caes. 76. Aug. 27.) καὶ ἰδιωτῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἐχειροτονήθη. Dio Cass. l. 67 p. Reim. 1104. unde in plurimis ejusdem nummis *Censor perpetuus.* Hinc obnoxia scriptorum adulatio occasionem captavit ejus hoc potissimum titulo demerendi. Vid. Svanhem. de U. et Pr. Num. Vol. 2. p. 478 ed. Lond. qui recte videtur eo respicientem agnoscere Plinium in panegyr. 45. 6 „Nam vita „principis *censura* est, eaque „*perpetua.*" Sed hoc notat *sanctissimum censorem* Juvenalis Sat. 2. v. 29—33. In Quintiliano maxime displicet, quod vir gravissimus etiam suos ipsius mores, studiaque studia impensius quam adhuc factum sit debere excoli dicit, ut Domitiani de se judicium comprobetur. Frustra enim hoc ad oratoris illius, quem in hoc opere instituit, mores retuleris, quoniam rejicitur „ut eos non immerito probaverit" „ne fefellisse — videar." De „*modo* excolendi" vid. 3, 8, 67.

in omnibus — in eloquentia. De affectata a Domitiano laude poëtices cf. 10, 1, 91 et aliquot Statii loca. Dolendum est et ingemiscendum, etiam Quintilianos potuisse eo delabi turpitudinis ut tanto ἀλάστορι palparentur. Neque enim per Suetonium, Tacitum, Dionem ignorare nobis licet, cujusmodi esset praeclarum istud poëtices studium et Germanicus ille triumphus, unde cognomen ascivit. Vid. Tac. Agric. c. 39. 2. Hist. 4, 86 extr. Suet. Domit. 2. 20. Dio Cass. p.

297 nentissimum? Quod si nemo miratur poëtas 4
maximos saepe fecisse, ut non solum initiis
operum suorum Musas invocarent, sed pro-
vecti quoque longius, cum ad aliquem gra-
viorem venissent locum, repeterent vota et
velut nova precatione uterentur: mihi quo- 5
que profecto poterit ignosci, si, quod in ini-
tio, quo primum hanc materiam inchoavi,

5. *in initio.* Sic Turic. a sec. manu (cum prima dedisset *initium* cum Alm.) et Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Lon. Rusc. Ald. utr. Ceteri omittunt *in*. Sed aptius videtur poni id, quoniam *initium* hic dicit pro *prooemio* tibi operis, non quovis initio. Ita satius fuerit etiam modo (§ 4.) ad „*initiis* operum" inferi *in*, quanquam in libro nullo legitur. cf. 1. § 5. „quia *initiis*" ubi addunt *in* Jens. (tac. Gesn.) et omnes ante Gryph. meae. Codex quidem, quod sciam, nullus. cf. tamen de *in initio* Drakenb. ad Liv. 4, 7, 11. Oudend. ad Suet. Caes. c. 4 qui *in* proscribunt fere. *quo primum.* Ita Guelf. (nisi quod *q. primo*) Turic. (ex pr. coll.) Ioann. Bal. Voss. 1. 3. Bern. Goth. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum Andr. et meis ante Gryph. exc. Venet. Bad. Cerv. Hae enim cum recentt. *cum primum*, quod corrigendo invexit Regius, obsequente prima Veneta (cf. not. crit. ad 1, 6, 26 *nulla — an praedura*). Equidem verius puto *quo*, ut minus jejunum quam si *initium* animadvertit esse tum, cum aliquis *inchoat*. Etiam hic robustior fit sententia si ad *initium* cogitamus de ipso Quintiliani *prooemio*, ubi *quo* convenientius esse quam *cum* facile apparet: De *quo* et *cum* cf. 2, 15, 6. Fateor autem, si recte collatio Turic. posterior

Reim. 1103. Vide tamen quae pro Domitiani facultate poëtica disputat ingeniosissimus senex Merianus ad Claudiani raptum Proserpinae Francogallice versum p. 36. An, cum Gesnero, excusabimus Quintilianum eo, quod prodit Dio l. c. ὅτι — ἀμφοτέροις ὁμοίως ἤχθετο Δομιτιανὸς, καὶ τοῖς θεραπεύουσι, καὶ τοῖς μή. τοῖς μὲν, ὅτι θωπεύειν, τοῖς δὲ, ὅτι καταφρονεῖν ἐδόκουν? Sed necessitatem ipse deliberationibus exemit 3, 8, 22. 23.

4. *repeterent vota.* cf. Iliad. 2, 485. 761. 11, 218. 14, 508. 16, 112. Aeneid. 6, 641. 9, 77. 10, 103.

quo primum. cf. not. crit. extr.

curam, non ſatis honorem judiciorum coeleſtium intelligam, niſi ex hoc quoque oneris magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi ſit modus, ut eos non immerito probaverit ſanctiſſimus cenſor? aut ſtudia, ne fefelliſſe in his videar principem, ut in omnibus, ita in eloquentia quoque, emi-

2. *judiciorum coeleſtium.* Eodem adulationis colore Vellejus Tiberium dicit „innutritum „*coeleſtium* praeceptorum disciplinis" 2, 94 item „*coeleſtiſſima* ejus opera" 2, 104 et Auguſti „animam *coeleſtem* coelo redditam" 2, 123 extr. Dominum et Deum appellatum a ſe ipſo Domitianum vide apud Suetonium, Dom. c. 13 ibique interpretes. Martialis quoque adeſt: „Edictum „*Domini Deique* noſtri" 5, 81 cujus eum poenituit poſtea 10, 72, 3. 12, 5, 9. 10. cf. Barth. ad Stat. Sylv. 1, 1, 62.

3. *ſanctiſſimus cenſor.* (Δομιτιανὸς) τιμητὴς — διὰ βίου πρῶτος δὴ καὶ μόνος (cf. Caſaub. ad Suet. Caeſ. 76. Aug. 27.) καὶ ἰδιωτῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἐχειροτονήθη. Dio Caſſ. l. 67 p. Reim. 1104. unde in plurimis ejusdem nummis *Cenſor perpetuus.* Hinc obnoxia ſcriptorum adulatio occaſionem captavit ejus hoc potiſſimum titulo demerendi. Vid. Spanhem. de U. et Pr. Num. Vol. 2. p. 478 ed. Lond. qui recte videtur eo reſpicientem agnoſcere Plinium in panegyr. 46, 6 „Nam vita „principis *cenſura* eſt, eaque „*perpetua.*" Sed bene notat *ſanctiſſimum cenſorem* Juvenalis Sat. 2. v. 29—33. In Quintiliano maxime displicet, quod vir graviſſimus etiam ſuos ipſius mores, ſuaque ſtudia impenſius quam adhuc factum ſit debere excoli dicit, ut Domitiani de ſe judicium comprobetur. Fruſtra enim hoc ad oratoris illius, quem in hoc opere inſtituit, mores retuleris, quoniam ſubjicitur „ut eos non immerito probaverit" „ne fefelliſſe — videar." De „*modo* excolendi" vid. 3, 8, 67.

in omnibus — in eloquentia. De affectata a Domitiano laude poëtices cf. 10, 1, 91 et aliquot Statii loca. Dolendum eſt et ingemiſcendum, etiam Quintilianos potuiſſe eo delabi turpitudinis ut tanto ἀλάζονι palparentur. Neque enim per Suetonium, Tacitum, Dionem ignorare nobis licet, cujusmodi eſſet praeclarum iſtud poëtices ſtudium et Germanicus ille triumphus, unde cognomen aſcivit. Vid. Tac. Agric. c. 39. 2. Hiſt. 4, 86 extr. Suet. Domit. 2. 20. Dio Caſſ. p.

97 nentissimum? Quod si nemo miratur poëtas 4
maximos saepe fecisse, ut non solum initiis
operum suorum Musas invocarent, sed pro-
vecti quoque longius, cum ad aliquem gra-
viorem veniissent locum, repeterent vota et
velut nova precatione uterentur: mihi quo- 5
que profecto poterit ignosci, si, quod in ini-
tio, quo primum hanc materiam inchoavi,

5. *in initio.* Sic Turic. a sec. manu (cum prima dedisset *initium* cum Alm.) et Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Lon. Rusc. Ald. utr. Ceteri omittunt *in*. Sed aptius videtur poni id, quodcunque *initium* hic dicit pro *prooemio* tibi operis, non quovis initio. Ita satius fuerit etiam modo (§ 4.) ad „*initiis* operum" inferi *in*, quanquam in libro nullo legitur. cf. 1. § 5. „quia *initiis*" ubi addunt *in* Jens. (tac. Gesn.) et omnes ante Gryph. meae. Codex quidem, quod sciam, nullus. cf. tamen de *in initio* Drakenb. ad Liv. 4, 7, 11. Oudend. ad Suet. Caes. c. 4 qui *in* proscribunt fere. *quo primum.* Ita Guelf. (nisi quod *q. primo*) Turic. (ex pr. coll.) Ioann. Bal. Voss. 1. 3. Bern. Goth. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum Andr. et meis ante Gryph. exc. Venet. Bad. Cerv. Hae enim cum recentt. *cum primum*, quod corrigendo invexit Regius, obsequente prima Veneta (cf. not. crit. ad 1, 6, 26 *nulla — an praedura*). Equidem verius puto *quo*, ut minus jejunum quam si *initium* animadvertit esse tum, cum aliquis *inchoat*. Etiam hic robustior fit sententia si ad *initium* cogitamus de ipso Quintiliani *prooemio*, ubi *quo* convenientius esse quam *cum* facile apparet: De *quo* et *cum* cf. 2, 15, 6. Fateor autem, si recte collatio Turic. posterior

Reim. 1103. Vide tamen quae pro Domitiani facultate poëtica disputat ingeniosissimus senex Merianus ad Claudiani raptum Proserpinae Francogallice versum p. 36. An, cum Gesnero, excusabimus Quintilianum eo, quod prodit Dio l. c. ὅτι — ἀμφοτέροις ὁμοίως ἤχθετο Δομιτιανὸς, καὶ τοῖς ϑεραπεύουσι, καὶ τοῖς μὴ. τοῖς μὲν, ὅτι ϑωπεύειν, τοῖς δὲ, ὅτι καταφρονεῖν ἐδόκουν? Sed necessitatem ipse deliberationibus exemit 3, 8, 22. 23.

4. *repeterent vota.* cf. Iliad. 2, 485. 761. 11, 218. 14, 508. 16, 112. Aeneid. 6, 641. 9, 77. 10, 103.

quo primum. cf. not. crit. extr.

non feceram, nunc omnes in auxilium deos ipsumque in primis, quo neque praesentius aliud, neque studiis magis proprium numen est, invocem: ut, quantum nobis expectationis adjecit, tantum ingenii aspiret, dexterque ac volens assit, et me qualem esse credidit, faciat. Cujus mihi religionis non haec sola ratio, quae maxima, est; sed alioqui sic

tacuerit varietatem Cod. ut credi possit is dare *cum pr.* (qualis et Alm. scriptura videtur) praeferre me primam illam Turic. *manum quod* (i. e. quale) *initium, cum pr.* *fecerim* Sic Turic. Guelf. Goth. Alm. Voss. 1. 2. et edd. (praeter Camp.) ante Gryph. meae omnes. Probat Gesnerus, sed servavit recentiorum *fecerim.* *proprium.* Ita Turic. (alt. coll.) cum Alm. Goth. Voss. 2. 3. Bern. et edd. (de Jens. tac. Gesn.) ante Ald. omnibus meis, exc. Tarv. Badius in pr. ed. in margine ponit *propitium*, quod deinceps tuentur omnes. *credidit.* Unus mearum Tarv. *credit.* cf. 3, 3, 8. *sed alioqui.* Sic Turic. (a prima manu, a secunda *f. alia quia* vel *f. alia qua*, hoc enim in alt. coll.) Guelf. Goth. cum Alm. Bal. Voss. 2. Bern. Vallens. et edd. meis ante Gryph. Recentiores *sed alio qui.* Ante Ald. ab edd. (praeter Camp.) aberat *sed.* Badius in pr. ed. *alioqui: sed sic*, sine auctore. Nostrum probat ipse

5. *expectationis.* Aliorum, qui, post hunc ab Augusto tributum mihi honorem, oculos in me convertunt.

dexter ac volens. Solennis formula in Deorum pace exposcenda, quam hoc nostri loco ut multis aliis illustrat Brissonius de formulis l. 1, 117. Frequentius etiam junguntur *volens propitius* vid. eundem c. 114. Egit de eadem formula Burm. ad h. l. item ad Val. Flacc. 2, 324. qui ablegat ad Servium in Aeneid. 1, 737 repetentem hoc e disciplina Etrusca. *Dexter* autem est propitius. vid. Serv. ad Aen. 8, 302. Virgil. Georg. 2, 41 Maecenatem ipsum quoque *volentem* expetit, quam scripturam recte tenet Vossius in versione et Commentario.

6. *Cujus — religionis* h. e. quarum precum, actus religiosi; ne forte quis h. l. interpretetur in genere *diligentiam*, sine respectu ad deos.

alioqui, i. e. praeterea cf. 2, 15, 9. 3, 6, 4. 12, 10, 17. 63.

procedit ipsum opus, ut majora praeteritis ac magis ardua sint, quae ingredior. Sequitur enim, ut *judiciadium causarum*, quae sunt maxime variae ac multiplices, ordo explicetur: quod *prooemii* sit officium; quae *ratio narrandi*; quae *probationum* sit *fides*, seu *proposita* confirmamus, seu *contra dicta* dissolvimus; quanta vis in *perorando*, seu reficienda brevi repetitione rerum memoria est judicis, sive affectus (quod est longe potentissimum) commovendi. De quibus partibus 7
singulis quidam separatim scribere maluerunt, velut onus totius corporis veriti, et sic quoque complures de unaquaque earum libros ediderunt: quas ego omnes ausus contexere, prope infinitum mihi laborem prospicio, et ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. Sed durandum est, quia coepimus: et, si viribus deficiemur, animo tamen perseverandum.

qui recentiores sequitur, Gesnerus. cf. not. exeg. Obrechtus *s. alia quia*, fortasse ex Argent. quocum consentiat Turic.

6. *procedit*. Turic. a prima manu *procredit*, in margine *progreditur*, quod ipsum dat Andr. *prooem. fit off.* Jens. (tac. Gesn.) et edd. meae ante Basil. omnes, exc. Ald. omittunt *fit*, quod placet. Codd. tamen verbum dare videntur omnes. 7. *infinitum mihi*. Turic. Guelf. *finitimum* cum Voss. 3. Errore prodivi, qui tuetur *mihi*, quod cum aliquot codd. omisit Obr. *deficiemur*. Bodl. *deficiemus* cum Turv. Ald. (non Venet. ut narrat Gibs.). Praesero tamen passivum in structura adjecti ablativi cf. 5, 7, 23 *deficietur numero* (quanquam et illic Goth. et Turic. *deficiet* Voss. 2. 3.

proposita. cf. 5, 9, 5 ubi *propositio*.

7. *et sic quoque*. cf. 2, 10, 14 item 1, 5, 42.

I. Quod *principium* Latine vel *exordium* 298
dicitur, majore quadam ratione Graeci videntur προοίμιον nominasse: quia a nostris initium modo significatur; illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam, sive propterea, quod αἴμη *cantus* est, et citharoedi pauca illa, quae, antequam legitimum certamen inchoënt, emerendi favoris gratia, canunt, *prooemium* cognominaverunt: oratores quoque ea, quae, prfusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi judicum animos praeloquuntur, eadem appellatione signarunt:

deficit.) 3, 6, 85. 8, 8, 23. Alia ratio loci 11, 3, 173. „*deficientis doloro.*" vid. Drakenb. ad Liv. 22, 49, 1. Camp. *defecerimus.*

1. *quia a.* Displicet sonus cf. 1, 4, 12. 3, 6, 32. Turic. a sec. manu *quod a* et sic dedit Obr. Ex Argent. profecto. Gueif. *quo.* Andr. *quo a* cum Sich. Permutantur in MSS. *quo* et *quod* vid. Drakenb. ad Liv. 36, 33, 3. item *quod* et *quia.* id. ad 38, 36, 4. (nos ad 6, 1, 32.) Expungas etiam *a*, vel pro *quia* scribas *quoniam*, nam et haec confusioni obnoxia id. ad 49, 13, 7. Camp. *quia nostris* ex errore puto pro *quod a nostris* nam *qui* saepissime hic ponit pro *quod* cf. 3, 6, 64.

2. *cognominaverunt.* Sic Codd. ut videtur, omnes, quod in Vallensi diserte memorat Badius. *Vocaverunt* pro eo dant edd. Jens. (tac. Gesn.) et meae ante Basil. omnes, exc. Camp. quo accedit Gryph. Item *carmen* in nullo est Codice, quod paulo ante pro *certamen* invexit Philander, foedissime compilatus et inquinatus a Turnebo vel potius eo qui magni viri nomen ementitus est. Rectissime *certamen* tuetur Gesnerus ex Graeco ἀγών. *Carmen* ex meis sola dat Basil, aliae tamen in margine.

fignarunt. Turic. *fignaturi* cum Alm. miro erroris consensu. cf. 3, 6, 68.

1. *quia a.* vid. not. erit.
2. *citharoedi — prooemium.* Recte ad Aristot. Rhet. 3, 14, 1. ablegat Philander.

sive, quod οἶμον iidem Graeci *viam* appellant, 3
id quod ante ingressum rei ponitur sic
vocare est, institutum: certe *prooemium* est,
quod apud judicem, priusquam causam
cognoverit, profit. vitioseque in scholis faci-
mus, quod exordio semper sic utimur, quasi
causam judex jam noverit. Cujus rei licen- 4
tia ex hoc est, quod ante declamationem illa
299 velut imago litis exponitur. Sed in foro
quoque contingere istud principiorum genus
secundis actionibus potest; primis quidem
raro unquam; nisi forte apud eum, cui res

3. *quod ap. jud. priusquam — profit.* Sic Vallensis referente Badio, et reliqui Codd. Jens. (tac. Gesn.) *q. a. j. dici p. — possit* cum edd. ante Basil. exc. Camp. quo accedit Gryph. Bad. tamen pr. et Ald. *profit* pro *possit*, Tarv. autem *poscit*.

4. *decl. illa.* Turic. et Guelf. *d. illam* cum Alm. et edd. Jens. (tac. Gesn.) et (exc. Camp.) meis ante Bad. qui e Vallensi reposuit nominativum. cf. 3, 8, 45 a quo loco ut vindicatur nominativus in pronomine, ita e nostro auctoritatem illic habet *velut* pro *vel*. Etiam Bern. *illa*.

raro unquam. Sic Turic. et Alm. Sed Guelf. Goth. Voss. 2 *raro nunquam* cum edd. ante Stoerium meis omnibus, nisi quod Ald. et Basil. dant *raro vel nunquam*, Cod. quidem auctore nullo. Nostram defendere videntur Codd. Britt. et Arg. cf. 5, 7, 22 ubi omnes libri consentiunt, quanquam in Basil. margine et ibi *raro aut fere nunquam*. Gesnerus veterum edd.

4. *illa velut imago.* Significat *thema*, quod praemittitur declamationi, velut in Senecae et Quintilianeis, continens omnem causae expositionem. cf. 4, 2, 28. 7, 1, 4.

secundis actionibus. Ejusmodi sunt libri secundae actionis contra Verrem, ubi, cum semel non potuisset ad finem perduci judicium, triduo post (unde *comperendinatio* dicta) interrogatis testibus et defenso reo, iterum accusationem intendit Cicero. Quanquam eorum nihil revera accidit, sed ficta solum a Cicerone fuit haec secunda actio. *Primas actiones* habes 12, 9, 16. Alia ratio est 5, 10, 128.

Quod ſine dubio multo magis ipſis litigatoribus faciendum eſt, ut ad agendum magna atque honeſta ratione, aut etiam neceſſitate, 8 acceſſiſſe videantur. Sed ut praecipua in hoc dicentis auctoritas, ſi omnis in ſubeundo negotio ſuſpicio ſordium, aut odiorum, aut ambitionis abfuerit: ita quaedam in his quoque commendatio tacita, ſi nos infirmos et impares agentium contra ingeniis dixerimus, 9 qualia ſunt pleraque Meſſalae prooemia. Eſt enim naturalis favor pro laborantibus: et judex religioſus libentiſſime patronum audit, quem juſtitiae ſuae minime timet. Inde illa

8. *auctoritas ſi.* Guelf. *a. ſit ſ.* Turic. ſuperſcriptum habet hoc *ſit*, quod eſt praeterea in omnibus edd. meis ante Bad. quo accedit Ald. ſec. Badius auctore Vallenſi omiſit, recte; omnibusque reliquis, ut videtur, Codd. aſtipulantibus; velut Goth. *ſub. negotio.* Guelf. *ſub. negotium.* Bad. et Cerv. *ſ. negotiu.* *abfuerit.* Turic. a prima manu *afuerit* cf. Drakenb. ad Liv. 24, 41, 11. et Oud. ad Suet. paſſim.

ag. contra ingeniis. Hunc ordinem, qui eſt in Codd. meis et edd. ante Gryph. praetuli poſteriorum *ing. cont. ag.* Edd. Jenſ. Loc. Ven. Ruſc. *e contra* dant, quod recte improbat Regius. Bad. et Cerv. *e contrario.* Turic. et Alm. haec turbant (pro *imp. — ing.*): *in partes a. c. ingentes.* 9. *quem — minime timet.* Camp. *q. timere — minime videt.* Praepoſtere.

acta, quae nullo noſtro facto poſſit vel effici vel vitari. Sed ubi *exemplum* eſt utilitas, vel damnum, quae redundent hinc in poſterum, ferri poteſt. Nec eſt quod graveris uſum ejus, quod, etſi minus proprium *exemplo* quam *cogn. am. reip.*, tamen potuit ſubjici hisce nominibus rerum, quibus impoſita quaſi eſt perſona. *Duci officio* dicitur orator etiam, 12, 1, 12. 12, 7, 1. Similem de *exemplo* locum habes 6, 1, 22.

8. *Sed ut praecipua.* Immutavi diremtionem Geſneri, qui hanc § ab *Quod ſine dubio* ordiebatur. Sed referuntur illa ad praecedentia, hinc novum argumentationis momentum explicatur „*ſine dubio*“ intellige *ſane* (cf. 1, 6, 12), neque tamen conjunge cum „*Sed*“ hujus §.

ſario, et judice. Nam exordium duci non- 7
nunquam etiam ab actore cauſae ſolet. Quanquam enim pauciora de ſe ipſo dicit et parcius, plurimum tamen ad omnia momenti eſt in hoc poſitum, ſi *vir bonus* creditur. Sic enim continget, ut non ſtudium advocati videatur afferre, ſed paene teſtis fidem. Quare in primis exiſtimetur veniſſe ad agendum, ductus officio vel cognationis, vel amicitiae; maximeque ſi fieri poterit, reipubli-
300 cae, aut alicujus certe non mediocris exempli.

7. *etiam — enim pauc.* Interjecta τοῖς *etiam* et *pauc.* omittunt Alm. et Tur. cf. ad Praef. noſtr. p. 45. *Etiam* cum Gothl. et Voſſ. 2 omittit Camp. *Quanquam — dicit.* Guelf. *Q. — dicat.* *continget.* Turic. *contingit* cum Alm. et edd. Camp. Obr. *exiſtimetur — ductus.* Turic. *exiſtimentur* (a ſec. manu) — *ducti* cum Camp.

Qu. Expreſſus enim fere ibi eſt Ariſtoteles.

7. *advocati — fidem.* 5, 13, 10. 6, 2, 4. *Advocatus* ſaepe apud noſtrum eſt is ipſe, qui cauſam orat. cf. §. 45. 46. 11, 1, 19. 12, 3, 6. 12, 7, 4. Diverſa eſt ſignificatio 12, 8, 5. Sententiam ipſam repetiit 10, 1, 111.

alicujus — exempli. Exemplum futurum intelligitur, non praeteritum. Sic Livius 2, 44, 2 „in *praeſentia* re ipſa, *exemplo* in perpetuum.“ Vellej. 2, 47. 25. *facto* et *rei* opponit *exemplum*. Et Plinius de ipſis, quas patronus ſuſcipere debeat, cauſis Epiſtol. 6, 29, 2 (ubi *refert* videtur mutandum in *referret*) *pertinentes* videlicet ad *exemplum* (it. Epiſt. 9, 13, 25 „intereſt *exempli*“). App. Metam. 3 p. Pric. 44 „*exemplo* — profuturа.“ Si minus igitur reipublicae officio ductus videri poſſis in hac ipſa, quam agis, cauſa, utpote ad rempub. non pertinente neque ſatis momenti habente; reſtat ut doceas ad exemplum cauſam pertinere. Sic et noſter mox §. 33. „res — pertinens ad *exemplum*.“ Haec interpretatio fuit retinenda, quae a Turnebo illo affertur, cum Geſnerus cogitet de exemplo alicujus magni oratoris, qui olim ſimilem cauſam ſuſceperit, et quo ſe tueatur is, qui nunc agit. Ei rationi magnopere repugnat *officii* vocabulum, cujus nulla vis eſt in re

contumeliam; ſed hoc perquam raro, ut Aſinius pro Urbiniae heredibus Labienum adverſarii patronum inter argumenta malae cauſae
12 poſuit. Negat haec eſſe propemia Cornelius 301
Celſus, quia ſint extra litem. Sed ego cum auctoritate ſummorum oratorum magis ducor, tum pertinere ad cauſam puto, quidquid ad dicentem pertinet: cum ſit naturale, ut judices iis, quos libentius audiunt, etiam
13 facilius credant. Ipſius autem litigatoris perſona tractanda varie eſt. Nam tum dignitas

12. *etiam facilius.* Hoc ordine Turic. Goth. (tac. Geſn.) omnesque meae ante Gryph. quem revocavit Obr. accedit Guelf. per errorem dans *ea fac.* Recentiores *fac. etiam* in quo eſt affectatio ab hoc loco aliena.

11. *Aſinius pro Urbin. hered.* De Aſinii Pollionis et Labieni inimicitiis cf. 1, 5, 8. Cauſa haec Urbiniana, quantum cognoſci poteſt e duobus, quibus praeterea tangitur, locis (7, 2, 5. 26.) hujusmodi fere fuit. Iis, qui vel ex teſtamento, vel cognationis jure, cernere vellent hereditatem Urbiniae cujusdam, oppoſuit ſe Cluſinius Figulus, qui ſe mortuae filium dicebat, cum heredes eum ſervum eſſe contenderent, nomine Soſipatrum. Hunc igitur ſive Figulum ſive Soſipatrum eo ipſo in invidiam vocare ſtudet Pollio, quod cum tantae nequitiae homine, qualis eſſet Labienus, conſuetudinem contraxerit. cf. de re ipſa in universum 12, 1, 13. Si tertius ejusdem nominis Labienus intelligi poſſit, hiſtoricus (quod ob longam, quae Pollioni contigit, aetatem a veri ſimilitudine non abhorret, et haec ratio probatur a Bondamo ICto in Varr. Lect. (Zutph. 1759. 8.) p. 373.), habebimus hominem hac Pollionis aſperitate dignum, quoniam ejus, ut Seneca pater narrat (p. Bip. 360) „erat ſumma *in*„*famia*, ſummum odium.“ Orationis hujus meminit Dialog. de oratt. c. 38. ubi nomen *Urbiniae* docte repoſuit Lipſius. Item Chariſius apud Putſch. p. 59 ubi Bondamus (l. l. p. 22.) pro *provinciae heredibus* egregie emendat *Urbiniae h.*

ejus allegatur, tum commendatur infirmitas. Nonnunquam contingit relatio meritorum, de quibus verecundius dicendum erit ſua, quam aliena, laudanti. Multum agit ſexus, aetas, conditio, in feminis, ſenibus, pupillis, liberos, parentes, conjuges allegantibus. Nam ſola rectum quoque judicem inclinat 14
miſeratio. Deguſtanda tamen haec prooemio, non conſumenda. Adverſarii vero perſona prope iisdem omnibus, ſed e contrario ductis, impugnari ſolet. Nam et potentes ſequitur invidia, et humiles abjectosque contemtio, et turpes ac nocentes odium: quae tria ſunt ad alienandos judicum animos potentiſſima. Neque haec dicere ſatis eſt, 15
quod datur etiam imperitis: pleraque augenda, aut minuenda, ut expediet. Hoc enim oratoris eſt, illud cauſae. Judicem con-

13. *in feminis.* Turic. *ut fem.* cum Alm. et Camp. Poſteriores edd. meae ad Stoerium usque utrumque dant *ut in f.* cum Goth. et Voſſ. 2. Noſtra ſcriptura ſola vera, quam tuentur Guelf. et reliqui, ut credibile eſt, Codd.

14. *non conſumenda.* Sic Codd. (quod in Vall. diſerte memorat Bad.) item Camp. Ed. Tarv. *n. conſumanda* cum Ald. Baſ. Bad. Cerv. At Jenſ. (tac. Geſn.) Loc. Ven. Rufc. *conſummanda* ſine *non*, quod de conjectura inſerit Regius. A Gryphio inde meae edd. noſtrum dant.

15. *illud cauſae.* Turic. et Guelf. *illa cauſae.* cum Voſſ. 2. 3. Bern. Camp. Noſtrum, quod in reliquis edd. et Codd.

13. *allegatur — commendatur.* Attende oppoſita. *Allegatur* enim id, quod ſua gratia reliqua poteſt tueri, *commendatur* quod ipſum auxilio eget. cf. 3, 8, 46.

verecundius — ſua, cum litigator pro ſe ipſe dicit.

15. *illud cauſae.* Cf. not. crit.

16 ciliabimus nobis, non tantum laudando eum, (quod et fieri cum modo debet, et est tamen parti utrique commune) sed si laudem ejus ad utilitatem nostrae causae conjunxerimus, ut allegemus *pro honestis* dignitatem illi suam, *pro humilibus* justitiam, *pro infelicibus* misericordiam, *pro laesis* severitatem, et 17 similiter cetera. Mores quoque, si fieri potest, judicis velim nosse. Nam prout *asperi*, *leues*, *jucundi*, *graves*, *duri*, *remissi* erunt, aut assumere in causam naturas eorum, qua competent, aut mitigare, qua repugna- 18 bunt, oportebit. Accidit autem interim hoc quoque, ut aut nobis *inimicus*, aut adversario sit *amicus*, qui judicat: quae res utrique 302 parti tractanda est, ac nescio an ei magis, in quam videtur propensior. Est enim non-

Goth. Britannicis tribus et Voss. 2. si recte tacuerunt conferentes, habet aliquam difficultatem, cum non sit manifestum prorsus, quo referas neutrum singulare; in plurali *illa* intelligas *potentiam*, *humilitatem*, *turpitudinem* adversariorum. In Turic. a sec. manu est: *illa causa*.

16. *ad utilitatem — conjunxerimus.* Voss. 1. 3. *a. u. — adjunxerimus.* Vossiana scriptura emendantem librarium sapit, neque rem conficit. Paulo insolentior, quam hic animadvertimus, structura iterum comparet 8, Prooem. 33 „laude *ad* „dignitatem *conjuncta*." *dign. illi suam.* Guelf. post *dign.* inserit *illaesam*, cum Camp. et marg. Bas. praepostera similium literarum repetitione.

18. *in quam.* Jens. Tarv. Loc. Ven. Russ. *in quem*, quod et conjecit Francius. Sed Badius diserte monet, se reponere

16. *ad utilitatem — conjunxerimus.* vid. not. crit.

18. *an ei magis.* *Magis* h. l. valet cautius, circumspectius. Inest ipsi *tractandi* verbo curae et solicitudinis significatio, qualis solet esse medicorum aegra membra contrectantium. cf. 5, 12, 7. 5, 13, 24. 6, 1, 24.

nunquam pravis judicibus hic ambitus, adverſus amicos, aut pro his, quibuscum ſimultates gerant, pronunciandi, faciendique injuſte, ne feciſſe videantur. Fuerunt etiam quidam rerum ſuarum judices. Nam 19
et in libris obſervationum, a Septimio editis

quam, quod deinceps eſt in omnibus meis. Nec Cod. video qui recedat. Equidem pariter ac Geſn. *quem* non graver.

pravis judicibus. Alteram vocem omittunt Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Voſſ. 1. 2. 3. Bern. edd. ante Baſil. *meae omnes*, ad quarum rationem redeunt Gryph. Stoer. Chonet. Solus quidem Aldus praeter omiſſum *jud.* ſcribit etiam *pravus*. Ea quae eſt Codd. ſeptem multarumque edd. conſtitutio loci poſſit placere, modo conſtet *pravum*, maſculino genere ſic fuiſſe dictum, ut *malum*, quod ego nolim ſane affirmare. Aldina ratio maxime blanditur in quam et conjectura incidi, conjuncta praeſertim cum *judicibus*. Haec tamen vox an ullo vetere Codice nitatur, quaeri debet; quanquam ſi Gibſoni ſilentio ſtandum eſt, habemus tres Britannicos Codd. cum Andreana auctores hujus ſcripturae, ſed hic in tribus ſaltem edd. connivebat. Neque is, qui Alm. excuſſit, rectum vidiſſe putandus eſt. Interim fortaſſe ſcripturam Aldinam ipſam rectiſſime tenebimus. *Pravi judices* ut bene dicantur, magnopere vereor. In Aldina conſtitutione poſſit durum videri quod *gerant* et *videantur* non habent proprie, quo referantur. Sed hoc facile ſubaudias ex ſuperioribus „*qui judicat*,“ ut leni correctione effingas *gerat*, *videatur*; quod tamen ne ipſum quidem neceſſarium. Sed pro *gerant* Camp. et Obr. dant *gerunt*; neque hoc displicet, ſi pluralis in hoc verbo retinetur. cf. de omiſſo *judicibus* 3, 7, 24.

pravis judicibus. vid. erit.

19. *libris obſerv.* — *Septimio.* De hoc Septimio, ejusque opere, hic memorato, nihil praeterea prodi videtur a ſcriptoribus, nec refert fingulos, qui hoc nomine fuerunt, percenſere, cum nota in nullo eorum certa poſſit inveniri, quare ei tribuantur libri obſervationum. *Cauſa talis*, cui affuerit Cicero, non poterit eſſe ex iis, quas ipſi novimus, velut Ligarii, Dejotari, Marcelli (eas enim orationes memorat Turnebus h. l.), ubi cauſa fuerit Caeſaris ipſius,

affuiſſe Ciceronem tali cauſae invenio: et ego pro Regina Berenice apud ipſam cauſam

19. *Berenice.* Haec eſt ſcriptura Codd. et vetuſtiſſimarum itemque recentiorum edd. Sed Jenſ. (tac. Oeſn.) et reliquae usque ad Bad. ſec. dant *Beronice*, exc. Ald. pr. Hoc eitam Gryph. revocavit, et ſic multi multorum ſcriptorum Codd. praeferunt nomen, ſicuti receptum eſt etiam apud Plutarchum Quaeſt. Graec. p. 292 E. Hinc natum corrupte *Veronica*. Sed unice ſanam noſtram eſſe rationem apparet ex vocabulo graeco Φερενικος (apud Pindarum v. c.) quod, Macedonica dialecto prolatum, eſt noſtrum ipſum. *apud ipſam cauſam.* Sic Goth. Voſſ. 2. et edd. meae ante Stoer. omnes. Recentiores *apud eam ipſam.* Habent eae auctores Codd. Guelf. et Turic. qui dant haec. *ap. ipſam. eam.* Alm. *ap. eam* ſolum habere narratur. Ceterorum nulla mentio. In meorum Codd. ſcriptura *eam* per errorem, ſcriptum eſſe pro *cauſam* (cām), ipſa collocatione verborum apparet; neque opus eſt *eam* ſi *ipſam* poſitum fuit; quae geminatio ſapit recentioribus linguis aſſuetum

apud quem orationes illae ſunt habitae; quoniam Qu. ex ſolo Septimii opere hoc totum reſcivit.

Regina Berenice. Haec eſt, quam Titus amatam a ſe, etiam nuptias pollicitus, ab urbe dimiſit invitus invitam (Sueton. Tit. c. 7); Agrippae majoris, regis Judaeae, filia, Herodis, patrui ſui, Chalcidis in Syria regis, vidua. Quae cum bis Romae ſit commorata, primum regnante Veſpaſiano, deinde redierit Titi jam imperatoris amorem refuſcitatura, potuit variis modis in litem incidere, de qua tamen ab aliis nihil proditum invenio. Id maxime advertit legentem, quod regina ipſa ſuae cauſae diſceptatrix fuiſſe dicitur. Narrat Dio Caſſius, ſive Xiphilinus, vulgi rumoribus impetitos fuiſſe Titum et Berenicen, inter aliosque Diogenem et Heram, Cynicum utrumque, in theatro probris eos onerauſſe, quorum alter flagrio caeſus fuerit, alter etiam capite plexus (l. 66. p. Reim. 1089). An forte, hisce ut poenam ſtatueret Regina ab iis laeſa, Titus deperiens eam a patre impetravit? „Nam „Veſpaſiano quoque ſeni regi„na Berenice, florens aetate „formaque, magnificentia mu„nerum grata“ erat. Taciti verbis utor Hiſtor. 2, 81. *Cauſam dicere* tamen vulgo in *defendendo* uſurpatur, ut rea fuerit regina. Racinii tragoedia nobilitatum eſt Berenices et Titi amor.

dixi. Similis hic quoque superioribus ratio est. Adversarius enim fiduciam partis suae jactat, patronus timet cognoscentis verecundiam. Praeterea detrahenda vel confirmanda 20
opinio, si quam praecipue domo videbitur
judex attulisse. Metus etiam nonnunquam
503 est amovendus, ut Cicero pro Milone, ne
arma Pompeji contra se disposita putarent, laboravit: nonnunquam adhibendus, ut idem in Verrem facit. Sed adhibendi modus alter 21
ille frequens est et favorabilis, *Ne male sen-*

librarium. Gryph. *apud eam causam*, minus bene quam *ap. ipsam c. causam dicere* habes 5, 11, 39. 7, 4, 31 *causam* et *eam* nullies confusa vid. apud Drakenb. ad Liv. 38, 58, 11.

super. rat. est, Adversarius enim. Miro consensu verba haec *rat. est. Adv.* omittunt Tur. Guelf. Alm. Voss. 1, 3. Pro *rat. est* Camp. *ratione*, frequenti errore, pro *enim* Guelf. *cum*.

20. *putarent.* Camp. *pugnarent* per errorem. Pluralem in verbo habent Tur. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) et edd. meae ante Stoer. omnes. Unus Obr. *putarentur*, perperam. Recentiores a Stoerio inde *putaret*, exc. Capp. et Gesn. Male.

20. *praecipue*, prae altera: cum tamen integer debuisset et medius utriusque partis in judicium venire.

Metus. Recte hic ad 6, 1, 25 ablegat Almeloveenius.

putarent, judices.

idem in Verrem. Actione prima in Verrem, quae tota est prooemii loco, sicuti appellatur etiam ab Asconio Pediano; praemissa testium interrogationi. Hanc rectissime designat Gesnerus, quanquam vel in primo secundae actionis libro simile fere est prooemii argumentum. *Asper et rarus* metus adhibetur Capite hujus orationis 12. 13. 17. *favorabilis* saepe apud nostrum aliosque sub Caesaribus dicitur idem fere qui *gratiosus* apud priores. Sed eam significationem vocabuli usurpavit jam Vellejus, primus ni fallor 2, 34. 40. Livianum locum 22, 26, 4 vix defendas. Metus ille *favorabilis* est Cic. pro Quintio c. 1. extremo.

tidit populus Romanus, Ne judicia transferantur; alter autem asper et rarus, quo minatur corruptis accusationem, et id quidem in consilio ampliore utcunque tutius; nam et mali inhibentur, et boni gaudent: apud singulos vero nunquam suaserim, nisi defecerint
22 omnia. Quod si necessitas exigit, non erit jam ex arte oratoria: non magis quam appellare, etiamsi id quoque saepe utile est; aut antequam pronunciet, reum facere. nam et minari et deferre etiam non orator potest.
23 Si causa conciliandi nobis judicis materiam dabit, ex hac potissimum aliqua in usum principii, quae maxime favorabilia videbuntur, decerpi oportebit. quo in loco Virginius fallitur, qui Theodoro placere tradit, ut ex singulis quaestionibus singuli sensus
24 in prooemium conferantur. Nam ille non hoc dicit, sed ad potentissimas quaestiones judicem praeparandum. in quo vitii nihil erat, nisi in universum id praeciperet,

populus Romanus. Guelf. *praetor* cum margine aliquot edd. Frequentissima confusio, quae in hac ipsa re est apud Cic. Act. pr. in Verr. c. 3. exx. cf. Drakenb. ad Liv. 31, 10, 4. it. Ruhnk. ad Vell. 2, 61, 3.

21. *consilio.* Sic Turic. Alm. Bern. Camp. Basil. Reliqui omnes *concilio.* Sed quis de judicibus unquam usurpavit *concilium?* cf. 11, 3, 127. it. 12, 10, 52.

utcunque. Goth. et Camp. *utrumque*, male.

25. *Virginius.* Turic. *Verginius* ut et supra 3, 1, 21.

21. *consilio.* int. judicum. 25. *Virginius.* vid. 3, 1, cf. not. ex. ad 3, 8, 2. 21.

quod nec omnis actio patitur, nec omnis cauſa deſiderat. Nam protinus a petitore primo loco, dum ignota judici lis eſt, quomodo ex quaeſtionibus ducemus ſententias? nimirum

24. *quod nec omn. act. pat. nec omn.* Tur. et Guelf. omittunt *nec — pat.* cum Alm. Male, et ex errore non niſi ſemel ponendi *nec omn.* Burm. etiam paulo ſupra *nihil erat* omittere Alm. narrat; quod tamen in Turic. non deſideratur. Comp. pro *omnis actio* dat *rationis.*

24. *nec — actio — nec — cauſa.* Quare *actio* quaedam non patiatur haec ipſa § docet, quare *cauſa* non deſideret § 25. *non deſiderat* h. l. cave interpreteris: *non neceſſe habet, non indiget*, verum intellige: *reformidat, recuſat*, ut Francogalli dicunt „elle ne l'en „ſoucie pas." Similis ad ſententiam locus 4, 2, 61 „magni„ficentia neque in omnes cau„ſas cadit — neque ſemper eſt „utilis." cf. *deſiderandi* verbum 4, 2, 86. 4, 3, 2. Hoc demum modo ſi accipias, apta ſunt, quae ſubjiciuntur, ubi, haec praeparandi ratio ſi adhibeatur in duriore cauſa, non ſupervacua oſtenditur, ſed inutilis. Actio *non patitur*, quidquid pro ipſius conditione ne fieri quidem poteſt; cauſa *non deſiderat*, quidquid nocituram eſt. Exemplum nunc ſolum ſuccurrit Columell. 12, 52, 13 „Minime deſideratur vapor „ignis." i. noxius eſt, quod oſtendit Geſn. in Theſ. qui et ad ipſum locum *non opus eſſe* pro *noxium eſſe* dici a Cicerone (ut pro Cluent. c. 50 extr.) et aliis docet. Quod ipſum quidem a Celeb. Schneidero eripitur nobis, eruente haec e ſcriptura Cod. Sangerm: „ut — minime deſide„retur." Licet tamen adhuc dubitare de veritate ſcripturae. Minus fortaſſe vicero, hanc ſententiam ineſſe verbis Ciceronianis de Orat. 2, 18 init. „neque — aetas id mea" (Catuli ſenis, praeceptis inſtrui) „*deſiderat.*" Aptius tamen hoc interpretari videor: *refugit aetas mea*, quam *non requirit.* cf. § 39.

primo loco i. e. Si prius, quam adverſarius dicimus. Secundo enim loco (cf. §. 4) etiam *a petitore* (h. e. *pro actore; petitor* h. l. accuſatorem quoque comprehendit vid. ad 3, 10, 4) ſententias prooemii ducat aliquis ex quaeſtionibus, quando ex oratione adverſarii judici jam nota lis eſt cf. notam ad 4, 2, 28.

res erunt indicandae prius. Demus, aliquas (nam id exigit ratio nonnunquam), etiamne potentiſſimas omnes, id eſt totam cauſam? 25 ſic erit in prooemio peracta narratio. Quid vero? ſi (ut frequenter accidit) paulo eſt durior cauſa; non benevolentia judicis petenda ex aliis partibus erit, ſed non ante conciliato 304 ejus animo nuda quaeſtionum committetur aſperitas? Quae ſi recte ſemper initio dicendi tractarentur, nihil prooemio opus eſſet. 26 Aliqua ergo nonnunquam, quae erunt ad conciliandum nobis judicem potentiſſima, non inutiliter interim ex quaeſtionibus in exordio locabuntur. Quae ſint porro in

indicandae. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Bodl. Bal. Camp. et aliquot praeterea edd. *judicandae*, male. *exigit.* Turic. a pr. manu *exigat*, cum Alm. non male.

25. *eſt durior cauſa.* Turic. et Guelf. omittunt *durior* cum Voſſ. 1, 5. Fons quidem erroris non apparet.

non ante. Guelf. *non niſi ante*, quod inſeri volebat Regius, cum Bad. ſec. (prior in marg.) Cerv. Baſil. Gryph. Stoer. Chouet. et aliquot Burmanno memoratis; peſſime. *Non* cave jungas verbo finito; pertinet ad participium, quod eſt caſu tertio poſitum.

26. *Quae ſint.* Turic. *Quod ſint* a ſec. manu *quot ſ.* cum Camp. Non male. Sed Alm. *quod.*

Demus aliquas. Cave accuſativum ex *demus* pendere credas. *Potentiſſimae* quaeſtiones ſunt in quibus maxime vertitur cauſa. cf. 3, 6, 21.

25. *paulo — durior cauſa.* Burmannus recte ad partes vocat Horat. Serm. 1, 10, 26 ubi *dura cauſa* itidem, quae difficile poſſit obtineri; cujusmodi fuiſſe cauſam illam Petillianam alio etiam loco oſtendit Horatius Serm. 1, 4, 94, ubi vide Scholia. Sic noſter 4, 5, 5 „*dura* propoſitio.“

non ante conciliato. Vide not. Crit. ſi tanti.

26. *interim.* Ne intellige Quintilianeo more uſurpatum adverbium. Is ſenſus eſt in „*nonnunquam.*“ cf. 3, 8, 6.

cauſis favorabilia, enumerare non eſt neceſſe, quoniam et manifeſta erunt, cognita cujusque controverſiae conditione, et omnia colligi in tanta litium varietate non poſſunt. Ut autem haec *invenire* et *augere*, ita quod 27
laedit, aut omnino *repellere*, aut certe *minuere*, ex cauſa eſt. Miſeratio quoque aliquando ex eadem venit, ſive quid paſſi ſumus grave, ſive paſſuri. Neque enim ſum in hac 28
opinione, qua quidam, ut eo diſtare prooemium ab epilogo credam, quod in hoc praeterita, in illo futura dicantur: ſed quod in

26. *favorabilia.* Guelf. *favorabiles* cum Voſſ. 1. 3. Sine ſenſu, quoniam ſequitur *manifeſta omnia.*

quoniam. Guelf. *quae* cum Goth. Voſſ. 3. Bern. „Elegantiter" ait Harles V. C. Sed tum opus eſt ut in initio hujus ſenſus legatur *Quot*, non *quae*. Turic. *quum.*

27. *quod laedit.* Turic. *q. legit* cum Alm. cf. ad § 7.

28. *Neque enim.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *Nec e.* cf. ad 3, 11, 20.

28. *in hoc — in illo.* Qui ſint ii, quorum ſententiam probare ſe negat, nondum reperio. Neque enim de hac maxime prooemii et epilogi differentia, quidquam proditum eſt ab Ariſtotele, Cicerone, aliisve vel aequalibus vel recentioribus. Aliam tangit Hermogenes p. 51 (Sturm. in Partitt.) qui cum prooemia pariter atque epilogos ad movendos auditorum animos induci dixerit (πάθους — ἔνεστι — οἷον φόβου ἢ ὀργῆς, ἢ ἐλέου ἢ φθόνου ἢ τινος τοιούτου) discrimen ſtatuit inter ea hoc intercedere τὰ μὲν προοίμια παρασκευάζειν πρὸς τὸ δέξασθαι ἢ ἀποδέσθαι τόδε τι πάθος· τοὺς δὲ ἐπιλόγους ἢ αὔξειν ἢ μειοῦν διὰ τῶν κεφαλαίων, τό (ſic lego pro τῷ) τε ἤδη τέλεον ἐξαίρειν. In hac noſtra auctorum hujus opinionis ignorantia, ipſa quoque qualis fuerit, poteſt dubitari. Si vulgarem uſurpandi pronomina *hic* et *illo* regulam ſequimur, voluerunt ii, quos improbat Qu., in epilogo *praeterita*, in prooemio *futura* dici; et ita accepit haec verba Pſeudo-Turnebus. Neque ta-

ingreſſu parcius et modeſtius praetentanda eſt, judicis miſericordia; in epilogo vero liceat

praetentanda eſt. Turic. *pertemptanda eſt* cum Alm. et Camp. qui tamen *pertent.* Sed hic error eſt frequentior quam in quo haereas. Altera ineſt menda, qua nullus meorum liber caret, quod *eſt* legitur, pro quo ratio poſcit *ſit.* Quis enim ferat: „non ſum in hac opinione, ut eo diſtare prooemium credam, quod — *dicantur*: ſed quod praetentanda *eſt* (?) — in „epilogo vero *liceat*?“ Si forte, quod ipſum in oratione obliqua (*ut credam*) minus placet, poſt *ſed*, quoniam ſuam ipſius ſententiam promit, indicativo uſus eſt Qu., cur protinus in conjunctivum relabitur: *liceat.* Malim igitur refingere *ſit*, quam *licet.* Neque adeo inauditum eſt, confundi a librariis *eſt* et *ſit.* Cf. 3, 8, 22, ubi *ſit*, exquiſitior ſcriptura, ab uno Guelferbytano eſt mutatum pinguiori illo *eſt.* 4, 6, 52 *dic. ſit* Goth. *d. eſt* (tac. Geſn.) 4, 2, 27. *def. eſt.* Turic. *ſit.* 4, 2, 46 Guelf. *etiamſi ſit* rell. *e. eſt.* 6, 3, 37. *ſev. eſt*, editi *ſit.* 7, 1, 9 *dictum ſit.* Guelf. Goth. Camp. *d. eſt.* Reliqui veteres omittunt *ſit*, a Badio inde recepta obtinet, quae ſane placet, neque omni Cod. auctore caret. 7, 2, 18 *ſi — manifeſtum eſt.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *ſi — ſit* (et ſic neceſſario ſcribi docet, quod in eadem oratione ſequitur, *neget*). Reliqui mei *eſt*, praeter Obr. omittentem *ſi* (minus bene) et dantem *ſit*, quaſi pendens ab *ut.* cf. Oudend. ad Suet. Cal. 50 not. 4 extr.

men ſponte quis talem commiſcatur rationem. Si in prooemio movenda eſt miſeratio, convenit profecto, ut haec petatur ab earum injuriarum ſignificatione, quibus exagitatus in judicium venit litigator; quae vero manent eum, ſi cauſam non tenuerit, incommoda, ea, poſt expoſitam litem, judicibus longe clarius poſſunt ob oculos poni in epilogo et ſic Caſſiodorus apud Pith. p. 333. Neque obſtant ea, de quibus dixi pronomina; *in hoc* ad prooemium, etſi remotius, optime referetur, quoniam id ipſum eſt, quod proprie nunc tractatur, *in illo* ad epilogum, qui foris arceſſitur ad hanc diſputationem, illuſtrandi cauſa. cf. ad 3, 10, 1. et mox § 36 *hic — illic*, manifeſtum in primis exemplum. vid. 6, 1, 9. Occurrit igitur Qu. ei, quicunque, quod *paſſuri* ſimus, in prooemio dici vetet, ex pervulgato illo praecepto. Sic et mox (§ 29) „miſerabilem, ſi vincamur, exitum“ qui eſt futurus, memorat. cf. 6, 1, 23.

praetentanda eſt. Vid. not. erit.

totos effundere affectus, et fictam orationem induere perſonis, et defunctos excitare, et pignora eorum producere: quae minus exordiis ſunt uſitata. Sed haec, quae ſupra dixi, 29
non movere tantum, verum ex diverſo amoliri quoque prooemio opus eſt. Ut autem noſtrum miſerabilem, ſi vincamur, exitum: ita adverſariorum ſuperbum, ſi vicerint, utile eſt credi. Sed ex iis quoque, quae non 30
ſunt perſonarum nec cauſarum, verum ad-
505 junctа perſonis et cauſis, duci prooemia ſolent. Perſonis applicantur non *pignora* modo, de quibus ſupra dixi, ſed *propinquitates*, *amicitiae*; interim *regiones* etiam, *civitatesque*, et ſi quid aliud ejus, quem defendimus, caſu laedi poteſt. Ad cauſam 31

minus exord. Turic. (a pr. m.) *m. in ex.* cum Alm. Camp.

30. *caſu laedi poteſt.* Sic Guelf. niſi quod *ledi* dat. Accedit Bern. leviter discrepans *caſu leni poteſt.* Longius abſunt

pignora eorum. Defunctorum igitur; ſed quidni ipſorum potius, quorum res agitur? Malim igitur, quanquam invitis libris omnibus, reponi *rerum* pro *eorum.* Confuſio ea non infrequens eſt apud librarios cf. Drakenb. ad Liv. 26, 3, 10. Sed ecce ipſum hoc, quod conjeci, dantem e Qu. Caſſiodorum in rhetoribus Pithoeanis p. 533.

29. *quae ſupra dixi.* Suſpicor reſpici ad § 27 ubi *favorabilia* tanguntur; nam proxima ad epilogum pertinent, non ad prooemium. Obverſatur tamen maxime miſeratio. *Movere* (pro quo eſt *commovere* 6, 4, 6 in loco gemino) cum ſit in plurimis libris, nihil aliud niſi gloſſa eſt quod, hujus verbi loco, praeferunt quaedam editiones *tentare*, ex Regii nota arreptum.

30. *de quibus ſupra.* Haec, quoniam ipſum vocabulum ponit, *pignora*, ad § 28 referri credo, non ad § 13, quae eſt Geſneri ratio.

caſu laedi poteſt. Caſum h.

extra pertinet *Tempus*, unde principium pro Coelio; *Locus*, unde pro Dejotaro; *Habitus*, unde pro Milone; *Opinio*, unde in Verrem: deinceps, ne omnia enumerentur, *Fama judiciorum*, *Expectatio vulgi*. nihil enim horum in cauſa eſt, ad cauſam tamen per-

Turic. *cauſale dici p.* cum Bodl. (Sed Alm. *cauſa indici p.* dare narratur) et Voſſ. 1. qui haec praefert *Tale dici p.* Prorſus conſpirare cum noſtro videtur Voſſ. 3 qui ſiletur. Nec aliter Ald. Baſ. Stoer. Chouet. Leid. Contra Goth. et Voſſ. 2 *cauſa dici p.* et haec plurimarum edd. eſt ſcriptura, ut ex meis Camp. Loo. Ven. Ruſc. Bad. Cerv. Gryph. Gibſ. Obr. Burm. Capp. Geſn. quo accedit Andr. cum aliquot ab aliis citatis. Conſentiunt Jenſ. et Tarv. niſi quod pro *dici* habent *duci*, quod in ſuis exemplis inventum correxit Regius. Plurimarum, et ante nos receptam, ſcripturam defendere poſſunt videri Codd. Vall. Ioann. Bal. Arg. Sed ſenſus magnopere friget, nec quisquam ſyllabae *le* rationem reddidit, quae in tot bonos libros forte irrepere profecto non potuit, cum viciſſim *ci*, poſtquam *di* ſeorſim poſitum conſpicebatur, a librariis ultro adjiceretur. *Cauſale* autem, quod male jungebant pro *caſu lae*, placere debebat ejusmodi ingeniis, univerſae ſententiae plerumque ſecuris.

31. *enumerentur*. Turic. *enumerem* cum Alm. Camp. reliquisque ante Ald. Sed redeunt ad ſing. pr. perſ. Bad. (qui tamen Vall. *enumerentur* dare narrat) Cerv. Obr. Et ſane placet magis.

l. accipe calamitatem, ut non raro dicitur a ſcriptoribus v. c. 6. Prooem. 4. 6, 1, 19. Tac. Ann. 2, 26. Cic. ad Div. 4, 13 ubi vide Manut. ad Qu. Fr. 1, 4. Pro Coelio extr.

31. *extra pertinet*. Variata eſt locutio pro eo, quod modo dicebatur *applicari*, quo cum confer Seneca Quaeſt. Nat. 5, 16. „ceteri (venti) — his *applicantur*.“

Coelio — Verrem. Pro Coel. c. 1. „miretur — quod *diebus* „feſtis“ cet. Pro Dejot. c. 2. „Moveor etiam *loci* ipſius in„ſolentia.“ Pro Mil. c. 1. „haec novi judicii nova *for*„*ma*.“ In Verr. Act. pr. c. 1. „Inveteravit enim jam *opi*„*nio*.“

tinet. Adjicit Theophraſtus ab oratione 32
principium, quale videtur eſſe Demoſthenis
pro Cteſiphonte, ut ſibi dicere ſuo potius
arbitrio liceat rogantis, quam eo modo,
quem accuſator actione praeſcripſerit. Fidu- 33
cia ipſa ſolet opinione arrogantiae laborare:
faciunt favorem et illa paene communia, non
tamen omittenda, vel ideo, ne occupentur,
optare, *abominari*, *rogare*, *ſolicitum agere*:
quia plerumque attentum quoque judicem
facit, ſi res agi videtur nova, magna, atrox,
pertinens ad exemplum: praecipue tamen,
ſi judex aut ſua vice, aut reipublicae com-
movetur, cujus animus ſpe, metu, admo-

32. *Adjicit.* Goth. *abducit* cum Voſſ. 2 ſolo; perperam. cf. praef. noſtr. p. 42. *oratione.* Sic Tur., Guelf. cum Codd. quotquot collati ſunt omnibus (niſi quod ſiletur Bern. quem tamen trahit Guelf.) et Camp. meiſque ante Aldum omnibus, quo accedunt Bad. Cerv. Primus Aldus dat *actione*, effictum ſane ex eo, quod mox hoc ipſum vocabulum ſubjicitur. Ego tot auctoribus contra ire non ſuſtinui, neque video in recepta quidquam magnopere reprehendendum. Goth. 5, 7, 6 pro *actio* dat *oratio*. *praeſcripſerit.* Sic Guelf. Goth. (hic Geſn.) Voſſ. 1. 2. et edd. meae (exc. Camp.) ante Bad. omnes, quo accedunt Ald. ſec. Gryph. Stoer. Chouet. Reliquae *praeſcripſerat*, quod quare de induſtria pro noſtro reponi voluerit Regius, non aſſequor. Tur. et Voſſ. 3 *praeſcripſerit* mira erroris communione.

32. *Theophraſtus ab oratione.* cf. de Theophr. 3, 1, 15. *Principium ab oratione* videtur fieri tum, cum de ordine orationis ſuae aliqua praefatur, qui cauſam dicit. vid. not. Crit.

quale — Demoſthenis. cf. 3, 6, 3. Contendit a judicibus orator μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ.

33. *paene communia.* cf. 3, 3, 6.

nitione, precibus, vanitate denique, ſi id
54 profuturum credemus, agitandus eſt. Sunt
et illa excitandis ad audiendum non inutilia,
ſi nos neque diu moraturos, neque extra cau-
ſam dicturos exiſtiment. Docilem ſine dubio
et haec ipſa praeſtat attentio: ſed et illud, ſi 306
breviter et dilucide ſummam rei, de qua
cognoſcere debeat, indicaverimus: quod Ho-
merus atque Virgilius operum ſuorum prin-
55 cipiis faciunt. Nam iſtius rei modus eſt, ut
propoſitioni ſimilior ſit, quam expoſitioni:
nec quomodo quidque ſit actum, ſed de qui-
bus dicturus ſit orator, oſtendat. Nec video,

53. *vanitate*. Sic mei libri omnes. Ioann. Voſſ. 1. 3. *novitate*. Sed ſaepe permutantur haec a librariis vid. Drakenb. ad Liv. 5, 1, 7. Et poterat tali confuſione, frequentiſſima, ſe defendere Almelov. conjectura *varietate*, niſi ſenſu excluderetur. *agitandus*. Guelf. *adhortandus*, ſolus, puto.

34. *indicaverimus*. Turic. *indicarimus* (a pr. manu) cum Alm. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Bad. quo acc. Ald. ſec. Rectius puto. Guelf. et Voſſ. 3 *indicamus*.

vanitate h. e. mendacio, ut recte interpretatur Capper. cum Badius, Rollinus, Gedoynus, patrii ſermonis intempeſtive memores, ambitionem judicis accipiant, quibus miror Geſnerum ipſum accedere. Si quis 11, 2, 23 *vanitatem* ita uſurpatam crediderit, is illo quoque loco noſtram ſignificationem teneri poſſe admonitus facile ſentiet. Hanc Nonius Marcellus (c. 4 voce *Vanum*) aſtruit locis e Cicerone productis, de Offic. 1, 42. 4 Tuſcul. 3, 1. cf. *vana* 7, 1 11. 2, 34. 9, 2, 35. Poteſt autem haec *vanitas* non una ratione ſe oſtendere, velut oſtentando vid. Cic. Lael. c. 15. cf. et Vellej. 2, 60, 3. Quomodo oratorem ſuum in hac *vanitate* virum bonum poſſit tueri Qu., ipſe viderit.

35. *Nam — modus*. Conjunctionem refer ad „brevi„ter" et *modum* intellige menſuram. De *propoſitione* vide 3, 9, 5.

quod hujus rei poſſit apud oratores reperiri melius exemplum, quam Ciceronis pro A. Cluentio. *Animadverti, judices, omnem ac-* 36
cuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes: quarum altera mihi niti et magnopere confidere videbatur invidia jam inveterata judicii Juniani; altera tantummodo conſuetudinis cauſa timide et diffidenter attingere rationem veneficii criminum, qua de re lege eſt haec quaeſtio conſtituta. Id tamen totum reſpondenti facilius eſt, quam proponenti: quia hic admonendus judex, illic docendus eſt. Nec me, quanquam magni auctores, in 37
hoc duxerint, ut non ſemper facere attentum ac docilem judicem velim: non quia neſciam,

35. *pro A. Cl.* Omittunt *A* Guelf. Goth. et edd. mea ante Ald. omnes, quo acc. Bad. Cerv. Gryph.

36. *proponenti.* Turic. et Guelf. *ponenti* cum Alm. Camp. Nihil praeſidii eſt in hac ſcriptura, ſi quis haereat in *pro ponendo* quod proprie hujus loci non videtur. Nam et *ponere* dicitur pro *exponendo, narrando* velut 4, 2, 86 quod ipſum hinc eſt alienum.

36. *proponenti*, i. e. prius agenti. Hoc enim ſolet reſpondendo opponi velut 4, 2, 28. 5, 13, 2. Alioqui proponere eſt illius qui indicit quae jam-jam ſit probaturus (vide modo *propoſitionem*). Sed hoc ipſum illius maxime eſt, qui prior dicit. Alter prioris argumenta convellit potius, quam ſua proponit.

37. *quanquam magni.* Deſcribitur Ariſtoteles, cujus auctoritate videntur multi Quintiliani aequales male uſi. Recurrit enim haec ſocordiae, pro prudentia venditae, objurgatio in narrationis praeceptis 4, 2, 64 ſqq. cf. et 5, 13, 9. Locus Ariſtotelis eſt Rhet. 3, 14, 7. (p. 373) οὐ γὰρ ἀεὶ συμφέρει τοιεῖν προοιμιακόν. Adverſus quem locum, ut ait ibi Victorius (p. 702) „Quintilianus *accurate* diſputavit.“ De *id quod* cf. 3, 6, 1.

id quod ab illis dicitur, esse pro mala causa; qualis ea sit non intelligi: verum quia istud non negligentia judicis contingit, sed errore.
58 Dixit enim adversarius, et fortasse persuasit: nobis opus est ejus diversa opinione: quae mutari non potest, nisi illum fecerimus ad ea, quae dicemus, docilem et attentum. Quid ergo? Imminuenda quaedam et elevanda, et quasi contemnenda esse consentio, ad remittendam intentionem judicis, quam adversario praestat: ut fecit pro Ligario 307
59 Cicero. Quid enim agebat aliud ironia illa, quam ut Caesar minus se in rem, tanquam

38. *doc. et attentum.* Turic. et Guelf. *d. e. intentum* cum Alm. Bern. Camp. *Quid ergo? Imm.* Turic. et Guelf. *Q. e. est imm.* cum Alm. et Ald. Recte amandat Burm. ad 2, 8, 7 ubi designavit 2, 10, 5 aliaque aliorum loca, in quibus similis, rogandi forma, nec tamen negavit alicubi addi *est*. Mihi absque *est* ratio magis probatur. *elevanda.* Turic. et Guelf. *levianda* cum Alm. Edd. meae ante Bad. sec. omnes *levanda*, quo redit Basil. cum Cod. Ioann. Voss. Bern. et Goth. (tac. Gesn.) *lenienda* Voss. 1 quod est et in aliquot edd. margine. Neque tamen dubito quin verum sit nostrum.

39. *minus se in rem.* Turic. et Guelf. omittunt *se* cum Alm. Camp. Obr. cf. not. crit. ad 3, 6, 11.

38. *ejus — opinione.* Intellige „judicis". ἀπὸ κοινοῦ, quanquam intervenit „adversarius.

39. *ironia illa.* cf. § 70. Dubitatum fuit, verene inesset ironia initio Ligarianae, qua de re vide Voss. Institutt. Rhet. P. 2. p. 154 qui testem citat Aquilam Romanum, agnoscentem hanc figuram p. Ruhnk. 149. Nec quisquam, qui diligenter legat, ignoret illam accusatoris irrisionem, qui cum notissima quaeque et protrita objecerit reo, tamen velit capitale quid et singulare protulisse videri. Erat illud artificium Ciceronis, quo verum crimen diffingeret invertereteque, quod non in solo Pompejanarum partium studio arguisset Tubero.

non novam, intenderet? Quid pro Coelio, quam ut res expectatione minor videretur? Verum ex iis, quae proposui, aliud in alio genere causae desiderari palam est. Genera 40 porro causarum plurimi quinque fecerunt, *honestum*, *humile*, *dubium* vel *anceps*, *admirabile*, *obscurum*: id est, ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμ-

proposui. Turic. et Guelf. *proposuimus* cum Alm. Voss. 1. Camp. 40. ἔνδ. — δυσπαρακ. Guelf. ἔνδ. ἄδ. ἄπορον ἀμφ. π. δ. Qui ita scripsit librarius videtur Latino *dubium* graecam vocem reddere voluisse cum *anceps* esset ἀμφίδ. cf. 3, 6, 35 ubi perperam ἄπορον pro *dubium*. Goth. non ἔνδοξ. omittit (ut ait Gesn.) sed ἄδοξ. cujus loco ponit παραδ. quod mox omittit.

pro Coelio. cf. § 51. Cum nulla in Coelianae prooemio sit ironia, placet supra „*ironia* „*illa*" accipere sexto casu, ut hic quoque *agebat* subaudiamus, cujus subjectum sit ipse Cicero.

quae proposui. Quibus tanquam prooemii argumentis uti praecepi. Desiderari pro „conducere, prodesse" dicitur. cf. § 24.

40. *Genera causarum.* Spectant haec ad *judiciale genus*, cujus haec ipsa quinque genera sunt species, quas et Cicero agnoscit de Inv. 1, 15. Fortunatianus p. Pith. 60. Sulpic. Victor p. ib. 243. quorum postremi iisdem graecis quoque utuntur appellationibus. Hermogenes ἄδοξον habet (p. 7. ed. Sturm.) cujus quod affert exemplum nostro sane loco conveniat, nisi quod annumerat τοῖς ἀσυστάτοις i. e. iis quae ne admittuntur quidem in judicium. Reliqua apud hunc quidem non invenio. Capperonnerius, ad locum Fortunatiani supra positum, ablegat ad Graecos Rhetores Aldi, quorum secundo, quod designatur, volumine caremus in hac urbe; nec quidquam de horum doctrina reperio in Lexico Ernestino. Solet lis moveri Quintiliano, quod cum 3, 3, 15 *genera causarum* dixisset alio intellectu, hic in dissimili loco eodem usus sit vocabulo. Sed non ejus haec est culpa verum ipsius antea Ciceronis, quem operose defendit Marius Victorinus p. Pith. 122, unde sua hauserunt Regius et Pseudo-Turnebus. Sed revincit eum apud Badium Valla. vid. 5 Pr. 5.

φίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. Sunt, quibus recte videatur adjici *turpe*, quod alii
41 *humili*, alii *admirabili* ſubjiciunt. *Admirabile* autem vocant, quod eſt praeter opinionem hominum conſtitutum. In *ancipiti* maxime benevolum judicem, in *obſcuro* docilem, in *humili* attentum parare debemus. Nam *honeſtum* quidem ad conciliationem ſatis per ſe valet: in *admirabili* et *turpi*, remediis opus
42 eſt. Et eo quidam exordium in duas dividunt partes, *principium*, et *inſinuationem*, ut ſit in principiis recta benevolentiae et attentionis poſtulatio: quae quia eſſe in turpi cauſae genere non poſſit, inſinuatio ſurrepat animis maxime ubi frons cauſae non ſatis

41. *in admirabili.* Turic. omittit *in* cum Alm. Camp. Obr. Placet.

42. *quidam exord.* Turic. et Guelf. *quidem e.* cum Goth. Voſſ. 2. Bern. Camp. et aliquot praeterea edd. In Guelf. hoc quoque animadvertendum, quod inter haec duo verba vacuae chartae ſpatium eſt relictum, ſufficiens verſibus, quales ſunt in iſto Codice, 24 et dimidio. *Exordium* orditur verſum integrum, et litera *E* minio eſt picta. Nihil tamen hinc excidiſſe exiſtimo. *in principiis.* Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. *in principio.* Placet. *quae quia eſſe.* Gnelf. et Goth. (tac. Geſn.) omittunt *quia* cum Voſſ. 2. 3. Camp. Gryph. (1536). Sed Turic. et Alm. *quae eſt.* Error negligendi *quia* poſt *quae* proclivis erat. *frons.* Turic. et Guelf. *fore*

41. *praeter op. hom. conſtitutum. Conſtitutum* dixiſſe videtur, dum menti obverſatur *judicium*, quod *conſtitui* dicitur proprie (velut § 36 et 4, 2, 10. *quaeſtio conſt.* et 3, 10, 5 *judicia conſt.*). *Genus cauſae* enim proprie non *conſtituitur* quanquam Cic. in Verr. 5, 1. *cauſa conſtituitur.* cf. 7, 1, 14. item 5, 13, 34.

42. *principium et inſinuationem.* Cf. ad Her. 1, 4 — 8. Cic. de Inv. 1, 15. ad eum Marius Vict. p. Pith. 124. Cur. Fortunat. p. 60.

frons — facie. Non diffiteor moleſtam mihi videri

honesta est, vel quia res sit improba, vel quia hominibus parum probetur: aut si facie quoque ipsa premitur, vel invidiosa consistentis ex diverso patroni, aut

cum Alm. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Loc. Ald. Sed Goth. et Vall. (ref. Badio) receptam; et sic Camp. quoque cum reliquis edd.

aut si facie. Turic. omittit *si* cum Camp. Placet.

invidiosa consistentis. Ita Guelf. cum Bodl. Ioann. Voss. 2. 3. Bern. Goth. Alm. Turic. (nisi quod postremorum uterque dat etiam *consistens*) et edd. meis ante Bad. sec. omnibus, quo acc. Ald. sec. Praeter recentiores edd. restant igitur vindices receptae scripturae quae sic habet, *invidia c.*, Codd. Bal. Voss. 1. Hos vel mutilos h. l. vel male collatos facile suspiceris. Sed ne stare quidem potest recepta. Quis enim ferat *vel* praemissum nunc substantivo *invidia*, nunc adjectivo *miserabilis* (eo enim casu scribitur hoc vocabulum in omnibus ante me libris)? Quod si *miserabilis* pendet ab *invidia*, debebat *vel* poni post eam vocem. Deinde quid est *invidia patroni*? Dure profecto dicta pro ea *invidia*, quem vel actori vel litigatori conflet patronus; nam proprie accipies talem, qua laboret ipse (ut 4, 2, 113 *invidia caedentis*). In nostra constitutione (quae est tota codicum, una abrasa litera S in *miserabili*, facile irrepente ob sequens *senis*)

hanc *faciei* a *fronte* discernendae affectationem, cum in impropria qualis haec est, oratione fere soleat utraque significare externam rei speciem. Et *facies* succedit *fronti* in eadem locutione apud ipsum nostrum 9, 2, 25 (sed ex Calvo) „Perfrica *frontem*" tum 11, 3, 160 „Perfricare *faciem*." Etiam 11, 1, 61 ubi plane similia his tractantur, *frontem* ponit noster. Cogimur tamen in *facie* h. l. agnoscere speciem paulo interiorem quam est *frons*, quanquam nec ipsam veritatis indicem certam. Badius „*Frons*," ait, „cuius „est, qua ipsa primum appa„ret, *facies* qua agnoscitur." In Indicativo „hon. *est*" non est haerendum, etsi convenientior videbatur conjunctivus. Illum, cum tamen ferri posset, praetulit ob nimiam conjunctivorum frequentiam. Alia est conditio § 28.

vel invidiosa — vel miserabili. Patronum cave h. l. accipias causidicum. *Patroni* hujus *cliens* est vel actor, vel litigator cf. 11, 1, 66. „Eadem pro libertis adversus „*patronos* observantia." ubi modo dixerat *patronum* (§ 65) pro *advocato*.

patris, vel miserabili, senis, caeci, infan-
43 tis. Et quidem quibus adversus haec mo-
dis sit medendum, verbosius tradunt, mate-
riasque ipsi sibi fingunt, et ad morem actio- 308
num persequuntur: sed hae, cum oriantur

invidiosa adjectivum, sexto casu, junges substantivo *facie*, unde deinceps pendebunt genitivi, et quo itidem referetur *miserabili*. Sic 2, 15, 6. *facies miserabilis*. Jam si contortam judicis locutionem: *premitur causa facie invidiosa patroni ex diverso consistentis*, reminiscere, quaeso, quoties, contra recentiorum linguarum usum, veteres *habere* usurpent, ubi dicunt rem aliquam habere id, quod circa eam versatur. (cf. v. c. 6, 2, 10. 7, Praef. 1.). Neque enim dure dicas „haec causa habet patronum ex diverso consistentem," quorum loco hic paulo licentius est „hujus causae facies habet" cet. Quo in genere verbo *habere*, in nominum structura, succedit genitivus ejus rei, quae habetur. Cetera, quibus offendaris in hoc loco, nata sunt ex studio brevitatis, quae cum *faciem* semel posuisset, mallet adjectivo ad nomen illud accommodando defungi apud intelligentes lectores, quam verbosius dicendo etiam tardis patere. Quod autem negavi *invidiam* dici id, quod invidiam *faciat*; hoc non eo pertinet, quasi adjectivum non significet eum, qui invidiam commoveat alii. Haec enim propria ejus est potestas. vid. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 9, 29, 7. Uno defungar exemplo in primis manifesto Ovid. Metam. 5, 513 (Ceres) Ante Jovem passis stetit *invidiosa* capillis. it. nostri 11, 1, 63.

43. *Et quidem.* Goth. Voss. 2. *E. quidam* quod fuisse Regius. Meliores Codd. Alm. Turic. Guelf. nostram habent. Quibus accedere videntur reliqui. Ex vett. edd. Camp. Tarv. Rusc. Ald. *quidam*. Praestat *quidem*, ut difficilius et majori auctoritate firmatum. Similis usus est Sueton. Jul. c. 62. item infr. 5, 10, 95. 9, 4, 79, ubi nulla varietas, nisi quod priore loco Voss. 3. *quod quidem*, perverse. cf. 5 Pr. 1. 6, 1, 38. *ad morem.* Turic. *et amorem.* Camp. *et rhorem* sine praepos. Priscianum errorem *et ad mortem*, quem correxit Regius, ante Venet. omnes praeterea vett. meae.

persequuntur. Codd. praeter Goth. nullos video qui non dent *prosequuntur*. Sed nostram rationem et hic, cum edd.

43. *Et quidem* vid. not. crit.

ex cauſis, quarum ſpecies conſequi omnes non poſſumus, niſi generaliter comprehendantur, in infinitum ſunt extrahendae. Quare 44
ſingulis conſilium ex propria ratione naſcetur. Illud in univerſum praeceptum ſit, ut ab iis, quae laedunt, ad ea, quae proſunt, refugiamus. Si cauſa laborabimus, perſona ſubveniat; ſi perſona, cauſa: ſi nihil, quod nos adjuvet, erit, quaeramus, quid adverſarium laedat. nam ut optabile eſt, plus favoris mereri: ſic proximum, odii minus. In iis, quae 45
negari non poterunt, elaborandum, ut aut minora, quam dictum eſt, aut alia mente facta, aut nihil ad praeſentem quaeſtionem pertinere, aut emendari poſſe poenitentia, aut ſatis jam punita, videantur. Ideoque agere advocato, quam litigatori, facilius; quia et laudat ſine arrogantiae crimine, et aliquando utiliter etiam reprehendere poteſt.

Camp. Jenſ. (non enim illa *conſ.*) Tarv. Ven. Ruſc. aliisque recentioribus, et res ipſa commendat. Geſn. *proſ.* cf. 1 Procem. 25. item 6, 1, 5.

44. *Illud — praeceptum ſit.* Turic. *Aliud — praeceperimus* cum Alm. Camp. Sed Guelf. Ald. Baſ. *illud — praeceperim.* Voſſ. 1. 3. Bern. *i.* — *praeceperunt.* Niſi Codd. ſunt vindices receptae, malim Aldinam rationem, ex qua per errorem repetendi *ut* natum *praeceperimus.* Magis enim Quintiliani ipſius proprium eſt praeceptum quam vulgo datum ab omnibus ut mox § 57. *refugiamus.* Camp. *conſ.* male.

quid adverſ. Turic. a prima manu *qui a.* Malim *quod* ex quo corrupta Turic. ſcriptura (cf. 3, 7, 5.) et quod habet in marg. Vidov. et Bad. cf. 4, 2, 91.

44. *praeceptum ſit.* vid. not. Crit. *quid adverſarium laedat.* cf. not. Crit. *proximum.* cf. 1, 1, 8.

46 Nam se quoque moveri interim finget, ut pro Rabirio Postumo Cicero, dum aditum sibi ad aures faciat, et auctoritatem induat vera sentientis, quo magis credatur vel defendenti eadem, vel neganti. Ideoque hoc primum intuemur, litigatoris an advocati persona sit utendum, quoties utrumque fieri potest. nam in schola liberum est: in foro rarum, ut sit idoneus suae rei quisque defen-

46. *dum — indúat.* Goth. *d. a. f. facit — induit.* (Dé *facit* tac. Gesn.) cum Voss. 2. et edd. a Jens. inde ad Gryph. qui primus conjunctivos dat. Camp. tamen cum Turic. et Guelf. et ipse hos praefert. Hi manum mihi injecerunt, quo minus reponerem indicativos, quos praestare arbitror, quia *dum* h. l. neque *dummodo* significat, neque *donec*. Vide Gronov. et Drakenb. ad Liv. 1, 40, 7 it. Gronov. ad 35, 8, 1.

aditum. Turic. *aditus.* cum Alm. Guelf. Bern. Voss. 3. Camp. Fortasse melius. Confer Gallorum vocem „les entrées" et Aeneid. 4. 423. Tibull. 2. 4, 29. *intuemur.* Sic Codd., ut quidem videntur, omnes; etiam Camp. Mox vett. edd. usque ad Stoerium *intueamur*, quod sane aptius et repetiit Capp. Suspicor Qu. scripsisse *intuebimur.* *num in schola.* Sic Turic. cum Alm et Camp. it. Gryph. (1544) Obr. Inserit Guelf. *id* cum reliquis fortasse plerisque. Goth. et vett. edd. usque ad Basil. *illud.* Veterum morem magis sapit omissio pronominis.

suae rei. Hoc ordine Tur. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum edd. ante Stoer. omnibus. Deinceps *r. s.* Hoc inconsulto haud dubie, quod Guelf. *sui rei.*

46. *moveri.* scil. iis, quae objiciantur suo clienti.

Pro Rab. Post. Rectissime Gesnerus designat hujus orationis locum prae aliis c. 1. mox ab initio.

dum — indúat. cf. not. Crit.

intuemur. cf. not. Crit.

quisque. Non erat quod is hac voce haereret Gesn. qui malit *quisquam* quia *rarum* hoc dicatur. *Quisque* hic est quem Graece dicas τὸν εἰς ἕκαστον, cf. 2, 15, 6. 3, 8, 42 (in loco Cic.) 5, 12, 13. 14. bis 5, 13, 57. 58. ubi saepe cum *sit* pronomine conjunctum videbis, ut hoc ipso loco. cf. not. crit. ad § 53.

509 for. Declamaturus autem maxime positas in 47
affectibus causas propriis personis debet in-
duere. Hi sunt enim, qui mandari non
possunt: nec eadem vi perfertur alieni animi,
qua sui, motus. His etiam de causis insinua- 48
tione videtur opus esse, si adversarii actio
judicum animos occupavit, si dicendum
apud fatigatos est: quorum alterum promit-
tendo nostras probationes, et adversas elu-
dendo, vitabimus; alterum et spe brevitatis,
et iis, quibus attentum fieri judicem docui-
mus. Et urbanitas opportuna reficit animos, 49
et undecunque petita judicis voluptas levat
taedium. Non inutilis etiam est ratio occu-

47. *perfertur.* Sic. Tur. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Camp. nisi quod hic *fertur.* Reliqui *perferuntur.* Minus placet pluralis in *motus*, qui jam fuerat in *affectibus*, ut hic varietas aliqua magis deceret.

48. *occupavit, si.* Ita Tur. Guelf. Camp. Mox ad Obr. usque *occupaverit vel si*, quod repetierunt recentiores. Goth. (tac. Gesn.) non *vel* solum sed et *occ.* omittit. Conjunctivus in *occ.* ferri nequit. Nec vere videtur dici Alm. dare *occuparit*, et *vel* ipsum, etsi hoc, omissum ab Alm., servavit Obr., sapit correctorem. *eludendo.* Sic Tur. Guelf. Camp. Edd. reliquae vett. praeter Ald. *eluendo* ut et Goth. et Voss. 2. (Quibus addunt Alm. in quo falli eos puto). Gryph. *elevando*, a correctore. Nostram veram esse docet, praeter multa Qu. loca, 5, 13, 27. ubi gemina fere nostris. Quanquam et isto loco idem Gothani error, ceteris non astipulantibus.

49. *judicis voluptas.* Guelf. *judici v.* Non male, ut pendeat dativus a *petita.*

48. *His etiam de causis.* Pronomen cave referas ad praecedentia. *Hae causae* sunt, *si adversa. est.* *iis — docuimus.* §. 53. 54. Valde geminum nostro habes locum Ciceronis de Inv. 2, 17. indicante Turnebo.

pandi, quae videntur obstare: ut Cicero dicit, *Scire se mirari quosdam, quod is, qui per tot annos defenderit multos, laeserit neminem, ad accusandum Verrem descenderit:* deinde ostendit, hanc ipsam sociorum defen-
50 sionem; quod schema πρόληψις dicitur. Id cum sit utile aliquando, nunc a declamatoribus quibusdam paene semper assumitur, qui fas non putant, nisi a contrario, incipere. Negant Apollodorum secuti, tres esse (de quibus diximus) praeparandi judicis partes: sed multas species enumerant, ut *ex moribus judicis, ex opinionibus ad causam extra pertinentibus, ex opinione de ipsa causa*, quae sunt prope infinitae: tum iis, ex quibus omnes controversiae constant, *personis, factis, dictis, causis, temporibus, locis, occasioni-*
51 *bus, ceteris.* Quas veras esse fateor, sed in

πρόληψις. Codd. mei et vett. edd. omnes latt. litt. dant. vocem. Nec male fortasse cf. 3, 6, 97. nec obstat quod 9, 2, 16 et 9, 3, 99 Graece fere scribitur.

50. *tres.* Goth. et Camp. *tris* quod erat in eo quoque Codice, unde descriptus est Turic. Hic enim pro *secuti tres* dat *secuturis*, mutatum a sec. manu in *secuturum*. cf. 1, 7, 17.

causam extra. Guelf. et Goth. (tac. Gesn.) inserunt *et*. male profecto.

49. *Cicero.* In divinatione in Q. Caecilium, statim ab initio.

defensionem. Gesn. vult post hanc vocem *esse* aut poni aut certe intelligi. Nullus liber habet infinitivum, qui, etsi facillime poterat inseri, nequaquam est necessarius.

50. *tres.* § 5.

opinionibus — extra pertinentibus. cf. § 31. monente Capp.

quae — infinitae. Pronomen cave cum Capp. referas ad *opiniones*, intelliguntur enim *species*.

personis — ceteris. cf. 3, 6, 25. it. 4, 2, 65.

haec tria genera recidere. Nam si *judicem benevolum*, *attentum*, *docilem* habeo, quid amplius debeam optare, non reperio: cum metus ipse, qui maxime videtur esse extra haec, et attentum judicem faciat, et ab adverso favore deterreat. Verum quoniam non 52
est satis demonstrare discentibus, quae sint in ratione prooemii, sed dicendum etiam,
510 quomodo perfici facillime possint: hoc adjicio, ut dicturus intueatur, *Quid*, *apud quem*, *pro quo*, *contra quem*, *quo tempore*, *quo loco*, *quo rerum statu*, *qua vulgi fama* dicendum sit? *Quid judicem sentire credibile* sit, antequam incipiamus? tum, *Quid aut desideremus*, *aut deprecemur?* Ipsa illum natura eo ducet, ut sciat, quid primum dicendum sit. At nunc omne, quod coeperit, 53

51. *haec tria gen.* Turic. omittit *tria* cum Alm. et Camp. *reperio.* Turic. *reperiam* cum Alm. et Camp.

52. *perfici.* Turic. *perspici* cum Alm. Voss. 3. Bern. At Camp. *percipi.* *incipiamus.* Turic. *incipimus* cum Alm. Guelf. Voss. 2. (An 1. vel 3?) Camp. Obr. Fortasse melius ad vitandum concursum conjunctivorum. cf. 3, 6, 1. it. 5, 8, 4. *Quid aut desideremus.* Turic. omittit *aut* cum Alm.

53. *quod coeperit.* Guelf. *coeperunt* cum Bern. Voss. 3. et Camp. Reliqui fere *coeperint*, ut et Gesn. Sed Goth. (tac. Gesn.) et Voss. 2. nostram dant. Hanc ego rationem praestare arbitror, cum *coepisse* transitive cum accusativo simi vix credam, citra antiquiorem latinitatem.

51. *metus ipse.* §. 20. seqq.

52. *deprecemur.* cf. 3, 6, 13.

quid primum. h. e. prooemii loco.

53. *At nunc — exordium.* Est affectatio aliqua in variando *prooemium*, *exordium*; quae si quid habet in recessu, equidem non assequor, ut de ipsa scripturae veritate dubitare subeat. cf. not. er.

prooemium putant, et, ut quidque succurrit, utique si aliqua sententia blandiatur, exordium. Multa autem sine dubio ex aliis partibus sunt, aut aliis partibus causae communia: nihil tamen in quaque melius dicitur, quam quod aeque bene dici alibi non
54 possit. Multum gratiae exordio est, quod ab actione diversae partis materiam trahit; hoc ipso, quod non compositum domi, sed ibi atque e re natum, et facilitate famam ingenii auget, et facie simplicis sumtique e proximo sermonis fidem quoque acquirit: adeo ut, etiamsi reliqua scripta atque elaborata sint, tamen plerumque videatur tota extemporalis oratio, cujus initium nihil praeparatum
55 habuisse manifestum est. Frequentissime vero prooemium decebit et sententiarum, et compositionis, et vocis, et vultus modestia:

prooemium. Cum mox recurrat *exordium*, quasi diversum ab hoc *prooemio*, malim hic pro ea voce legi *primum*, hac sententia: „omne quod coeperit primum putant" h. e. quidquid aliquis primum dicat, id natura quoque primum esse. Cf. 3, 11, 28 ubi contraria est confusio.

succurrit. Ita Turic. Guelf. Bern. Camp. Reliqui *succurrerit*, parum idoneo cunjunctivo.

blandiatur. Sic omnes mei, praeter Gesn. (imitantibus Bipp.) in quo videtur operarum vitium *blanditur*.

in quaque. Goth. (tac. Gesn.) *in quoque*. cum Voss. 2. et Jens. Ex hac scriptura Regius effecit *quoquam*, quem secuti sunt Loc. et reliquae ante Leid. excepto Aldo. hic enim cum Camp. Tarv. et recc. nostram dat, quam Codd. ipsi tuentur, verissimam. Intelligitur *parte*, et ratio est qualis in *quisque* § 46.

54. *actione.* Agendi formula. Cf. 3, 6, 69 ibique notam. it. hoc cap. § 32.

55. *compositionis.* scil. numerorum cf. not. ad Pro. 8.

adeo ut in genere cauſae etiam indubitabili, fiducia ſe ipſa nimium exerere non debeat. Odit enim judex fere litigantis ſecuritatem: 311 cumque jus ſuum intelligat, tacitus reverentiam poſtulat. Nec minus diligenter, ne 56 ſuſpecti ſimus illa parte, vitandum: propter quod minime oſtentari debet in principiis cura, quia videtur ars omnis dicentis contra judicem adhiberi. Sed ipſum iſtud evitare, ſummae artis eſt. Nam id ſine dubio ab 57 omnibus, et quidem optime, praeceptum eſt: verum aliquatenus temporum conditione mutatur: quia jam quibusdam judiciis, ma-

55. *exerere.* Turic. *exercere* cum meis aliisque, puto, item omnibus et Camp. et vett. ante Venet. Correxit Regius frequentiſſimum errorem. Ald. et Baſ. retinuerunt.

56. *illa parte.* Tur. *ulla p.* cum Alm. Guelf. Camp. Tarv. et recentioribus fere ante Burm. Inſerunt praep. *in u. p.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Loc. Ruſc. Bad. Regii conjecturam *illa* cum praepoſitione dat Veneta (cf. not. ad 2, 21, 16), ſine ea Baſ., neceſſario, quidquid obloquitur Badius. *ulla p.* ſphalma Bip.

ars omnis. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *a. omnino* cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſ. exceptis Camp. Ald.

57. *evitare.* Turic. et Camp. *curare.* Soli.

jam quibusdam jud. Sic Turic. cum Camp. Retinent *jam* Guelf. Goth. Bodl. (vel ut alibi prodit Gibſ., Bal.) edd. Andr. et omnes meae ante Stoerium. Recte ex fuga retraxit Gibſ. quem Obr. et Roll. ſunt ſecuti. Nec quidquam facilius excidebat quam *jam* poſt *quia.* Non memoratur Alm. qui tamen profecto cum Turic. facit. Inter *quib.* et *jud.* plerique inſerunt *in*, praeter Tur. Alm., Camp. quos ſequor.

jus ſuum. Locum Ciceronis apte comparat Pithoeus. Pro Quinct. c. 9. „niſi tu „(Aquilli) quod eſſet *tuum* „*jus* — docuiſſes."

56. *illa parte.* i. e. in prooemio.

ximeque capitalibus, aut apud centumviros, ipsi judices exigunt solicitas et accuratas actiones, contemnique se, nisi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt: nec do-
58 ceri tantum, sed etiam delectari volunt. Et est difficilis hujus rei moderatio: quae tamen ita temperari potest, ut videamur accurate, non callide, dicere. Illud ex praeceptis veteribus manet, ne quod insolens verbum, ne audacius translatum, ne aut ab obsoleta vetustate, aut poëtica licentia sumtum, in prin-
59 cipio deprehendatur. Nondum enim recepti sumus, et custodit nos recens audientium intentio: magis conciliatis animis, et jam calentibus, haec libertas feretur, maximeque cum in locos fuerimus ingressi, quorum na-

aut apud Centumv. Sic Turic. et Camp. cum Alm. Voss. 1. 3. Bern. it. ed. Tarv. Reliqui omnes mei cum Guelf. *at a. C.* quo errore liberavit locum Dan. Pareus, scribi jubens *et a. C.* sequente primo Rollino, sed sine auctore; atque deinceps recentioribus. cf. c. 2, 5. Muretus de Origine Juris (Ev. Ottonis Thes. T. 4. p. 164) capitis judicia apud Centumviros exerceri solita credidit falsae scripturae *ut* pro *aut*. Sic et Pseudo-Turn. hic et ad 5, 10, 115. *ipsi judices.* Guelf. *i. quidem.*

58. *temperari.* Turic. *temptari*, Camp. *tentari* errore nata e scriptura, qualis est in Turic. *aut poëtica.* Sic Turic. Voss. 2. Goth. (tac. Gesn.) Camp. et edd. mene ante Stoer. omnes. Guelf. et pleraeque recentt. inferunt *a.* Ante *obsoleta* omittunt plerique *ab*, sed retinent Turic. et Goth.

57. *apud Centumviros.* cf. 8, 10, 3. Judices diligentioris eloquentiae cupidos vid. et 4, 2., 122. 5, 10, 115.

58. *Difficilis hujus rei moderatio.* cf. 4, 1, 9. 12, 9, 5.

59. *custodit nos — intentio.* cf. 4, 2, 58. et paulo alia structura 126.

in locos. cf. 2, 1, 11. 2, 4, 22.

turalis ubertas licentiam verbi notari circumfuſo nitore non patitur. Nec argumentis 6
autem, nec locis, nec narrationi ſimilis eſſe in prooemio debet oratio, neque tamen deducta ſemper, atque circumlata, ſed ſaepe ſimplici atque illaboratae ſimilis, nec verbis vultuque nimia promittens. Diſſimulata 3
enim et, ut Graeci dicunt, ἀνεπίφατος actio,

59. *ubertas.* Jenſ. cum ceteris ſic, non, ut refert Geſn. *libertas.* *notari.* Guelf. *notare* cum Goth. (tac. Geſn.)

60. *circumlatā.* Voſſ. 2. date fertur *circulata* (quod eſt in aliquot excuſorum margine, et in Vallenſi, correctione invectum, cum prius noſtra eſſet) Gothano non aſtipulante. Badii lec. *circumlita* in textu, quod in margine habet Baſ.

atque illaboratae. Turic. *a. inlaboratae* (qui ſane voluit *inelab.*) Guelf. *ac illaborati.* Vett. edd. ante Baſ. *ac inelab.* exceptо Camp. et Aldo, quorum ille noſtram, hic *atque inel.* De *ac* ante vocalem vide 5, 2, 3.

ἀνεπίφατος *actio.* Tarviſ. Graecum omittit, nulla lacuna, ut poſſis ſuſpicari ipſam vocem *actio* natam ex male intellecto Graeco extremo. (Recurrit tamen mox apud Tarv. ἀνεπίφατος,

notari — non patitur. cf. locum geminum 4, 2, 117. it. 9, 4, 29.

60. *deducta — circumlata.* Prius cf. ad 3, 6, 59. not. ex. Hoc loco artificium ſingulare ſignificat, nec ſufficit quod Badius interpretando affert *tenuata*, etſi haec vis ineſt voci. Opponitur *deducto* operi illud, quod eſt *craſſo filo* Cic. ad Div. 9, 12. quo Burmannus quoque utitur, loco ſupra citato. Alterum recte hic ſcribi numerus teſtium perſuadet, nec dubium quin pertineat ad ſcite ſtructas oratorum περιόδους; nullo tamen gemino loco poteſtatem hanc aſtruere datur.

60. *vultuque.* Hic improprie dictum, aliter ac ſupra § 55.

ἀνεπίφατος *actio.* Vox graeca non adeo pervulgata. Poteſtas hic facile apparet, de qua vide in primis Schneiderum in Lexico Graeco. Maxime conſpirat cum uſu qualis eſt adverbii ἀνεπιφάτως apud Antonin. de ſe ipſo 1, 9. *Actio* de pronunciatione hic quidem non videtur intelligendum, ſed de univerſa oratione, dicendi forma. cf. not. prox.

melius ſaepe ſurrepit. Sed haec, prout formari animos judicum expediet. Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate deſtitui, nusquam turpius: cum vitioſum prooemium poſſit videri cicatricoſa facies: et peſſimus certe gubernator, qui navem, dum portum egreditur, impegit. Modus autem principii, pro cauſa. Nam brevius ſimplices, longius perplexae ſuſpectaeque et infames deſiderant. Ridendi vero, qui velut leges prooemiis omnibus dederunt,

eo loco, ubi debebat ſcribi ἀποσροφή.) Nam ſi omittis *actio*, ſenſus ſibi conſtat et adjectiva referuntur ad id, quod praeceſſit, *oratio*. Nimis tamen multa ſine ſubſtantivo continuata. Etiam *oratio* aliquoties confunditur in Codd. noſtri cum *actio* ut 4, 2, 32. 7, 10, 12. 11, 3, 96. Simpliciſſimum fuerit *actionem* hic dictam cenſere in genere pro *oratione*, tantum variandi cauſa. cf. not. ex. *animos*. Turic. Guelf. Camp. *animum* cum Alm. Voſſ. 2. (non aſtipulante Goth., niſi ego Guelf. notavi pro Goth.) et edd. ante Gryph. omnibus. An melius?

61. *facilitate*. Ita Turic. (a ſec. manu cum prior dediſſet *facultate deſtui*, pro *deſtitui* poſt reducto) et Camp. it. vetus Codex in margine Baſil. Acc. Goth. Voſſ. 2. Non memoratur Alm. Reliquae meae *facultate*, ut et Geſn. Si quid intereſt *facultatem* inter et *facilitatem*, quod eſt profecto, huic loco aptius *facil*. Cf. confuſas aliquoties has voces in Codd. 2, 14, 37. 2, 15, 30. 7, 2, 55. 10, 7, 18. 19. Taru. et Ald. *difficultate* ſoli, nec ſcio unde, ſed non ſine ſenſu, quoniam *deſtitui* hoc loco non ſine gratia dicatur abſolute cf. Ruhnk. ad Vell. 2, 69 et Dukerus ad Liv. 23, 10, 5.

62. *Ridendi — terminarent*. Tale quid ab aequalibus in libris de arte proditum fuiſſe neceſſe eſt. Quod huc trahunt, quatuor partes prooemii ab Hermogene ſtatui dicuntur. Tale quid ab aequalibus Inv. l. 1. c. 5. alienum eſt. Item numerum partitionis praefiniri vetat. 4, 5, 5.

ſit intra quatuor ſenſus terminarentur. Nec minus evitanda eſt immodica ejus longitudo, ne in caput excreviſſe videatur, et, quo praeparare debet, fatiget. Sermonem a perſona judicis averſum, quae ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum a prooemio ſummovent; non nulla quidem in hanc perſuaſionem ratione ducti. Nam prorſus eſſe hoc magis ſecundum naturam confitendum eſt, ut eos alloquamur potiſſimum, quos conciliare nobis ſtudemus. Interim tamen 64

62. *ut — terminarentur.* Haec duo verba omiſſis interjectis, continuant Turic. Alm. Voſſ. 1. 3. Bern. A ſec. tamen manu Turic. inſerit *cito*, quod et ipſum habent Guelf. Camp. Paulo immutatum *ut intra quatuor terminos cito term.* Bodl. Bal. Andr. Orta profecto eſt praepoſtera ſcriptura ex omiſſione iſta male emendata. *quo — fatiget.* Guelf. *q. praeparari d. f.* cum edd. Jenſ. (tac. Geſn.) et rell. ante Badium. Aldus praeterea *fatigetur* pro *fatiget*. Noſtram eſſe in Vallenſi diſerte monet Badius, quam alii quoque Codd. tuentur. Fluctuat ſententia, inopia ſubjecti. Badius pro *quo* conjicit *quos*, ut intelligantur judices. Equidem malim *quod* unde ipſum fiat ſubjectum. Nam *orationem* ſubaudire, ut modo *ad videatur* minus aptum fuerit.

63. *quae — dicitur.* Turic. ἀποστροφὴ *ut dicitur* quod vix potuit ita proficiſci a Qu. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Jenſ. cum edd. ante Stoerium *qui — dicitur*. Elegantior ſane noſtra ratio. cf. 2, 18, 1.

in caput excreviſſe. Capiti enim prooemium comparatur. 3, 8, 10. Sed ſubjectum ſententiae parum apparet, quod *prooemium* quidem eſſe nequit. *Oratio* potius intelligetur, quod vocabulum mallem expreſſum.

quo — fatiget. Cf. not. Crit.

63. *in totum.* Cf. not. Crit. ad 3, 8, 58.

64. *hoc prooemio.* In hoc ipſo, de quo jam agimus, prooemio. cf. not. Crit.

et eſt hoc prooemio neceſſarius ſenſus aliquis, et is acrior ſit atque vehementior ad perſonam directus alterius. Quod ſi accidat, quo jure, aut qua tanta ſuperſtitione prohibemur dare per hanc figuram ſententiae
65 vires? Neque enim iſtud ſcriptores Artium, quia non liceat, ſed quia non putant utile, vetant. Ita, ſi vincet utilitas, propter eandem cauſam facere debebimus, propter quam ve-
66 tamur. Et Demoſthenes autem ad Aeſchinem

64. *hoc prooemio.* Sic Turic. Guelf. Alm. Bodl. Bal. Camp. Andr. Jenſ. et edd. ante Stoerium omnes, niſi quod Aldus cum quibusdam *neceſſarium*, ut *hoc* nominativo caſu accipiatur. *his* a Stoerio inde eſt in omnibus fere edd. auctore quidem nullo, praeter Gothanum, ex quo nihil varietatis notatur. *hic* ſine *prooemio* Burmannus in Vallenſi eſſe narrat. Ego nihil tale invenio apud Badium. Hanc ſcripturam, quae placet Geſnero, et ipſe probarem, ſi auctor oſtenderetur. Nunc in conſtanti vett. librorum ratione acquieſco, ſententia non incommoda, cf. *hoc* 8 Prooem. 15.

65. *Neque enim.* Sic Turic. Guelf. Camp. Tarv. Reliqui *nec en.* cf. 4, 1, 28. *non putant.* Ita Camp. et edd. meae ante Baſil. omnes, reliquae *n. putent* quod Codd. videntur tueri. Conjunctivus alienus. cf. 1, 2, 2.

Ita, ſi vincet utilitas. Haec verba omittuntur a Turic. Alm. Camp. Peſſime.

66. *Demoſth. autem ad.* Sic Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Omittunt *autem* Camp. Gryph. et recentt. niſi quod aſſumit rurſus Leid. et Gibſ. qui, dum tacet, Codd. ſuos ſecum ducit. Rectiſſime Badius monet non eſſe mutandum, quid-

ſenſus aliquis. Quod modo erat *aliqua ſententia* § 52. et mox § 77. Ita et 9, 3, 74 *acres ſenſus.* De ſententiis hiſce vel ſenſibus de induſtria agit l. 8. c. 5.

qua tanta ſuperſtitione. Similis locutio 4, 2, 85.

65. *vincet utilitas.* Cf. mox § 70. item 4, 5, 7.

66. *Demoſthenes — convertit.* Pro Cor. p. 228 (ed. Reisk.) extr. κακοήθης δ' ὢν, Αἰσχίνη, τοῦτο παντελῶς εὐηθες ψήφης κ. τ. λ.

orationem in prooemio convertit, et Marcus Tullius, cum pro aliis quibusdam, ad quos ei visum est, tum pro Ligario ad Tuberonem. nam erat multo futura languidior, 67
esset aliter figurata. quod facilius cognoscet, 5145
si quis illam totam partem vehementissimam, cujus haec forma est, *Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum*, et cetera, convertat ad judicem; tum enim vere aversa videatur oratio, et languescat vis omnis, dicentibus nobis, *Habet igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum.*

quid non sit ad nostrum captum, ut h. l. *et* cum *autem*. Esse tamen *et* dictum cum respectu ad alterum *et* ante M. Tull. Burmannus minus caute gravatur conjunctionem, cui succedere malit *quidem*. Hoc Badius itidem jam proposuerat, e nostra mente scribendum. Sed omnia sana, nec nisi pet' ἀσύνδετον *autem* omitti potest, quo ipso jam a regula ad exemplum fit transitus. cf. 6, 3, 31. *cum pro aliis*. Sic Codd. mei et Camp. Sed Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Basil. *tum p. a.* excepto Badio, qui diserte narrat, *cum* esse in Vall. cf. not. ex.

67. *aversa*. Guelf. *adversa* cum Goth. et Camp. cf. 4, 1, 10. Male.

cum — tum. Attende *cum* et *tum*, quorum posterius ad prioris latiorem intellectum proprium quid et mirabilius addit. cf. 4, 1, 12. 2, 114. 5, 10, 72. 106. 6, 1, 29. 9, 1, 2cf. 2, 5. 29. 59. 3, 71. 10, 1, 7. 65. 68. 84. 101. bis. 2, 13. 3, 26. 11, 1, 74. 11, 3, 40. 12, 1, 25. 2, 27. 3, 9. 7, 4. 9, 11. 10, 53. 45. 72. Accedere aliquem cumulum in ea parte cui *tum* praemittitur, apparet alia sed simili forma 10, 2, 26. *praeter id quod — tum*. Vid. Drakenb. ad Liv. 6, 23, 3. Oudend. ad Suet. Caes. c. 75. Claud. c. 30. Heusing. ad Cic. de offic. 1, 8, 1. it. not. Crit. Quod attinet ad alia ἀτροπροφῆς exempla cf. monente Capper. pro Rabirio perduell. pro Murena. item pro P. Sulla.

67. *vere aversa*. Ludit in nomine ἀτροπροφῆς. *Aversa* a recto et vero, *perversa* sit oratio.

68 Illo enim modo preſſit atque inſtitit; hoc tantum indicaſſet. Quod idem in Demoſthene, ſi flexum illi mutaveris, accidet. Quid? non Salluſtius directo ad Ciceronem, in quem ipſum dicebat, uſus eſt principio, et quidem protinus, *Graviter et iniquo animo maledicta tua paterer, Marce Tulli?* ſicut et Cicero fecerat in Catilinam, *Quousque tan-*
69 *dem abutere patientia noſtra?* Ac, ne quis apoſtrophen miretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quae cauſa eſt in commentariis,

68. *Salluſtius — Ciceronem.* Recte negat Geſnerus hoc loco itemque altero noſtri 9, 3, 89 manifeſte defendi γνησιότητα ejus, quam vulgo legimus ad calcem Salluſtii, orationis, cum potuerit declamator, qui hanc nomini ejus ſupponeret, ipſis hiſce fragmentis abuti, a Qu. ſervatis. Nam quod Cortius haec verba apud Qu. utroque loco interpolata credit a manu ſedula gloſſatoris, id quidem ſpecie omni caret. Sed altiorem haec poſcere inveſtigationem cognovimus, poſtquam Wolfius novavit ſtatus illam quaeſtionem quatuor orationibus Ciceronianis olim a Marcilando motam. Hunc librum cum unumquemque legiſſe conſentaneum ſit, qui haec noſtra curet, nolo jam longus eſſe in iſto loco tractando. Habet quod offendat, tantam imputare Fabio et reliquis ἀκρισίαν, ut paſſi ſint ſibi falſis orationibus Ciceronianis et Salluſtianis imponi; habet ſcrupulum et ſuſpitio tantae aſtutiae in falſariis iſtis, ut haec velut fruſta verarum orationum ſuis commentis inſeruerint. Equidem non diffiteor hanc calliditatem mihi etiam minus probabilem fieri, quam illam ſecuritatem. Qu. meum non adeo magnum criticum expertus mihi videor.

69. *pro Scauro — eumdem defendit.* Commentarios (cf. 3, 8, 58) Ciceronis vel ab ipſo editos, vel a notariis exceptos (cujusmodi quid memoratur ab Aſconio Pediano in argumento Milonianae p. 194 ed. Lugd. B. 1675.) extitiſſe colligit ex h. l. Geſnerus, eoſdemque a Diomede Grammatico laudari, dum dicat *Cicero cauſarum XIII* p. Putſch. 365. Sed ipſius Ciceronis manu factos commentarios agnoſcimus ex noſtro 10, 7, 30. et Aſconio Pediano p. 147 „cum ſint commenta-

(nam bis eundem defendit,) *proſopopeïa* loquentis pro reo utitur; pro Rabirio vero Poſtumo, eodemque Scauro reo repetundarum, etiam *exemplis*; pro Cluentio (ut modo oſtendi) *partitione*. Non tamen haec, quia 70
poſſunt bene aliquando fieri, paſſim facienda ſunt; ſed quoties praeceptum vicerit ratio: quomodo et ſimilitudine, dum brevi, et translatione, atque aliis tropis (quae omnia cauti illi ac diligentes prohibent) utemur interim: niſi ſi cui divina illa pro Ligario

70. *translatione.* Turic. *relatione* omiſſo *et* cum Camp. cf. 3, 6, 23. item 5, 13, 8. A pr. manu ille *nelatione* cum Alm.

Interim niſi ſi cui. Turic. omittit *niſi* cum Goth. Guelf. Voſſ. Bern., Camp. origine erroris manifeſta. *Si* omittunt Jenſ. (tac. Geſn.) et multae edd. cf. 3, 10, 2.

„rii Ciceronis ſuarum etiam „defenſionum.“ Subjicit Qu. eam, de qua nunc agat, pro Scauro orationem non extare ſcriptam, ne forte quis confundat cum altera, notiore illa et edita, pro Scauro repetundarum reo. Hoc eſt quod dicit, *nam bis*, quoniam multi illam *pro ambitus reo* poterant ignorare, non editam. Eſt autem damnatus Scaurus, quamvis deprecante plebe. vid. Appian. B. Civ. 2, 24. Cic. de off. 1, 39, 3.

proſopopeïa loquentis. Inducit aliquem in prooemio loquentem pro reo, quae eſt figura etiam audacior, quam apoſtrophe. Commentarius hujus orationis totus intercidit.

reo repetundarum. Scaurus filius, ob praeturam Sardiniae, repetundarum accuſatus a Triario, defenſus eſt a Cicerone. Hujus orationis argumentum et fragmenta ſervavit Aſconius p. 168 — 178. Verbum ex ea promitur a noſtro 1, 6, 8.

exemplis. Videmus hoc ipſi in oratione pro Rab. Poſt. c. 1. extr. *Exemplorum* igitur hanc mentionem magis etiam recedere a communi prooemiorum more putat Qu. quam apoſtrophen.

ut modo oſtendi. § 36.

ironia, de qua paulo ante dixeram, displicet.
71 Alia exordiorum vitia verius tradiderunt. Quod in plures causas accommodari potest, *vulgare* dicitur. id, minus favorabile, aliquando tamen non inutiliter assumimus: magnis saepe oratoribus non evitatum. quo 315
et adversarius uti potest, *commune* appellatur: quod adversarius in suam utilitatem deflectere potest, *commutabile*: quod causae non cohaeret, *separatum*: quod aliunde trahitur, *translatum*: praeterea quod *longum*, quod *contra praecepta* est: quorum pleraque non principii modo sunt vitia, sed totius ora-
72 tionis. Haec de *prooemio*, quoties erit ejus usus. non semper autem est. nam et supervacuum aliquando est, si sit praeparatus satis etiam

72. *est si sit.* Sic Turic. cum Alm. Camp. Guelf. Aliter Goth. inserit enim post *est* non quidem *et*, quod narrat Gesn. sed *ut*. Ita et Vallensis et a Badio inde edd. ante Obr. omnes, exceptа Aldina sec. Sed jam antea Rusc. ex conjectura Regii profecto. Jens. (tac. Gesn.) *est ut sit*, quod inveniebat Regius. Tarv. Loc. Ven. *est ut si praep.*

70. *paulo ante.* § 39.

71. *vulgare.* vid. ad Herenn. 1, 7. extr. Cic. de Inv. 1, 18 item 5, 13, 34.

commune. cf. 3, 3, 5. 4, 33. 4, 2, 99. 5, 9, 11. 12, 5. 13, 29. 7, 3, 20. it. loca ad Her. et Cic. de Inv. modo citata. ubi et reliqua invenies, quae hic enumerantur, exordiorum vitia.

praeterea quod — est. Haec cum antecedentibus non prorsus cohaerent. Expectabas enim, quo modo appellaretur quod *longum* esset, vel quod *contra praecepta*. Nec potest sanari locus, in quo nulla librorum varietas, omittendo *quod* priore loco. Vix enim potuit *longum* appellari a rhetoribus, quod contra praecepta esset. Cujus appellationis nullam video causam. Restat, ut reliquorum, quae vulgo recensebantur, vitiorum nomina subjecerit Qu. structuram praecedentium nihil moratus.

sine hoc judex, aut si res praeparatione non egeat. Aristoteles quidem in totum id necessarium apud bonos judices negat. Aliquando tamen uti, nec si velimus, eo licet, cum judex occupatus, cum angusta sunt tempora, cum major potestas ab ipsa re cogit incipere. Contraque est interim prooemii vis etiam 73 non exordio. Nam judices, et in narratione nonnunquam, et in argumentis, ut atten-

egeat. Turic. *eget* cum Guelf. Goth. (tac. Gesn.) et edd. a Jens. (tac. Gesn.) ad Badium usque. Camp. *indiget*, mire. Cum modo constans vett. librorum scriptura fuerit *sit*, conjunctivo modo, hic minus congruit indic. *eget*. Videtur tamen non nisi corrigendo inveetus conjunctivus *egeat*.

73. *non exordio.* Sic Tur. Guelf. Edd. quidem ante Leidensem meae omnes inferunt *in*, quibus auctores sunt plurimi iique praestantes Codd. *Alm.* inter hos recenseri miror. Male legi praepositionem, sponte apparet.

72. *Aristoteles.* Rhet. 3, 14, 8. p. Buhl. 374. Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι — τὰ τοιαῦτα πρὸς φαῦλον ἀκροατὴν ἐστὶ, ἐν μὴ τοιοῦτος ᾖ, οὐδὲν δεῖ προοιμίου. cf. 12, 10, 52.

major potestas. Si princeps v. c. quaesitor fuerit. *Potestas* enim dicitur pro *magistratu*, hoc maxime aevo. cf. 4, 5, 10. 5, 2, 5. 7, 1, 32. Item apud alios multos, Plinium in primis in H. N. Sueton. Claud. c. 23.

73. *non exordio.* Junge hoc, tanquam unum vocabulum. Sic Ciceronem Academ. 1, 11. *non corpus* et ICtos in Digestis *non dominum*, *non possessorem* dixisse docent Lexica. Minus quidem aperte haec forma, sed inest tamen locis hisce nostri 2, 15, 17. 4, 1, 22. 12, 10, 29. Ad sententiam quod attinet Gesnerus recte ad partes vocat Aristotelem Rhet. 3, 14, 9. ubi etiam illud de Prodico tangitur, ut locum Quintiliano obversatum appareat. Victorius ad eum ipsum Aristotelis locum animadvertit, non judices, ut attenderent ac faverent, excitasse Prodicum, sed discipulos, cum otiose oscitanterque verba ipsius acciperent, vigilantiores reddidisse. Quare si illud significare voluerit Qu., prorsus lapsum esse. p. 705. cf. not. ad 3, 6, 49.

dant, et ut faveant, rogamus; quo Prodicus velut dormitantes eos excitari putabat. quale
74 eſt, *Tum C. Varenus, is qui a familia Anchariana occiſus eſt. (Hoc, quaeſo, judices, diligenter attendite.)* Utique ſi multiplex 5 16
cauſa eſt, ſua quibusque partibus danda praefatio eſt: ut, *Audite nunc reliqua;* et,
75 *Tranſeo nunc illuc.* Sed in ipſis etiam probationibus multa funguntur prooemii vice, ut facit Cicero pro Cluentio, dicturus contra cenſores; pro Murena, cum Servio ſe excuſat. Verum id frequentius eſt, quam

74. *quale eſt: Tum.* Sic Tur. Guelf. Alm. Goth. Vall. Edd. meae ante Gryph. omnes *cum* pro *tum*, quibus accedit Guelf. Gryphius autem eoque poſteriores inter *eſt* et *Tum* inſerunt *Ciceronis*, quod ut per ſe minime eſt contemnendum, ita ſine auctore inferiri non debet. Loco huic gemino 9, 2, 56 itidem ſine auctoris mentione afferuntur haec verba.

Varen. is qui. Pronomen omittunt omnes mei et ſcripti et excuſi ante Gryph. Cum tamen altero, quem indicavi, loco in omnibus compareat libris, vel hic retinere malui, quoniam facile ſine excidebat.

75. *Murena.* Turic. *muna.* Per *E*, non *Ae*, vel contra libros ſcribendum docent Oudend. ad Suet. Tib. 8. Fulv. Urſ. Fam. Rom. p. 135. *Servio ſe.* Tur. *ſe Servio* cum Guelf.

74. *C. Varenus.* cf. 4, 2, 26 item 9, 2, 56. ubi idem locus ponitur. Quantum quidem ex paucaſſimis fragmentis deperditae hujus orationis Ciceronianae poteſt colligi, reus erat L. Varenus caedis in C. Vareno et Salario patratae, in Cn. Vareno tentatae. Cicero hoc crimen ab ipſo in ſervos C. Ancharii Ruſi (haec enim eſt familia Ancheriana) avertit (7, 2, 10); nec tamen cauſam tenuit, ſed damnatus eſt L. Varenus. 7, 2, 36. Fragmenta ſunt apud Fabr. p. 1040.

multiplex cauſa. cf. 3, 10, 1. 4, 2, 85.

75. *pro Cluentio.* c. 48. *pro Murena* c. 3. addit Geſn. c. 2. 29. ubi Catoni etiam ſe excuſat: quorum locorum poſteriorem huc proprie pertinere, quoniam non eſt in initio orationis.

ut exemplis confirmandum ſit. Quoties au- 76
tem prooemio fuerimus uſi, tum, ſive ad expoſitionem tranſibimus, ſive protinus ad probationem, id debebit in principio poſtremum eſſe, cui commodiſſime jungi initium conſequentium poterit. Illa vero frigida et 77
puerilis eſt in ſcholis affectatio, ut ipſe tranſitus efficiat aliquam utique ſententiam, et hujus velut praeſtigiae plauſum petat: ut Ovidius laſcivire in Metamorphoſeſi ſolet,

76. *debebit.* Turic. *docebit.* cum Camp. An *decabit?* cf. 5, 9, 8. *conſequentium.* Turic. *ſequentium* cum Guelf. Goth. et Bad. Reliquae edd. meae, inter quas Camp. *conſequ.* quod facile poterat uſitatiore mutari, et, praeterquam quod ſono commendatur, Ciceronis quoque exemplum magis exprimit loco, quem dixi in not. ex. ubi eſt *conſequens.*

poterit. Hoc a Regii Codice aberat, qui de ſuo addit *poſſit.* Omittunt Jenſ. (tac. Geſn.) Loc. Regianum *poſſit* habet Veneta (cf. 1, 2, 26.), Ruſc. *poſſet.* (cf. 1. Pro. 4.)

77. *affectatio.* Turic. *adfectio* cum Guelf. Goth. (tac. Geſn.) et edd. ante Loc. niſi quod hi *aff.* Talia nullo negotio corriguntur cf. 3, 8, 62. *metamorphoſeſi.* Sic ſcripſi e Bernenſi niſi quod ille male addit *n* in fine. Turic. Camp. *metamorphorſin.* Guelf. *Metamorphoſeos,* quae ſcripturae oſtendunt, aliquid ſuperfuiſſe in antiquiſſimo Codice poſt ſyllabam *ſi.* Noſtram formam ab Heinſio defendi in limine Commentarii Ovidiani recte monet Colomeſius. cf. Seneca in Ludo de morte

76. *expoſitionem.* cf. 5, 9, 7.

id debebit — poſtremum eſſe. Locum Ciceronis huic noſtro ſimilem deſignat Pſeudo-Turnebus: De Orat. 2, 80. Hunc ipſum obverſatum eſſe Quintiliano vix dubitem.

77. *petat.* Hunc ego ſingularem confidenter contra omnes libros mutem in pluralem *petant,* ne cogar *praeſtigiae* accipere ſecundo caſu ſingularis. *hujus* tunc recte retuleris ad tranſitum.

Ovidius laſcivire — ſolet. Magnam igitur in hoc artificio virtutem non agnoſcebat Qu.

quem tamen excuſare neceſſitas poteſt, res diverſiſſimas in ſpeciem unius corporis colli-
78 gentem. Oratori vero quid eſt neceſſe ſurripere hanc tranſgreſſionem, et judicem fallere, qui, ut ordini rerum animum intendat, etiam commonendus eſt? Peribit enim prima pars expoſitionis, ſi judex narrari non- 31
79 dum ſciet. Quapropter, ut non abrupte cadere in narrationem, ita non obſcure tranſcendere, eſt optimum. Si vero longior ſequitur ac perplexa magis expoſitio, ad eam ipſam praeparandus erit judex: ut Cicero ſaepius, ſed et hoc loco fecit, *Paulo longius exordium rei demonſtrandae repetam, quod*

Cl. Caeſaris. ed. Bip. 4, 385. „eamque rem ad μεταμορφώσεις „Ovidii adjiciendam.“ Jam vulgo Graeca uſurpabantur hoc aevo. cf. 3, 1, 12. 4, 10. Reliqui *metamorphoſi*. Apud Appul. de dogm. Plat. p. Elm. 7 *aplaneſi* vid. Oud. ad Metam. p. 104.

excuſare — poteſt res. Turic. *e. — poſt tres.* Camp. *excuſat — tot res.* Hoc non omnino male.

79. *ſequitur.* Guelf. *ſequetur* cum Voſſ. 1. Bern. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Stoer. At Tur. et Camp. noſtram tuentur. *ſed et hoc loco.* Ita Turic. Guelf. Camp. cum Alm. At Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ſed hoc loco* cum edd. ante Badium. Hic primus omiſſo *et* de ſuo inſerſit *praecipue* cujusmodi aliquid addi debere jam dixerat.

demonſtr. repetam. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) inſerunt *gratia* cum Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. omnibus meis. Vide et hic ſequioribus edd. obtemperantes Goth. et Voſſ. 2. cf. § 32. At Camp. caret hac puſtula.

78. *ſurripere.* Burmannus recte comparat Graecorum [illegible], pro eo quod latenter. Similiter ſed minori ſpiritus *ſurripiendus* 5, 39. „*hanc* tranſ- greſſionem“ dicit a prooemio ad narrationem, quoniam alio loco fortaſſe laudem mereatur tam latens tranſitus.

79. *hoc loco.* Pro Cluentio c. 4. extr.

quaeſo, judices, ne moleſte patiamini: principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis. Haec ferè ſunt mihi de exordio comperta.

II. Maxime naturale eſt, et fieri frequentiſſime debet, ut, praeparato per haec, quae ſupra dicta ſunt, judice, res, de qua pronunciaturus eſt, indicetur. Ea eſt *narratio.* In qua ſciens tranſcurram ſubtiles nimium diviſiones quorundam, plura ejus genera facientium. Non enim ſolam volunt eſſe illam *negotii*, de quo apud judices quaeritur, expoſitionem, ſed *perſonae*, ut, *M. Acilius Palicanus, humili loco, Picens, loquax*

1. *frequent. debet.* Sic Codd. mei tres et quotquot undecunque oſtenduntur, omnes, niſi quod Ioannenſis nulla mentio; item edd. ante Gryph. meae omnes, et ut quaeque antiquiſſima et praeſtantiſſima ab aliis inſpecta eſt. Gryph. eoque recentiores uno excepto Obrechto inſerunt *ſolet ac.* Res ipſa adverſatur huic emblemati, nec video quare diutius feratur, auctoritate nulla ſubnixum. Nam Burmanni ratio, qua ſolennem et frequentiſſimam eſſe formulam urget *ut ſolet*, quantum valeat, ſponte apparet.

2. *Ea eſt.* Turic. *at haec eſt.* Guelf. et Camp. *haec e.*

M. Acilius Palicanus. Turic. cum Alm. omittit praenomen et nomen; ceteri tamen Codd. dant omnes. Edd. poſt Camp. fere *Attilius P.* Sed noſtrum e Vallenſi quoque affert Badius; neque video quare *Lollium* malint pro *Acilio.* In locorum ſaltem eorum, ubi mentio ſit noſtri, nullo video ex-

2. *M. Acilius Palicanus — facundus.* Ex Gellio 1, 15. docetur, non ſine ſpecie, haec verba depromta eſſe ex hiſtoriis Salluſtii deperditis. Qui ſignificatur iis homo, idem profecto eſt, quem Cic. Brut. c. 62, 6. dicit *aptiorem auribus imperitorum.* cf. et Valer. Max. 3, 8 Rom. 3. Aſcon. Ped. p. 19. 61. ad Cic. Div. c. 3. et Act. in Verr. pr. c. 15. Cic. ad Att. 1, 1. 18.

magis, quam facundus; Loci, ut, *Oppidum eſt in Helleſponto Lampſacum, judices; Temporis, ut,*

Vere novo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur;

Cauſarum, quibus hiſtorici frequentiſſime utuntur, cum exponunt, unde bellum, ſedi-
5 tio, peſtilentia. Praeter haec, alias *perfectas*, alias *imperfectas* vocant: quod quis ignorat? Adjiciunt, expoſitionem et *praeteritorum* eſſe temporum, quae eſt frequentiſſima; et *praeſentium*, qualis eſt Ciceronis de diſcurſu amicorum, Chryſogonus poſtquam eſt nominatus; et *futurorum*, quae
4 ſolis dari vaticinantibus poteſt. nam ὑποτύπωσις non eſt habenda narratio. Sed nos potioribus vacemus. Plerique ſemper narrandum putaverunt: quod falſum eſſe, pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quaedam tam

preſſum Lollii nomen. Nam quod Aſc. Ped. p. 102 ad Verr. 2, 47. M. Lollium Palicanum deſignat, id alio pertinet. Praenomen ſola litera M. ſcripſi ex uſu legitimo, et MSS. meorum et excuſorum auctoritate. cf. 5, 9, 13.

3. *vaticinantibus.* Goth. (tac. Geſn.) *vaticinationibus* cum Voſſ. 2.

Oppidum — judices. Cic. in Verr. 1, 24.

Vere novo. Georgic. 1, 43.

3. *perfectas — ignorat.* Manifeſtiora ſunt haec nomina quam ut debeant explanari. *Quod* ad univerſum hoc diſcernendi negotium reſpicit. cf. 3, 10, 4.

Chryſogonus poſtquam. Cic. Pro Roſc. Am. c. 22.

ὑποτύπωσις. cf. 9, 2, 40. item Cic. de Orat. 3, 53.

4. *Plerique — putaverunt.* Litis hujus inter Rhetoras agitatae, utrum ſemper narrandum ſit, mentionem habet Seneca

breves cauſae, ut propoſitionem potius habeant, quam narrationem. Id accidit ali-5
quando utrique parti, cum vel nulla expoſitio eſt, vel de re conſtat, de jure quaeritur:
319 ut apud centumviros, *Filius an frater debeat eſſe inteſtatae heres? Pubertas annis, an*

5. *ut apud Cent.* Turic. *aut a. C.* male. cf. c. 1, 57.

inteſtatae. Turic. *intheſtatae*, a ſec. manu *inteſtati*. Et ſic etiam Guelf. cum Camp. et edd. ante Bad. meis excepto Ald. qui habet *inteſtatae* cum Voſſ. 2. 3. Hi quidem *inteſtate* vitioſa ſcribendi ratione, unde nata fortaſſe, quae mox obtinuit, ſcriptura *inteſtati*. Femininum unice verum eſſe, facile intelligas; nec dubito quin plurimi Codd., diligentius inſpecti, hoc ipſum ſint daturi. A Badio inde edd. fere praeferunt *inteſtato*, quod Goth. quoque vindicat. Femininum tuetur Pithoeus ad Decl. Qu. 279 p. Leid. 405. ratione quidem adjecta nulla.

pater p. 149 ubi diſcimus Apollodorum ſemper narrare voluiſſe, Theodorum noluiſſe.

ante omnia. Haec forma frequens eſt in enumerandis argumentis vel capitibus, cum primum ponitur. cf. 1, 2, 8. 2, 15, 1. 4, 2, 40. 52. 9, 1, 23. 10, 2, 4. Non erat igitur quod haec verba proſcriberet h. l. Francius.

propoſitionem. cf. hujus libri c. 4. item 3, 6, 76. et 4, 1, 35.

5. *apud Centumviros.* cf. c. 1, 57.

Filius — heres. Ulpiani fragm. 26, 7. apud Schult. p. 667. „Ad liberos matris „inteſtatae hereditas ex lege „duodecim Tabularum non „pertinebat: quia feminae „ſuos heredes non habent: „ſed poſtea impp. Antonini „et Commodi oratione, in „ſenatu recitata, id actum eſt, „ut ſine in manum conven„tione," (cujusmodi nuptiae his Quintiliani temporibus vix ullae fiebant) „matrum legiti„mae hereditates ad filios „pertineant, excluſis conſan„guineis, et reliquis agnatis." Hic locus, quem indicavit mihi Hugo ICtus Gottingenſis celeberrimus, ſatis docet quare de ſucceſſione filii dubitatum ſit; neque tamen viciſſim a ratione abhorret, jam ipſo Quintiliani aevo non paucos ICtos filiis vindicaſſe matrum hereditates, quorum ſententia tandem ſub Antonino conſecuta eſt vim legis.

Pubertas — aeſtimetur.

habitu corporis, aeſtimetur? Aut cum eſt quidem in re narrationi locus, ſed ante aut judici nota ſunt omnia, aut priore loco recte
6 expoſita. Accidit aliquando alteri, et ſaepius ab actore: vel quia ſatis eſt proponere, vel quia ſic magis expedit. Satis eſt dixiſſe, *Certam creditam pecuniam peto ex ſtipulatione: Legatum peto ex teſtamento.* Diver-

in re. Guelf. *jure* cum tot Codd. quos deſignant Burm. et Geſn. acc. Camp. et edd. ante Ald. omnes; it. Baſil. Badius noſtrum praefert, quod correctione in Vallenſ. invectum narrat. Ald. et reliqui ante Obr. omittunt haec; ad ſenſum quidem non male. Sed noſtra ſcriptura eſt in Turic. cum Alm. Bad. et Obr. ex Argent. fortaſſe.

6. *altori et.* Turic. *a. alter et.* a ſec. manu *a. aliter et.* Camp. *a. alter et.* Guelf. *aliter et.* In Vallenſi poſt *alteri* eraſum aliquid eſſe narrat Badius, quod nunc legi nequeat. Alm. dare fertur *alter et.* Veram eſſe vulgatam cenſeo, nec in iſtis *alter* vel *aliter* niſi aberrantis librarii manum agnoſcendam. *ab actore: vel.* Sic. Turic. Guelf. Goth. Camp. cum Bodl. Ioann. Voſſ. tribus. Bern. Ex Alm. affertur *ab autore.* Edd. a Jenſ. usque ad Ald. *ad actorem cauſae vel.* Hoc correxit Regius *ab actore c. v.* Vox *cauſae* quae unde ſit, non apparet, a Stoerio primo meorum omittitur. Sed ab Aldo inde pro *ab actore* dant *actori*, ſine auctore.

Quaerebatur de hac re inter ICtos veteres, cum Caſſiani habitu corporis, Proculejani (de his ICtorum ſectis vid. Digeſt. 1, 2, 2, 47) annis finirent pubertatem. vid. Ulpiani fragm. Tit. XI. § 28. p. 604 Schulting. Iuriſpr. Ante-Juſtin. cf. et Pithoeus atque Aerodius ad Qu. Decl. 279 p. Leid. 405.

priore loco. cf. *primo loco* 4, 1, 24. idem enim hic ſignificatur.

6. *alteri.* opponitur ei quod anteceſſit §. 5. *utrique.* cf. 1, 4, 24. 5, 10, 69 cf. var. lect. 5, 10, 81.

ab actore. i. e. pro actore. cf. 4, 1, 24. *actor* hic eſt qui petitor, vel accuſator. cf. mox § 7. et 8. ubi *actor* et *reus* opponuntur. item 5, 7, 20.

ſae partis expoſitio eſt, cur ea non debeantur. Et ſatis eſt actori et magis expedit, ſic 7
indicare, *Dico ab Horatio ſororem ſuam interfectam.* Namque et cum propoſitione judex crimen omne cognoſcit, et ordo et cauſa facti pro adverſario magis eſt. Reus 8
contra tunc narrationem ſubtrahet, cum id, quod objicitur, nec negari, nec excuſari poterit, ſed in ſola juris quaeſtione conſiſtet: ut in eo, qui, cum pecuniam privatam ex
520 aede ſacra ſurripuerit, ſacrilegii reus eſt,

non deb. Sic omnes mei, nec niſi operarum vitium videtur *nondum deb.* apud Burm. quod propagarunt Capp. Geſn. Bip.

7. *et cum propoſ.* Sic Goth. et Jenſ. cum edd. meis ante Stoerium omnibus, qui primus omittit *cum* ſequentibus recentioribus. Turic. *cum et prop.*, a ſec. manu *tum ex prop.* quod et Guelf. et Camp. Priorem Turic. ſcripturam habet Alm. quoque, et hanc ortam puto e noſtra quae unice vera videtur. Badius Vallenſem *namque ex prop.* dare narrat, ſed praefert et ipſe noſtram, quam elegantia repetendi *et* commendari dicit, et praepoſitionem eſſe comitis indicem. Solum caſum ſextum, ſine praepoſitione, recte hic jungi cum *cognoſcit* nemo facile dicat, qui totam locutionem diligenter attenderit.

8. *ſubtrahet — poterit — conſiſtet.* Futura haec ſunt in Turic. et Camp. Ald. omnia. Poſteriora in Guelf. aliisque. Reliqui praeſentia ponunt, minus bene.

ut in eo. Goth. (tac. Geſn.) *u. i. eum* cum Voſſ. 2. et Vall. itemque edd. a Jenſ. ad Ruſc. quod male contra Regium defendit Badius, et ipſe revocavit.

ex aede. Etiam Turic. et Camp. cum Alm. *ex ſede.* De confuſione hac Burm. ablegat ad Broukhuſium in Tibull. 2, 11, 18. it. Heinſ. in Claud. Rapt. 1, 200.

7. *ab Horatio — interfectam.* cf. 3, 6, 76.

cum propoſitione, dum propoſitionem audit. Neque enim *cum* praepoſitio hic eſt ſupervacua.

8. *pecuniam privatam.* cf. 3, 6, 49.

confeſſio verecundior, quam expoſitio, *Non negamus, pecuniam de templo eſſe ſublatam; calumniatur tamen accuſator actione ſacrilegii, cum privata fuerit, non ſacra: vos autem de hoc cognoſcetis, An ſacrilegium ſit admiſſum.* 9 Sed ut has aliquando non narrandi cauſas puto, ſic ab aliis diſſentio, qui non exiſtiment eſſe narrationem, cum reus, quod objicitur, tantum negat. in qua eſt opinione Cornelius Celſus, qui conditionis hujus eſſe arbitratur plerasque caedis cauſas, et omnes 10 ambitus ac repetundarum. Non enim putat eſſe narrationes, niſi quae ſummam criminis, de quo judicium eſt, contineant: deinde

verec. quam. inſerunt *eſt* Guelf. (ſed hic et *verecundius*, male) Camp. Goth. Voſſ. 2. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. meis ante Stoerium. Neceſſarium non puto, neque elegans poſt pauca vocabula repetitum. Abeſt a Turic. *ſit adm.* Tranſponunt Turic. et Camp. quorum prior a prima manu omittit etiam *ſit*.

9. *aliq. non narrandi cauſ.* Turic. cum Alm. *a. non narrandi non mirandi c.* Guelf. et Camp. *a. narrandi non mirandi c.* Voſſ. 1. 3. *al. non mutandi cauſ.* Nihil ſub his monſtris latere niſi librarii oſcitantiam, mihi perſuadeo: aliisque forte locis, qui ſuſpectiores eſſe poſſint, hinc medelae exemplum peto. *non exiſt. eſſe narr.* Hic ordo eſt apud Turic. Guelf. Camp. Reliqui *exiſt.* tranſponunt poſt *narr.* Pro *narrationem* dant *narrandum* Goth. Voſſ. 2. cum edd. meis a Jenſ. ad Gryph. male, nec addicit Camp. cf. 4, 1, 79.

10. *narrationes — contineant: deinde.* Hic aliquid ſum auſus. Turic. Alm. Voſſ. 3. Camp. *narrationis* dant, Guelf. *narrationes*, quae vera eſſe ſcriptura prae vulgata *narrationem* docetur ipſo illorum vitio; quo acc. Voſſ. 1. *orationis*, Mox *continent* unus praefert Guelf. cum Baſil. in reliquis omnibus

9. *exiſtiment.* Hujus, quem in libris quidem omnibus reperio, conjunctivi idoneam cauſam video nullam. cf. not. crit. ad 4, 1, 65. An forte ſignificat: „negant ſeexiſtimare“ vel „nolunt exiſtimare“?

fatetur ipse, pro Rabirio Postumo narrasse Ciceronem: atqui ille et negavit perveniſſe ad Rabirium pecuniam, qua de re erat quaestio conſtituta; et in hac narratione nihil de crimine expoſuit. Ego autem, magnos[11] alioqui ſecutus auctores, duas eſſe in judiciis narrationum ſpecies exiſtimo; alteram ipſius cauſae, alteram rerum ad cauſam pertinentium, expoſitionem. *Non occidi hominem*,[12] nulla narratio eſt. convenit: ſed erit aliqua, et interim etiam longa, contra argumenta

continet. Turic. Alm. Guelf. *c. aut deinde.* Camp. *c. ut de.* Bern. *c. et de.* Goth. Jenſ. (contra quam narrat Geſn.) omittunt conjunctionem, cum Voſſ. 1. 2. et edd. meis ante Gryph. Hic *at* inſerit, alii plerique *ac*. Equidem propter pluralem in *narr.* ſatis firmatum, et neceſſitatem conjunctivi in oratione obliqua (cf. not. ex. 1, 2, 2.) ex vett. librorum *continet aut*, exculpſi *contineant*, abjiciens conjunctionem ſupervacuam et inutilem. *atqui.* Scripſi hoc pro *atque* de conjectura Regii et Geſneri, quam multi jam editi praeferunt, Burmanno memorati, et mei a Baſil. ad Leid. cf. 4, 2, 80. 4, 3, 15. 6, 2, 4. 12, 11, 9. De confuſione hac agit Drakenb. ad Liv. 5, 4, 2. cf. nos ad § 80.

12. *eſt. convenit: ſed.* Geſn. omiſit *convenit*, ex errore operarum, quem propagarunt Bipontini.

contra arg. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bodl. Bal.

10. *nihil — expoſuit.* Narrat Cicero, quare et quo modo in aulam Ptolemaei pervenerit Rabirius, ſuae videlicet, quam regi ante crediderat, pecuniae recuperandae cauſa; non exponit, quare cogitari nequeat, ullam corruptionis illius, quae Gabinio objiciebatur, partem perveniſſe ad Rabirium.

11. *alioqui.* Vis particulae eſt illa, de qua egimus ad 4 Prooem. 6. cf. 2, 1, 4. 4, 2, 74. 12, 10, 17. 63. Praeter ſuae rationis evidentiam, eorum, quos ſequitur, auctoritatem allegat legenti. Refer igitur ad *ſecutus* particulam, non ad *magnos*. Similis fere forma in alia Celſi reprehenſione 4, 1, 12.

12. *contra argumenta.* Narratur aliquid quo argumenta

ejus criminis, de anteacta vita, de cauſis, 12
propter quas innocens in periculum deducatur, aliis, quibus incredibile id, quod objicitur, fiat. 13 Neque enim accuſator hoc tantum dicit, *Occidiſti;* ſed, quibus id probet, narrat: ut in tragoediis, cum Teucer Ulixem reum facit Ajacis occiſi, dicens, *Inventum eum in ſolitudine, juxta exanime corpus inimici, cum gladio cruento;* non id modo Ulixes reſpondet, non eſſe a ſe id facinus admiſſum, ſed ſibi nullas cum Ajace inimicitias fuiſſe: de laude inter ipſos certatum.

Voſſ. 3. Andr. Ald. aliisque apud Burm. Reliqui *circa arg.* male. Confundi vulgo has particulas docent Drakenb. ad Liv. 37, 15, 7. et Ruhnk. ad Vellej. 2, 76. Vide mox § 19, 106.

aliis quibus. Sic Turic. Alm. Guelf. Goth. et edd. meae ante Baſil. niſi quod Ald. inſerit *cauſis*, cum recentiores de Regii conjectura dent *aliisque q.* quod recte improbat Badius, ſicut et *cauſis.*

13. *Neque enim.* Sic Turic. Guelf. Camp. alii. Vulgo *Nec e.* cf. 4, 1, 65. *reum facit.* Turic. *r. faciat* cum Camp. non quidem ſine ſenſu.

eſſe a ſe id. Turic. Camp. *eſſe id* cum Alm. male.

inter ipſos. Mira eſt Turic. et Alm. ſcriptura *i. omnes.* Argumenti loco eſt, nihil inimicitiarum verſatum inter eos, qui id fecerint, quod inter omnes vulgo factum ſit. Nec tamen certo praetulerim hoc vulgatae, quoniam peculiare erat inter eos de Achillis armis certamen.

criminis, prolata ab actore, convellantur; vel ut ipſe ait „incredibile — fiat.“ cf. mox § 14 „argumentis — reſiſtendum.“

13. *Teuxer Ulixem.* Nos quidem nihil tale in iis, quas tractamus adhuc, tragoediis legimus; quarum Sophoclea, quae eſt hujus fabulae, amicum Teucro Ulixem oſtendit. Eandem cauſam tractat Cornif. ad Her. 2, 19.

inter ipſos. cf. not. crit.

deinde ſubjungit, quomodo in eam ſolitu-
dinem venerit, jacentem exanimem ſit con-
ſpicatus, gladium e vulnere extraxerit. His
ſubtexitur argumentatio. Sed ne illud 14
quidem ſine narratione eſt, dicente accuſa-
tore, *Fuiſti in eo loco, in quo tuus inimicus
occiſus eſt: Non fui.* dicendum enim, ubi
fuerit. Quare ambitus quoque cauſae et
repetundarum hoc etiam plures hujusmodi
narrationes habere poterunt, quo plura cri-
mina; in quibus ipſa quidem neganda ſunt,
ſed argumentis expoſitione contraria reſiſten-
dum, interdum ſingulis, interdum univerſis.
An reus ambitus male narrabit, quos paren- 15
tes habuerit, quemadmodum ipſe vixerit,
quibus meritis fretus ad petitionem deſcen-
derit? Aut ſi quis repetundarum crimine
inſimulabitur, non et anteactam vitam, et
522 quibus de cauſis provinciam univerſam, vel

14. *hujusmodi.* Sic ſcripſi pro *ejusmodi* cum Turic. Guelf. Camp. *reſiſt. interdum.* Inſerunt *et* Turic. Goth. Bern. Camp. cum edd. ante Gryph. meis. Hoc natum ex eo, quod debebat ſcribi, *eſt.* Hoc autem poſt *ſunt* fortaſſe melius exprimebatur quam intelligebatur.

15. *Aut ſi quis.* Sic. Turic. Guelf. Camp. cum Bodl. Bal. Andr. aliis. Reliqui *Aut qui.*

rep. crimine inſim. Inſerunt *crimine* Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Bodl. Bal. aliquot edd. Ceteri omittunt.

non et. Sic Turic. Guelf. Voſſ. 1. Bern. Addicunt Alm. *non eſt* et Goth. Voſſ. 2. *nonne* dantes (ſine *aut* quod ponit Geſn.) cum edd. ante Baſil. exceptis Camp. qui *nam et* et Ald. qui noſtram praefert. Reliqui *num et.*

quibus de cauſis prov. Sic Turic. Camp. Ald. Ceteri fere *q. d. c. per prov.* quod ex Alm. quoque afferri miror. A Badio inde pro *per* ante *prov.* immittunt *vel.* de Regii conjectura. Non eſt neceſſaria iteratio conjunctionis cf. 1, 6, 52. 3, 4, 15.

accuſatorem aut teſtem offenderit, non inu-
16 tiliter exponet? Quae ſi narratio non eſt, ne
illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima,
cujus eſt initium, *A. Cluentius Habitus.*
Nihil enim hic de veneficio, ſed de cauſis,
17 quibus ei mater inimica ſit, dicit. Illae quo-
que ſunt pertinentes ad cauſam, ſed non
ipſius cauſae, narrationes: vel exempli gra-
tia, ut in Verrem de L. Domitio, qui paſto-
rem, quod is aprum, quem ipſi muneri
obtulerat, exceptum eſſe a ſe venabulo con-

3, 6, 33. 6, 3, 1. et *per* natum ex errrore bis ponentis primas in *prov.* literas. *De* poſt *quibus* mei habent omnes ante Stoerium. Hic et recentiores omittunt, ſed revocavit Obr. cf. 4, 1, 48. *non inutiliter.* Sic Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. aliisque et edd. meis ante Gryph. Hinc *n. utiliter* ut et Camp. quae ſcriptura reſpondet ei quae ſupra dat *num* pro *non*, quare Camp. ibi *nam* operarum vitium credo pro *num.*

16. *Habitus.* Sic fere libri, niſi quod Camp. *Abitus* quod propius abeſt a ſcriptura in Ciceronis Codd. obtinente *Avitus.* Quintilianeos libros ad Ciceronianos immutari, in re incerta, non eſt neceſſe.

17. *Illae.* Guelf. cum ſolis Voſſ. 1. 3. Born. (cf. ad praef. noſtram p. 44) *Duae*, quod, retinens *Illae*, ſubjicit pronomini Aldus. male haud dubie. Nec opus Geſneri mutatione *Aliae. Sunt* accipe, non quidem ſolius copulae loco, ſed pro eo, quod barbare hodie dicimus, *dantur.* Sic 5, 13, 51 *Eſt et illud vitium.*

16. *A. Clu. Habitus.* vid. Cic. pro Clu. c. 5. De cognomine vid. not. crit.

17. *Illae quoque.* „Illae „quoque narrationes, quae „fiunt vel exempli gr. vel „diſc., ſunt pertinentes cet.“ *de L. Domitio.* Verr. 5, 3. *Obtulerat* mutandum cenſet Burm. in *obtulerant*, leni ſane emendatione quia apud Ciceronem nulla ſit mentio ipſius paſtoris hoc munus offerentis.

feſſus eſſet, in crucem ſuſtulit: vel diſcu- 18
tiendi alicujus extrinſecus criminis, ut pro Rabirio Poſtumo, *Nam ut ventum Alexandriam eſt, judices, haec una ratio a rege propoſita Poſtumo eſt ſervandae pecuniae, ſi curationem et quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet:* vel augendi, ut deſcribitur *iter Verris.* Ficta interim narratio introduci 19

18. *diſcutiendi.* Sic ex Alm. et Obr. (qui profecto hic ſequebatur Argent. ſuum) Geſnerus. Accedit tertius teſtis locupletiſſimus Taric. Reliqui omnes *excutiendi.*

18. *pro Rab. Poſt.* C. illius orationis 10. Crimen extrinſecus objectum Rabirio verſatur in veſtitus mutatione, cum pallium pro toga ſumſiſſet.

Alexandriam eſt. Apud Ciceronem inſeruntur haec duo vocabula: *ad Auletem.* Abſunt a Q. libris, et potuit memoriter, ut ſaepe, referre locum.

iter Verris. In Verr. 1, 16. extr. et 17.

19. *Ficta — narratio:* Qua ratione *fictae* potuerint appellari hae *narrationes*, de Chryſogoni amicis certe et de Cepaſiis, nequaquam aſſequor. Altero quidem loco 6, 1, 41 „circa Cepaſios *fabula*“ dicitur, ſed hoc ad vincendum, fictionem hic eſſe verſatam, non ſufficit. Neque „*fictas* „alienarum perſonarum ora„tiones“ 6, 1, 25 huc traxeris. Ibi enim vere aliquid fingitur, in narratione non item. Eſt praeterea hujus ipſius capitis locus, *falſarum expoſitionum* mentionem habens, qui longe alia tractat, quam in quibus nunc verſamur, quique etiam majorem de veritate noſtrae ſcripturae dubitationem mihi injicit. § 88. Pendet noſtri loci explanatio et ipſa quoque conſtitutio ab alterius ſcriptura quae parum eſt explorata. Lib. 6, 3, 39, utrum *falſa* legatur an *falſa* (cf. not. crit. 5, 10, 87). Obtinet quidem poſterior ratio apud recentiores ante Burmannum, ſed bonis auctoribus defenditur ea quam Burm. reſtituit. Quae ſi vera eſt, ut ſuo loco excutiemus, ne hic quidem *ficta* locum tueri poteſt. Subiit igitur reponere: *Faceta*, quod commendari eis, quae diſputantur libro ſexto l. c., mecum facile agnoſces. (Lenitatem mutationis commendat *facti* pro *faceti* 6, 3, 20.) Vide mihi in primis

ſolet, vel ad conciliandos judices, ut pro Roſcio circa Chryſogonum, cujus paulo ante habui mentionem: vel ad reſolvendos aliqua urbanitate, ut pro Cluentio circa fratres Cepaſios: interdum per digreſſionem decoris

19. *circa Chryſ.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Bodl. Bal. Andr. Obr. Nulla mentio Alm. cf. § 12. item mox hac ipſa. Reliqui *contra*. *reſolvendos*. Sic Turic. quoque et Camp. cum iis quos habet Burm. *ſolvendos* habet Guelf. 6th Voſſ. 3. *reſolv.* cf. ad § 17. Rem dirimit 8 Prooem 12 ubi conſentiunt omnes in hanc ſcripturam. Harles V. C. per errorem optimos Codd. noſtrae ſcripturae ademit auctores.

circa fratres. Ita Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Alm. Obr. Vall. Voſſ. 1. Camp. quorum extremus paulo ante cum vulgo *contra*. Reliqui *contra* cf. 5, 13, 28. 6, 1, 41.

interdum. Goth. cum Voſſ. 2. *interim*. Hoc loco vulgatam malim, ob rationem in not. ex. redditam. Neque raro noſter probo vocabulo utitur pro ſuo *interim* ut modo § 14. cf. 1, 1, 8.

§. 42 c. 3. Non me fugit, illam de Chryſogoni amicis diſcurſantibus narrationem minus recte *facetam* videri appellatam, cum praeſertim *conciliandis* judicibus inſerviat. Si quis tamen per ſe ipſam conſiderare velit, aptum hoc ei vocabulum inveniet. Hoc quoque diſpliset, quod artis vocabulum h. l. requiritur, neque tamen alibi *facetam narrationem* ſic dictam invenio. Quidquid autem hujus difficultatis eſt, in eo magis acquieſcendum puto, quam in vulgata omnium librorum ſcriptura. vid mox ad hanc § not. 7mam.

paulo ante. § 3.

reſolvendos. cf. 8 Prooem. 12 ubi eadem locutio. *Reſolvi* dicuntur judices ſine reprehenſione, quam *ſolvere* in hominibus noſter fere uſurpat de luxu et mollitie.

circa fratres Cepaſios. Cic. pro Clu. c. 20. 21.

interdum. Adverbium non reſpicit ad ſuperius *interim*, ſed tertiam cauſam inducit narrationis adhibendae poſt *vel, vel*.

decoris gratia. Ad *decorem* conciliandum; ne forte quis corripiat penultimam, vel extremam literam abradendam cenſeat. cf. 1, 8, 17. ſed magis ad noſtrum locum 3, 8, 35. 5, 11, 16. 5, 12, 6. 6, 3, 20 multaque praeterea.

gratia, qualis rurſus in Verrem de Proſerpina, *In his quondam locis mater filiam quaeſiſſe dicitur.* Quae omnia eo pertinent, ut appareat, non utique non narrare eum, qui negat, ſed illud ipſum narrare, quod negat. Ne hoc quidem ſimpliciter accipiendum,

illud ipſum — quod neg. Turic. *i. i. — q. quae neg.* (a ſec. manu — *quodque neg.*) cum Alm. Haec unde turbata ſint, apparet ſcriptura Campani: *illa ipſa narrare quae negat.* Hanc ego praeſtare credo, ſed nusquam praeterea invenio. Nec opus eſt Turnebiana emendatione, quam ſatis leviter in textu poſuit Capper., *non narrare.*

rurſus — Proſerpina. In Verr. 4, 48. *rurſus* ſpectat eo, quod tertio nunc ad partes vocat libros Verrinos. cf. § 17. 18. Hanc quidem de errore Cereris, filiam quaerentis, narrationem recte dicat aliquis *fictam*, quo id quoque tendit quod 4, 3, 13 eadem memoratur, ubi agebatur modo de *expoſitione quarundam rerum geſtarum vel etiam fabularum.* Ferri tamen poteſt et in hac *facetae* appellatio, quod vocabulum *decoris* eſſe ipſe noſter putat 6, 3, 20. Saltem quo modo fictio ulla potuerit verſari in iſtis de Chryſogoni amicis et Cepaſiis narrationibus nulla animi contentione exputo. Impudentiſſima profecto fuit vanitas ea mentiendi, quae ipſi judices vidiſſe et audiſſe dicuntur a Cicerone.

In his — dicitur. Nullus, quod ſciam, interpres animadvertit, haec ipſa verba apud Ciceronem non inveniri. Niſi igitur ſunt antiquitus aſcripta ab aliquo qui tractaret Codicem Qu. (ſunt autem in omnibus, quos vidi, libris), ipſe noſter ea, fallente memoria, pro Ciceronianis attuliſſe putandus eſt. cf. § 18. Attendenti apparet; ſtructuram iis ita non indigere, ut etiam melius abſint.

ilud ipſum — quod. vid. not. crit. Quo modo autem id ipſum, quod aliquis negat, poſſit narrari, hiſce, quae adhuc tractavit, videmus exemplis: narrantur videlicet, unde falſa objici appareat. Eſt vero ſententia, ex illis acribus et acutis (cf. 2, 4, 31), in hiſce verbis Quintiliani *narrare quod negat.*

20. *ſimpliciter.* Ἁπλῶς, ſine exceptione, ut recte Pithoeus. *poſitum* vero eſt § 5.

quod est a me positum, supervacuam esse narrationem rei, quam judex noverit. quod sic intelligi volo, si non modo, factum quid sit, sciet: sed ita factum etiam, ut nobis
21 expedit, opinabitur. Neque enim narratio 523
in hoc reperta est, ut tantum cognoscat judex, sed aliquanto magis, ut consentiat. Quare, etiamsi non erit docendus sed aliquo modo afficiendus, narrabimus cum praeparatione quadam, *Scire quidem eum in summam quid acti sit, tamen rationem quoque facti*
22 *cujusque cognoscere ne gravetur.* Interim propter aliquem in consilium adhibitum nos repetere illa simulemus; interim, ut rei, quae ex adverso proponatur, iniquitatem omnes etiam circumstantes intelligant. In quo genere plurimis figuris erit varianda expositio, ad effugiendum taedium nota

21. *summam quid acti.* Hoc ut exquisitius assumsi pro vulgato *summa quid actum* ex Turic. Guelf. Camp. Alm. Ad *quid acti* addiciunt etiam Goth. et Obr. (cf. § 128. 7, 1, 50) ad *summam* Voss. 1. Bern. De genitvo vid. Oudend. ad Suet. Aug. 44. 65.

22. *quo genere plur.* Turic. Camp. omittunt *genere* cum Alm. male. *taedium nota audientis.* Omittunt *nota* Colbertinus Cod. Vall. Alm. Bad. aliique apud Burm. editi. Turic. non memoratur quidquam mutare a vulgata, quae a Gryphio inde obtinet. Jens. (tac. Gesn.) aliique ante Bad.

21. *aliquanto magis.* cf. 3, 8, 39.

22. *in consilium.* Judicum intellige. cf. 4, 1, 21. not. erit.

plurimis figuris. Ex hoc genere est Demosthenis locus, quanquam in probando positus, non in narrando: δέδοικα μὴ σφόδρα ἀκριβῶς δεικνύναι πειρώμενος διανοχλῶ, πάλαι τοῦτο αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας. ὅμως δ' οὖν ἔτι καὶ τόδε ἀκούσατε. De falsa leg. p. Rsk. 446 extr.

audientis: ficut: *Meminiſti;* et, *Fortaſſe ſupervacuum fuerit hic commorari; Sed quid ego diutius, cum tu optime noris? Illud quale ſit, tu ſcias;* et his ſimilia. Alioqui, 25
ſi apud judicem, cui nota cauſa eſt, narratio ſemper videtur ſupervacua, poteſt videri non ſemper eſſe etiam ipſa actio neceſſaria. Alterum eſt, de quo frequentius quaeritur, 24
An ſit utique narratio prooemio ſubjicienda. quod qui opinantur, non poſſunt videri nulla ratione ducti. Nam cum prooemium iccirco comparatum ſit, ut judex ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, intentior; et probatio, niſi cauſa prius cognita, non poſſit adhiberi: protinus judex notitia rerum inſtruendus videtur. Sed hoc quoque 25
interim mutat conditio cauſarum. niſi forte

t. cum ſint nota audienti. male. Equidem *nota* reſidere ex illa gloſſa exiſtimo, quod fortaſſe ne in Turic. quidem ſit.

commorari. Camp. *commemorari* non quidem ſine ſenſu.

ſit tu ſcias; et. Camp. omittit *tu ſcias*, unde bona oritur ſtructura: *cum tu optime noris illud, quale ſit.*

25. *ipſa actio.* Turic. *ipſa acti* cum Alm. ſine ſenſu. Sed artae neceſſitudinis index error communis cf. 4, 1, 17.

24. *videri nulla.* Guelf. *vid. non nulla.* In hac ratione ſuperius *non* ante *poſſunt* omitti debet; et habet ſane majorem gratiam ejusmodi locutio, cui valde ſimilis 4, 1, 63.

docilior intentior. Inſerunt vulgo *et* quod omittunt Turic. Camp. cum Alm. et Obr. cf. ad 1, 11, 14 praef. noſtr. p. 79.

protinus judex notit. Inſerunt *judex* quod abeſt a vulgata, Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. meis ante Baſil. optimisque apud Burm. Codd.

tu ſcias. Subjunctivus alienus, niſi forte dicas potentialem eſſe. cf. not. crit.

et his ſimilia. cf. ad 1, 7, 17 p. 78 praef. noſtra in hoc cap. § 52.

Marcus Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone ſcriptam reliquit, male diſtuliſſe narrationem videtur tribus praepoſitis quaeſtionibus: aut profuiſſet exponere, quomodo inſidias Miloni feciſſet Clodius, ſi reum, qui a ſe hominem occiſum fateretur, defendi omnino fas non fuiſſet; aut ſi jam praejudicio ſenatus damnatus eſſet Milo; aut ſi Cn. Pompejus, qui propter aliquam gratiam judicium militibus armatis clauſerat, 324

25. *praepoſitis.* Guelf. *propoſitis.* non ſpernenda ſcriptura cf. 7, 10, 12. *praejudicio ſenatus.* Omittunt *ſenatus* Gibſ. et Obr. ex prioris ſphalmate niſi fallor.

propter aliquam gratiam. Turic. *p. aliam gr.* cum Alm. Bern. Addicit et Guelf. *sed* et *praeter* dans pro *propter*. Camp. *p. alicujus gr.* In loci obſcuritate ſubiit *cauſam* ſcribere pro *gratiam*, quae vocabula ſolent confundi a librariis, quanquam hoc adhuc ibi tantum eſt animadverſum ubi praecedit genitivus et ſignificatio eſt utriusque eadem. vid. Drakenb. ad Liv. 36, 10, 13. Sic § 128 Voſſ. 3. *invid. cauſa* ubi reliqui *i. gratia. propter aliam cauſam* dictum pro eo: „non quod adverſus „eſſet Miloni.“ Niſi forte vetus eſt gloſſa omne hoc, quo facile carebamus.

25. *tribus — quaeſtionibus.* Recenſentur mox hae quaeſtiones, de defendendo eo, qui hominem a ſe occiſum fateatur; de praejudicio ſenatus; de Pompeji mente. Quas quidem tractat Cic. a tertio inde capite ad octavi finem. cf. 3, 6, 12.

propter aliquam gratiam. Quid hiſce verbis ſignificetur, fateor me latere. Novimus praeſidia armata in foro omnibusque fori templis collocata fuiſſe a Pompejo ad quietem judicio praeſtandam, nec a ſcriptoribus proditur in cujusquam hoc gratiam factum. Quanquam enim Vellejus, Aſconius, Plutarchus, Appianus, Dio Caſſius longe infenſiorem Miloni oſtendunt Pompejum, quam videri eum vult Cicero, tamen nullam diſponendorum militum cauſam memorant, niſi turbas datas in teſtium interrogatione, ob quas Domitius quaeſitor praeſidium a Pompejo popoſcerit. vide not. crit.

tanquam adversus ei timeretur. Ergo hae 26
quoque quaestiones vim prooemii obtinebant, cum omnes judicem praepararent. Sed pro Vareno quoque postea narravit, cum objecta

. ei timeretur. Contorta et parum tersa oratio pro hisce in vulgata *existimaretur*, in quam vetustissimi quique consentiunt. Optime Ald. nostrum dat, quod recepit Bad. Prope accedunt Guelf. Voss. 1. 3. dantes *aestimaretur* (cf. § 17). Quoties enim pro hoc veteres libri: *extimaretur*! in quo latet vera scriptura.

26. *obtinebant — praepararent.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *obtinebunt — praeparaverint.*

Sed pro Vareno. Sic Codd. septem cum edd. Camp. Andr. aliisque apud Burm. Reliquis editis, qui pro *Vareno* habent *L. Murena*, addicere videntur quatuor: Alm. Ioann. Arg. Bern. Horum Alm. diserte hoc dare narratur, ceteri silentur. Quantopere abhorreat a reliqua Turic. et Alm. similitudine tam insignis diversitas scripturae, sponte apparet. Puto eum, qui aliam Alm. varietatem notare vellet, secure posuisse nomen *Murenae.* Versatur ea in hoc, quod *aliter* vulgo inseritur inter *Sed* et *pro*, quod abesse ab Alm. ostendi debebat. Neque est *aliter* in ullo MS. praeter Bal. et Voss. 2. unde excitant diserte, et Vall. quem dare narrat Bad. Sed loco motum: *quoque aliter postea.* Voss. 2. deferere suum Goth. vix est credibile. Ipsum autem quid sibi velit adverbium, non assequor. Jam *Murenam* pro *Vareno*, nonnisi a recenti manu inductum, ferri diutius nolui. Nihil est in oratione Murenana, quod tantam mutationem flagitet, et quidni acquiescimus in ejus orationis mentione, quae intercidit; cum praesertim alio transferendi criminis mox injiciatur mentio, quod ipsum pro Vareno factum est a Cicerone (cf. nos ad 4, 1, 74.)?

26. *vim prooemii.* Possunt hae quaestiones videri etiamnum pertinere ad prooemium, quoniam id praestant, quod est prooemii. Quod si tenes, jam vel in ipsa Miloniana prooemio protinus subjicitur expositio.

pro Vareno. Exemplo hoc destituimur cum intercideret oratio. cf. 4, 1, 74.

postea narravit, cum. Sponte succurrit, quod Capper. monet, legendum videri *postea quam.* Liber quidem vetus nullus ita. Etsi autem *postea* —

diluit. Quod fiet utiliter, quoties crimen non repellendum tantum, ſed etiam transferendum erit, ut, his prius defenſis, velut initium ſit alium culpandi narratio: ut in armorum ratione antiquior cavendi, quam ictum inferendi, cura eſt. Erunt quaedam cauſae (neque id raro) crimine quidem, de

Quod enim Voſſ. 1. 3. omne nomen proprium eximunt loco, haec dantes: *Sed reo quoque poſtea narrabit*, id ex errore natum arbitror, quamquam Pithoeus etiam non inſpecto hoc MS. tale quid conjecit, ut fieret generale praeceptum pro exemplo. Eo traxeris Turic. quoque auctoritatem dantis item *narrabit* pro *narravit*, tralatitio librariorum vitio *b* pro *v*. Peccatum in Voſſianis a conferente videri poteſt, cum Guelf., fere geminus illis, haec praeferat: *Sed pro Vareno reo quoque*. Hi autem tres ſi talem ſcripturam habent, trahunt ipſum quoque Bern. quartum pro *Vareno* teſtem. Supervacua vox *reo* in aliquot etiam edd. comparet. Cetérum *quoque ante poſtea* revocavi auctoribus Codd. meis Camp. aliisque multis vett. libb. Vulgo enim *poſt qu.*

quoties — et. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *qu. non repellendum* (ſic Turic. ceteri etiam pejus *repetendum*) *ut*, cum plurimis apud Burm. MSS. Poſſunt tamen, quae ſententia flagitat, ſatis firmata videri Codd. Britannicis et Arg. qui habent ea profecto.

alium calp. Accedit Alm. ſuo Turic. *alium* dans quod recentiorum primus Geſn. recepit pro *aliud* plerorumque. Sed *alium* et poſt Jenſ. edd. meae ante Baſil. omnes. Camp. *aliud*.

ictum inferendi. Guelf. *feriendi ictum*.

27. *crimine.* Sic Turic. Camp. Goth. Voſſ. 2. Alm. Vall. niſi forte, ut ſuſpicatur Bad., correctum ex *crimini*. Vulgo *crimini*.

eum non raro legitur apud ſcriptores, hinc alienum eſt, quia nihil antecedit quo referatur *poſtea*; qualis ratio eſt in praecepto Catonis, quod offert Turſell. p. 684 *Poſtea, ubi incipiet fervere. Poſteaquam*, ita diſcerpi ſolitum ab optimis quibusque ſcriptoribus, poterat fraudi eſſe librario, ut ſaepe fuit profecto.

non repellendum — transferendum erit. Id factum eſt in cauſa Vareni cf. 7, 2, 10.

27. *neque id raro.* Neutrum pronominis genus ad

quo cognitio eſt, faciles ad diluendum, ſed multis anteactae vitae flagitiis et gravibus
525 oneratae: quae prius amolienda ſunt, ut propitius judex defenſionem ipſius negotii, cujus propria quaeſtio eſt, audiat: ut, ſi defendendus ſit M. Coelius, nonne optime patronus occurrat prius *convíciis luxuriae*,

cognitio eſt. Hoc e Codd. unus ſi rectum vidi Guelf. Nam Turic. et Alm. falſum vero admiſcent, dantes haec: *de quo cognitio eſt cognitum eſt fac.* Reliqui quidem Codd. plerique (nam Britannici ſilentur) *cognitum eſt.* Camp. *eſt cognitum.* Noſtrum repoſuit conjectura Regius. A Gryphio inde in meis eſt.

fac. ad diluendum. Sic Turic. Guelf. Goth. Vall. Camp. cum meis ante Stoer. excepta Baſil. Haec prima, quod Stoerius et poſteriores retinuerunt *fac. diluendo.* Silentur quidem apud Burm. aliquot Codd. quos dicas habere *diluendo.* Equidem non credo. Habet ſane ſpeciem elegantiae *crimini — faciles diluendo.* Sed gemino alibi exemplo careo, neque ipſa logica magnopere probat hanc locutionem. Quam recepi optimorum certe librorum auctoritate ſe tuetur, et, quanquam contortam eſſe non diffiteor, ſententia elicitur probabilis, non ringente logica.

gravibus oneratae. Sic Turic. Guelf. Goth. Camp. cum Alm. et Voſſ. 1. 2. 3. Edd. fere inſerunt *criminibus* quod, quam ſit inelegans, ſponte apparet.

amolienda. Turic. *amovenda* cum Guelf. Camp. Alm. Colb. Bern. et edd. ante Stoerium meis omnibus. Niſi tamen plane dormitavit Gibſ., praeter Goth. Voſſ. 2. et 1 (hic dat *admolienda* 3. autem *ad movenda*) etiam Britannici et Andr., vindices ſunt receptae, quam quidem Regius conjectura praetulit, ipſa exquiſitioris vocabuli laude commendandam. Burm. recte confert 5, 13, 11.

defend. ſit. Sic malui ſcribere cum Turic. Alm. Camp. Obr. quam quod reliqui dant: *def. eſt.* cf. 4, 1, 28. item 4, 6, 4.

rem ſpectat. Similis forma 6, 11, 3. Non igitur neceſſaria emendatio quae in Baſ. mar-

gine proponitur: *neque hae rurae.* cf. 1, 10, 35. item hic § 3.

petulantiae, *impudicitiae*, quam *veneficii*? in quibus ſolis omnis Ciceronis verſatur oratio: deinde tum narret *de bonis Pallae*, *totamque*

impud. quam venef. Goth. omittit *quam*, cum Voſſ. 1. 2. 3. Bern. Niſi tamen dormitavi, Guelf. tuetur *quam*, quod ſi abeſt, longe alia ſit omnis Coelianae cauſae conditio; nec talis, cujusmodi eam cognovimus ex oratione Ciceronis. Reliqui mei omnes retinent *quam*. *veneficii*. Jenſ. (tac. Geſn.) *veneficiis* cum meis ab ipſo inde ad Baſil, excepto Aldo.

omnis. Turic. *omnibus* cum Camp. et Alm.

Pallae totamque de vi. Hanc quam primus Burm. dedit ſcripturam habes ipſam in Camp. niſi quod *dein* eſt pro *de vi*, inevitabili paene errore, qui, poſt modo poſitum *deinde*, diu debebat corrigi ab eo, qui aliquem naſum haberet. Turic. ipſum verum dat, ſed a ſec. manu pro *Pallae totamque* hoc:

quam veneficii. Regius in ſuo libro inveniebat *veneficiis*, pro quo conjecit *veneficii*, quod nunc legitur in pleriſque que libris et ſane auctores videtur habere omnes Codd., cum edd. vett. multae retineant dativum pluralis. Sed alienum dicas *veneficii convicia* appellari, cum hoc „*ipſum ſit* „*negotium*," in cauſa Coeliana, „cujus propria quaeſtio „eſt." Et ipſe Cicero, in oratione, haec de pudicitia diſerte „non crimina" appellat „ſed voces maledictaque." c. 3. „aliud eſt maledicere, „aliud accuſare." ibid. „ma„ledictio — ſi petulantius „jactatur, *convicium*." ibid. „Adulter, impudicus — *con*„*vicium* eſt, non accuſatio." c. 13. Neque tamen *veneficiis*, etſi defendere conatur Badius, aptum. Inconcinnum enim *conviciis luxuriae* occurrere, et *veneficiis* (ipſis) occurrere. Excidiſſe dicas *crimini* vel *accuſationi*.

in quibus ſolis — oratio. *Solis* eo dicit, ut ſignificet narratione omnem Ciceronis orationem caruiſſe. Et ita res ſe habet. *In quibus* autem tam ad *convicia* illa ſpectat, quam ad *veneficii* crimen. Neque enim negare voluit Quinquidquam praeter *veneficium* a Cicerone tractatum eſſe; ut videbatur Capperonnerio.

deinde tum. Hanc particularum geminationem, non ſane elegantem, ſi per ſe ſpectes, adhuc in uno praeterea Varronis exemplo cognovi, quod affert Turſell. p. 207.

de bonis Pallae. cf. Cic. pro Coel. c. 10. Nihil praeterea nobis cognitum de iſta re.

de vi explicet *cauſam*, quae eſt ipſius actione defenſa? Sed nos ducit ſcholarum conſue- 28
tudo, in quibus certa quaedam ponuntur, quae *themata* dicimus, praeter quae nihil eſt diluendum. Ideoque *narratio* prooemio ſemper ſubjungitur. Inde libertas declamatoribus, ut etiam ſecundo partis ſuae loco narrare videantur. Nam cum pro petitore di- 29
cunt, et expoſitione, tanquam priores agant, uti ſolent; et contradictione, tanquam reſpondeant: idque fit recte. Nam cum ſit

paullatimque. Goth. plane conſpirat cum Camp. *Pallae* habet Guelf. ſed mox, pro *totamque*, *paulatimque*.

29. *priores*. Sic Turic et Camp. cum Colbert. Cod. (non Alm.) Goth. Voſſ. 2. et edd. meis ante Baſil. Reliquae *prius*.

idque fit recte. Sic Turic. et Camp. cum Bodl. Alm. et edd. mearum ſolis Bad. et Capper. Reliqui libri *idque fit non*

de vi. In occidendo legato Alexandrinorum Dione. cf. l. c. et c. 21. 22.

ipſius actione. Nam ſe ipſe quoque defendit Coelius in hac cauſa. cf. 11, 1, 51. item Suet. de clar. rhett. c. 2.

28. *certa — themata*. cf. 4, 1, 4.

ſecundo — narrare videantur. *Dicendi locus*, quem operoſius et perperam interpretati ſunt VV. DD., nihil aliud eſt, niſi ordo orandi, qui unicuique patrono aſſignatur. Neque enim certum erat et definitum in foro, ut accuſator prius diceret, reſponderet defenſor. cf. 7, 1, 37. Dicebat igitur ſecundo loco, cuicunque alterius orationi reſpondere mandatum erat, ſive is petebat, ſive defendebat. Jam in ſcholis quidem ejusmodi ordo erat nullus, ubi nunquam reſpondebatur. 5, 13, 50. 7, 2, 38. Hinc, ut et ex iis, quae mox ſubjiciuntur, intelligimus, quare *videantur* modo *narrare*, non re vera *narrent*, *ſecundo loco* declamatores. De *priore* et *ſecundo* loco cf. § 5.

29. *contradictione*. Sua adverſus ea, quae ab altera parte dicta ſunt. *Reſpondeant* vides hic plane eſſe pro eo: ſecundo loco dicant. Aliter *contradictionem* vide 3, 8, 27.

idque fit — exerceat. cf. 5, 13, 45 — 50.

declamatio forenſium actionum meditatio, cur non in utrumque protinus locum exerceat? Cujus rationis ignari, ex more, cui aſſuerunt, nihil in foro putant eſſe mutandum. Sed in ſcholaſticis quoque non- 326
nunquam evenit, ut pro narratione ſit propoſitio. Nam quid exponet, quae zelotypum malae tractationis accuſat? aut qui

recte Codd. et edd. ante Stoerium; ab hoc inde *id quod ſit non recte*, pejus etiam propter *id quod*, et hoc retinuit Capper. cf. de hoc 3, 6, 1. Negationem rectiſſime proſcripſit de conjectura Regius, quem ſequendum eſſe recentiorum quidem ſolus vidit Capperonnerius. Rem dirimit locus geminus 5, 13, 50. *Non* inſertum an omiſſum cum ingens faciat momentum, juvat apponere exempla aliquot hujus particulae in noſtro ſcriptore a librariis turbatae: 1, 10, 14. 3, 4, 14, 3, 5, 10. 4, 2, 128. 5, 13, 36. 8, 2, 19. 10, 1, 96. 10, 7, 32. 11, 1, 53. 11, 3, 61. 76. 179. 12, 1, 40 bis 12, 10, 46. Prudentiſſimum eſt decretum Galeni (Commentar. II. in libr. ſec. de morbis vulgg. p. 471. Tom. V.) εἰ δ' ἔξεστι προστιθέναι τοῖς καταφατικῶς εἰρημένοις ἀποφάσεις, ἅπαν οὕτω τις διαφθερεῖ δόγμα, καὶ γνώμην οὐδεμίαν φυλάξει τῶν παλαιῶν βεβαίαν. Hunc locum debeo Villoiſono in Prolegg. cf. Drakenb. ad Liv. 21, 10, 1. Interpp. ad Plin. Epiſt. 1, 8, 14. item nos ad 6, 2, 11. *non in utrumque*. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Voſſ. 1. 3. Bern. et Capper. ſolo. cf. 5, 13, 50. Reliqui om. *in*. *aſſuerunt*. Turic. *adſuerunt*. Camp. *affuerunt*. Alm. *aſſuerunt* et ſic editi mei ante Ald. Reliqui *aſſueverunt*. cf. 5, 11, 22. et Oudendorp. ad Sueton. Caeſ. 73 extr. Aug. 98.

30. *quae zelot*. Sic Turic. Guelf. Bern. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et omnes meae ante Leid. Vulgo *qui zelot*. Turbatum eſt aliquid in Camp. quae pro hiſce receptis *quid exponet qui*

30. *in ſcholaſticis*. *Scholaſtica* ſubſtantive dicitur. vid. Senec. patr. p. 63. „Hoc „vero alterum nomen Grae„cum quidem eſt, ſed in La„tinum ita translatum, ut pro „Latino ſit, *Scholaſtica*. Con„troverſia multo recentius, „ſicut ipſa *declamatio*.“ Aliis noſtri locis additur ſubſtantivum ut § 92. 97. 11, 1, 82. In loco 7, 1, 57 dubia ſcriptura. *propoſitio*. § 4.

Cynicum apud censores reum de moribus facit? cum totum crimen uno verbo in qualibet actionis parte posito satis indicetur. Sed haec hactenus. Nunc, quae sit narrandi ratio, subjungam. *Narratio est rei factae, aut ut* 31
factae, utilis ad persuadendum expositio; vel (ut Apollodorus finit) *oratio docens auditorem, quid in controversia sit.* Eam plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate,

zelot. dat: *quae exponet zelot.* Uxorem, cujus nomine agitur, intelligi recte monet Gesn.

31. *aut ut factae.* Ita Turic. et Camp. cum Vall. Goth. Voss. 2. Bad. Obr. Cappen. Gesn. Reliqui, ut et Guelf. 2. *a. non f.* *maxime qui.* Turic. Guelf. Camp. *maximeque qui.*

Cynicum — reum facit. Vide, inter Declamationes Quintilianeas a Pithoeo editas, 283 inscriptam: *Cynicus disserti filius.* Ad hanc Aerodius haec ipsa nostri verba affert. Huc in primis pertinent ex ista controversia: „Ceteros — quos abdicant „patres, *sine narratione* culpae abdicare non possunt: in „hoc filio" (Cynico, quem propterea quod hujus sectae est, abdicat pater) „satis est „ad odium, habitum ostendere."

qualibet — parte. Non proprie in narratione.

31. *Narratio — expositio.* Pervulgata apud veteres definitio. cf. Cornif. ad Herenn. Cic. de Inv. Theonem in Progymn. Hermogen. in Progymn. Aphthon. in Prog. Ad Ciceronis Rhetoricos 1, 19 haec commentatur Marius Victorinus: „*Gestarum rerum* „expositio est, negotiorum „civilium, et historiarum. *Ut* „*gestarum rerum* expositio est, „comoediarum, fabularum et „thematum, quae in auditorio dicuntur." vid. Rhetores Pithoeanos.

qui sunt ab Isocrate. *Ab aliquo esse* dicuntur, qui hunc ducem sectantur, qui ab eo praecepta accipiunt. Recte confert Burmannus Cic. pro Mur. c. 30. „Nostri illi a Platone „et Aristotele, moderati homines et temperati." Ip. Tuscul. disp. 2, 3. „qui sunt „ab ea disciplina." De Finibus 4, 3 „Zeno et ab eo qui „sunt" quem locum male

volunt esse *lucidam*, *brevem*, *verisimilem*. Neque enim refert, an pro *lucida* perspicuam, pro *verisimili* probabilem credi-
32 bilemve dicamus. Eadem nobis placet divisio; quanquam et Aristoteles ab Isocrate parte in una dissenserit, praeceptum brevitatis irridens, tanquam necesse sit, longam aut brevem esse expositionem, nec liceat ire per medium. Theodorei quoque solam relinquunt ultimam partem, quia nec breviter utique nec dilucide semper sit utile exponere.
33 Quo diligentius distinguenda sunt singula, ut, quid quoque loco prosit, ostendam. Narratio est aut tota pro nobis, aut tota pro adversariis, aut mixta ex utrisque. Si erit

Neque en. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *Nec en.* cf. § 13.

32. *praecept.* — *tanq.* Turic. *praec. veritatis irr. inferens tanq.* cum Camp. et multis Codd. inferentibus praepositere illud *inferens.* *brevem esse exp.* Turic. omittit *esse* cum Guelf. Camp. et edd. meis ante Badium. Accedunt plurimi Codd. Inter *brevem* et *expos.* facillime excidebat *esse*, quod hoc loco est necessarium.

33. *adversariis.* Sic Turic. Camp. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum plerisque Codd. et edd. meis ante Gryph. Hic primus *adversario* ut reliqui.

solicitat Ernestus. Convenit Graecorum locutio *οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς*, *οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου.*

Aristoteles — parte in una. In una harum, quas modo proposuit, partium; ne forte quis putet, significari rarum Aristotelis ab Isocrate dissensum.

32. *praeceptum — irridens.* Aristot. Rhet. 3, 16, 4. Hic Isocratem irrideri ab Aristotele satis est probabile, quod quidem se didicisse e Quintiliano fatetur is, qui nostro non magnopere favet, Victorius in Rhet. Arist. p. 719. Negat Aristoteles *τὸ εὖ* fieri *τῷ συντόμως*, *ἀλλὰ τῷ μετρίως.* Hoc potuit sumere e Platonis loco Phaedr. p. 267. b.

tota pro nobis, contenti ſimus his tribus partibus, per quas efficitur, quo judex facilius *intelligat*, *meminerit*, *credat*. Nec quis- 34
quam reprehenſione dignum putet, quod
327 propoſuerim eam, quae ſit tota pro nobis, debere eſſe veriſimilem, cum vera ſit. Sunt enim plurima vera quidem, ſed parum credibilia, ſicut falſa quoque frequenter veriſimilia. Quare non minus laborandum eſt, ut judex, quae vere dicimus, quam quae fingimus, credat. Sunt quidem hae, quas 35
ſupra retuli, virtutes aliarum quoque partium. Nam et per totam actionem vitanda eſt obſcuritas, et modus ubique cuſtodiendus, et credibilia eſſe oportet omnia, quae dicuntur. Maxime tamen haec in ea parte cuſtodienda ſunt, quae prima judicem docet; in qua ſi acciderit, ut aut non intelligat, aut non meminerit, aut non credat, fruſtra in reliquis laborabimus. Erit autem *narratio* 36
aperta atque *dilucida*, ſi fuerit primum expo-

his tribus. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *iis tr.* cf. 5, 8, 32. item hic § 132.

34. *vere dic.* Sic Turic. Guelf. cum Alm. Voſſ. 3. Bern. Reliqui *vera d.*

36. *narrat. aperta.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. qui primus *aperta narr.* in

34. *falſa — veriſimilia.* cf. 1, 10, 39. Exemplum hujusmodi proponit Plato Phaedr. p. 273. b.

35. *cuſtodiendus. — auſtodienda.* Diſplicet tam exiguo intervallo repetitum verbum, in quo tamen nulla de veritate ſcripturae eſt dubitatio. cf. in eadem reprehenſione mox § 37. *diſpoſitae — compoſiti.*

ſita verbis propriis et ſignificantibus, et non ſordidis quidem, non tamen exquiſitis, et ab uſu remotis; tum diſtincta rebus, perſonis, temporibus, locis, cauſis, ipſa etiam pronunciatione in hoc accommodata, ut judex, quae dicuntur, quam facillime accipiat.

57 Quae quidem virtus negligitur a plurimis, qui ad clamorem diſpoſitae, vel etiam forte circumfuſae, multitudinis compoſiti, non ferunt illud intentionis ſilentium: nec ſibi diſerti videntur, niſi omnia tumultu ac vociferatione concuſſerint: rem indicare,

quo affectationis aliquid hic quidem ſupervacuae. Tur. et Camp. *ac* pro *atque*, quod ipſum malim. Sed non eſt tanti.

57. *ferunt*. Turic. *fecerunt* (pro quo noſtrum conjectura repoſuit Regius) cum Jenſ. (tac. Geſn.) aliisque ante Ald. Narrat Badius Vall. praeferre *ferunt*, et ſic mei duo.

56. *ſignificantibus*. cf. 3, 6, 65.

57. *ad clamorem diſpoſitae*. *Clamorem* eſſe plaudentium recte monet Geſnerus, et noſtri aliorumque locis convincit. cf. 2, 2, 12. (*fragorem* quoque appellat noſter 8, 3, 3.) item Plinii Epiſt. 2, 14, 6. 4, 5, 1. 4, 19, 3. 9, 13, 8. Tacit. Hiſt. 3, 83. Cicer. de Orat. 1, 33. Orat. c. 30. pro Sextio c. 56. ad Quint. fratr. 3, 1. p. Ern. 1103. Brut. c. 95. Appoſite ad noſtrum de *ſilentio*, quod non ferant, locum, Burmannus laudat Plin. Epiſt. 2, 10, 7. „quae „admiratio te, qui *clamor*, „quod etiam *ſilentium*, maneat. Quo ego, cum dico „vel recito, non minus quam „clamore delector; ſit modo „ſilentium acre et intentum et „cupidum ulteriora audiendi.“ cf. Cic. Brut. c. 22 „ſilentio“ ſine plauſu. *Diſpoſitam multitudinem* intellige de ſubornatis et conductitiis laudatoribus orantium, quales perſtringit Plinius Ep. 2, 14 citante item Geſnero. Quod ſubjungitur *forte circumfuſae multitudinis* mentio, in eo eſt anticlimax, qua figuliſicatur, ne ei quidem laudi, quae petatur a fortuitis plauſoribus, etſi minus turpi quam ſit illa pretio redemta, multum tribui debere ab oratore.

ſermonis quotidiani, et in quemcunque etiam indoctorum cadentis, exiſtimant: cum
328 interim, quod tanquam facile contemnunt, neſcias, praeſtare minus velint, an poſſint. Neque enim aliud in eloquentia, cuncta 38
experti, difficilius reperient, quam id, quod ſe dicturos fuiſſe omnes putant, poſtquam audierunt: quia non bona judicant eſſe illa, ſed vera. Tum autem optime dicit orator, cum videtur vera dicere. At nunc, velut 39
campum nacti expoſitionis, hic potiſſimum et vocem flectunt, et cervicem reponunt, et brachium in latus jactant, totoque et rerum et verborum et compoſitionis genere laſciviunt: deinde (quod ſit monſtro ſimile) placet actio, cauſa non intelligitur. Verum haec omittamus, ne minus gratiae, praeci-

indoctorum. Sic Turic. cum Alm. Jenſ. (tac. Geſn.) et meis ante Gryph. Reliqui, ut et Camp. Vall. (ref. Badio), *indoctiorum.* Poſitivus hic comparativo robuſtior videtur. Non qui inter doctos minus eſt eruditus, ſed qui plane rudis eſt, videtur poſſe fundere talem orationem.

38. *vera dicere.* Turic. *vere d.* cum Alm. ſolo. Alioqui vel hic praeferam, ob id quod antecedit *optime.* cf. 34.

39. *deinde* (*quod.* Guelf. *d. idque.* Edd. a Baſil. ante Obr. *d. id quod*, quae ſcriptura latet in Guelf. Nec diſpliceat cf. 3, 6, 1.

39. *cervicem reponunt.* Dum ſibi placent. Sic Cic. Verr. 3, 19. „tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine *cerviculam* jactaturum „et populo ſe ac coronae „daturum?“

minus gratiae — quam offenſae — mereamur. Videtur aequales deſcribere, qui hoc genere peccarent. *Mereri* attende dictum pro *conſequendo.* cf. § 77. 125. 5, 1, 1. 6, 1, 45. item Dial. de oratoribus c. 9 „indulgentiam — *mereri.*“ Plin. Epiſt. 1, 8, 14 et paſſim.

piendo recta, quam offensae, reprehendendo
40 prava, mereamur. *Brevis* erit *narratio* ante omnia, si inde coeperimus rem exponere, unde ad judicem pertinet; deinde, si nihil extra causam dixerimus; tum etiam, si reciderimus omnia, quibus sublatis, nec cognitioni quidquam, nec utilitati, detrahatur.
41 Solet enim esse quaedam partium brevitas, quae longam tamen efficit summam. *In portum veni, navim prospexi, quanti vehere interrogavi, de pretio convenit, conscendi, sublatae sunt ancorae, solvimus orum, profecti sumus.* Nihil horum dici celerius 329
potest, sed sufficit dicere, *E portu navigavi.* Et, quoties exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua intel-
42 liguntur. Quare, cum dicere liceat, *Est mihi filius juvenis*, omnia illa supervacua, *Cupidus ego liberorum uxorem duxi, natum sustuli, filium educavi, in adolescentiam*

41. *convenit.* Sic et Turic. et Goth. cum Ioann. et Bodl. Reliqui fere *conveni* ut et Guelf. et Camp.

profecti. Sic Turic. Camp. Guelf. Goth. (tac. Gefn.) cum Badio e Vall. item Alm. Reliqui *provecti.* pro quo nostrum conjecit Regius. Frustra obloquitur Burm. Opus est pervulgato vocabulo, quo magis appareat rem quotidianam narrari. Exempla, quibus utitur Burm., aut sunt poetica, aut habent necessitatem aliquam verbi nautici usurpandi. Hic ne exitum quidem habere videatur ista tam verbosa brevitas, si *provecti* modo essent, non *profecti.* cf. 6, 3, 9. Neque mihi persuadet Burm. hunc locum e scriptore aliquo desumtum esse a Qu. Finxit haud dubie, ut mox de filio suscipiendo.

40. *ante omnia.* cf. § 4. 41. *solvimus orum.* cf. Epistol. ad Tryph. § 3.

perduxi. Ideoque Graecorum aliqui aliud circumciſam expoſitionem, id eſt σύντομον, aliud brevem putaverunt: quod illa ſupervacuis careret, haec poſſet aliquid ex neceſſariis deſiderare. Nos autem brevitatem in hoc 43
ponimus, non ut minus, ſed ne plus dicatur, quam oporteat. Nam iterationes quidem, et ταυτολογίας, et περισσολογίας, quas in narratione vitandas quidam ſcriptores Artium tradiderunt, tranſeo. ſunt enim haec vitia non tantum brevitatis gratia refugienda. Non minus autem cavenda erit, quae ni- 44
mium corripientes omnia ſequitur, obſcuritas: ſatiusque eſt aliquid narrationi ſupereſſe, quam deeſſe. Nam ſupervacua cum taedio

43. *refugienda.* Camp. *fugienda* cum edd. meis ante Stoer. et Goth. Noſtram tenent Turic. Guelf. cum Alm. Eadem ſtructura 4. 5. 6 *refugienda — diſtinctio.* item Cic. pro Caecina c. 8.

42. *circumciſam — brevem.* Utramque Graeci iſti in virtute poſueruut; *brevem* tamen illam ſolam appellarunt, quae aliquid cogitandum relinqueret auditori, neceſſariam quidem, ſed facile ex reliquorum conjectura aſſequendum. Sic locutionis rationem reddere videor, per ſe quidem non ſatis apertae: „poteſt narratio brevis aliquid ex neceſſariis deſiderare" h. e. ſine vitio omittit aliquid ex neceſſariis. Miror in hoc loco ad latinam vocem *brevem*, nullam ſubjectam eſſe Graecam; ut modo in σύντομον factum; neque dicam tamen, quo potiſſimum vocabulo uſurus fuerit. Βραχυλογίαν obverſatam ei putat Erneſtus in Lex. Rhetorico Graeco p. 60. ſed opus eſt adjectivo ad *narrationem* accommodato. βραχεῖαν, βραχυλόγον διήγησιν hac maxime poteſtate, quae συντόμῳ oppone retur, nondum inveni apud Rhetoras Graecos. Σύντομον plane cum Quintiliano eandem conſtituit Anaximenes in Rhet. ad Alex. loco ab Erneſto allato, qui eſt c. 30, § 6, p. 180 Buhl.

dicuntur, necessaria cum periculo subtrahun-
45 tur. Quare vitanda est etiam illa Sallustiana (quanquam in ipso virtutis locum obtinet) brevitas, et abruptum sermonis genus: quod otiosum fortasse lectorem minus fallit, audientem transvolat, nec, dum repetatur, expectat: cum praesertim lector non fere sit, nisi eruditus; judicem rura plerumque in decurias mittant, de eo pronunciaturum, quod intellexerit: ut fortasse ubique, in nar-
46 ratione tamen praecipue, media haec tenenda sit via dicendi, *quantum opus est*, *quantum satis est*. *Quantum opus est* autem non ita solum accipi volo, quantum ad indicandum

45. *vitanda est etiam.* Sic Turic. et Camp. Reliqui *est* omittunt; quod contortum h. l. et a docendi simplicitate alienum videtur. *fallit.* Guelf. *fallat* cum Goth. et edd. meis ante Stoer. excepta tamen Camp. Receptam cum boni auctores vindicent acquiescere in ea malui, quamvis hinc diretur conjunctivus. *ubique.* Turic. *ubicunque* cum Alm. Goth. Camp. Hoc quare restituerit Obr. quaeri potest, nisi forte magis ex hujusce aevi latinitate esse credidit.

satis est. Turic. et Camp. *sat est.* Placet, in proverbiali locutione. cf. 5, 13, 14.

46. *indicandum.* Sic Turic. cum Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. meis ante Badium. Reliqui *judicandum* excepto Capper. qui bene restituit vetustissimam scripturam.

45. *nec — expectat.* Similis Ciceronis locutio cf. 5, 14, 17.

eruditus. cf. dicta ad 1, 5, 25. opponuntur *eruditi* et *qui judicabant* § 86.

in decurias. Judicum decurias, quas quatuor constituit Augustus, quibusque quintam addidit Caligula. Singulae harum mille et pluribus constabant judicibus, qui cum aegros quisque suos plerumque colerent, nec nisi ad judicandum in urbem commearent, horridiores et illiterati fere erant. Decuriae sunt judicium publicorum, privatorum consilia centumviralia.

sufficit: quia non inornata debet esse brevitas, alioqui sit indocta. nam et fallit voluptas, et minus longa, quae delectant, videntur: ut amoenum ac molle iter, etiamsi est spatii amplioris, minus fatigat, quam durum aridumque compendium. Neque enim mihi 47
331 unquam tanta fuerit cura brevitatis, ut non ea, quae credibilem faciunt expositionem, inseri velim. Simplex enim et undique praecisa, non tam *narratio* vocari potest, quam *confessio*. Sunt porro multae conditione ipsa rei longae narrationes, quibus extrema (ut praecepi)

quia, non inorn. Turic. et Camp. *qu. et n. i.* cum Alm. Non male. *aridumque.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bad. Alm. Voss. 1. 3. Bern. Reliqui *arduumque.* Et auctoritas librorum et praestantia scripturae mutationem receptae intemperarunt. *malle* — *durum, amoenum* — *aridum.*

47. *Neque en.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *Nec en.* cf. § 31. *confessio.* Sic Turic. (a pr. manu, a sec. *confusio*) Guelf. cum Voss. 1. 3. Reliqui *confusio.* Videor justam rationem reddidisse scripturae quam praetuli. Recentiori librario oportebat illam displicere. *Confusio*, sic dictum pro concreto quod ajunt h. e. confusa oratione, redolet novitium sermonem.

47. *confessio.* Sicut ea, quae confitemur, coacti plerumque, quam paucissimis verbis effe-rimus, ut cito defungamur, ita omnis nimia brevitas potest videri oratio expressa invito. Quidquid dices, sive accusabis, sive defendes, si narratio tua nimis erit correpta, videberis maluisse non loqui, et quae dixeris coactus quasi et cum metu *confitentis* protulisse; habebis speciem *confitentis* rei, vel etiam testis. cf. § 109. „Neque enim narrandum est „tanquam *testi*, sed tanquam „*patrono*."

ut praecepi. 4, 1, 79. *quibus* praestabit accipere casu sexto, ut *in* praepositio intelligatur; nam si *dativum* agnoscas, inest scabrities, quod mox insertur *ad intentionem*, quo pertinet *praeparandus*, magis quam ad *quibus* tertio casu.

prooemii parte ad intentionem praeparandus
est judex: deinde curandum, ut omni arte
vel ex spatio ejus detrahamus aliquid, vel ex
48 taedio. Ut minus longa sit, efficiemus, quae
poterimus, differendo, non tamen sine men-
tione eorum, quae differemus: *Quas causas*
occidendi habuerit, quos assumserit consios,
quemadmodum disposuerit insidias, probatio-
49 *nis loco dicam.* Quaedam vero ex ordine
praetermittenda, quale est apud Ciceronem,
Moritur Fulcinius: multa enim, quae sunt in
re, quia remota sunt a causa, praetermittam.
At partitio taedium levat: *Dicam, quae acta*
sint ante ipsum rei contractum; dicam, quae
50 *in re ipsa; dicam, quae postea.* Ita tres
potius modicae narrationes videbuntur, quam
una longa. Interim expediet expositiones
brevi interfatione distinguere: *Audistis,*

49. *At partit.* Turic. et Camp. *et part.* cum Obr. Accedit Guelf. dans *Ac.* Mihi recepta potior. Inest oppositio ad haec: *ut minus longa* § 48. cf. § 47. *spatio — taedio.* vide § 75.

50. *interfatione.* Turic. *interfectione* cum Alm. Bodl. Bal. nisi quod hi sine errore *Interfectiona;* sed non erat quod hoc revocaret Obr., jejunum et elumbe, ante verbum *distinguere.* cf. 5, 7, 26 geminum nostro vocabulum „brevis *interlocutio.*" Nostrum ipsum est apud Ciceronem.

49. *apud Ciceronem.* Pro Caecina c. 4.

contractum. Omne negotium dicitur *contrahi*, cum initur, et hic *contractus* dictus est pro initio. Sic per glossam apud Livium in aliquot MSS. *coeptum* pro *contractum* vid. Drakenb. ad 6, 37, 3. Magis etiam proprie de litibus et proeliis *contrahendi* verbum usurpatur. De pactis et conventis non est cogitandum.

quae ante acta sunt; accipite nunc, quae in-sequuntur. Reficietur enim judex priorum fine, et se velut ad novum rursus initium praeparabit. Si tamen, adhibitis quoque his 51
artibus, in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio; quod Cicero etiam in brevi narratione facit: *Adhuc, Caesar, Q. Ligarius omni culpa caret. domo est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli*
332 *suspicionem*, etc. Credibilis autem erit nar- 52
ratio ante omnia, si prius consuluerimus nostrum animum, ne quid naturae dicamus adversum; deinde si causas ac rationes factis praeposituerimus, non omnibus, sed de quibus quaeritur; si personas convenientes iis, quae facta credi volemus, constituerimus, ut *furti reum, cupidum; adulterii, libidinosum; homicidii, temerarium;* vel contra, si defendemus: praeterea loca et tempora

51. *quoque his.* Hoc ordine Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. meae ante Stoer. exceptis Camp. et Basil. Reliqui *his quoque. Quoque* ad *adhibitis* spectat, non ad *his.*

etc. Guelf. *et caetera.* Reliqui nota utuntur. Vides *et* positum ante *cetera*, quod fere omissum malunt VV. DD. vid. Cic. Offic. 3, 10, 9 apud Heusing. cf. § 12. 5, 11, 12.

52. *vel contra si.* Turic. et Camp. *vel his contraria si* cum Alm. et Obr. Non placet. *loca et temp.* Sic Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. meae ante Basil. exc. Camp. et Ald. Etiam Turic. *et* omittere videtur, quod abest a reliquis. Malui assumere cf. § 24.

51. *Cicero.* Pro Ligario cf. 2, 15, 14. 3, 8, 14. item c. 2 Memoriter retulit. Apud hic § 99. 121.
Cic. enim pro *caret* est *caruit.* 52. *ante omnia.* cf. § 40.

53 et his ſimilia. Eſt autem quidam et ductus rei credibilis, qualis in comoediis etiam, et in mimis. Aliqua enim naturaliter ſequuntur et cohaerent, ut, ſi bene priora narraveris, judex ipſe, quod poſtea ſis narraturus, ex-
54 pectet. Ne illud quidem fuerit inutile, ſemina quaedam probationum ſpargere: verum ſic, ut narrationem eſſe meminerimus, non probationem. Nonnunquam etiam tamen argumento aliquo confirmabimus, quod propoſuerimus, ſed ſimplici et brevi: ut in veneficiis, *Sanus bibit, ſtatim concidit, livor*

et his ſimilia. Sic Turic. et Camp. Reliqui omittunt *his.* cf. § 22.

53. *quidam et ductus.* Sic Turic. et Camp. Dicitur Alm. dare *quid. ductus.* Sic autem Guelf. Edd. meae a Jenſonio indé *etiam.* Memorabile quod Menaechmi illi Goth. et Voſſ. 2. ſoli dant *quid. conductus* novitio vocabulo (cf. § 9.), quod reſpondet Francogallico *conduite.* Id quidem maxime convenit rei hic indicandae. *La conduite du récit, la maniere d'amener les faits.* Erneſtus in Lex. Rhet. Lat. reddit Graeco συνάφεια. *comoed. etiam et.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Voſſ. 3. Bern. et edd. meis ante Baſil. omnibus. Reliqui omittunt *etiam.*

54. *etiam tamen argum.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Reliqui omittunt *tamen.* Malim quidem transponi, ut factum eſt ab Obr., ſed non ſum auſus. *Tamen* non eſt ſupervacuum, quia modo probationem fieri vetuit.

53. *ductus:* cf. not. crit.

54. *ſemina — probationum.* „Probabilis erit (narratio) ſi „argumentorum et quaeſtio„num *ſemina* quaedam fuerint „ubique *reſperſa.*" Sulpitius Victor ap. Pithoeum p. 248.

etiam tamen. cf. not. crit.

quod propoſuerimus. cf. § 50.

ac tumor confeſtim eſt inſecutus. Hoc faciunt 55
et illae praeparationes, cum *reus dicitur robuſtus, armatus, ſolicitus, contra infirmos, inermes, ſecuros.* Omnia denique, quae probatione tractaturi ſumus, *perſonam, cauſam,* 553
locum, tempus, inſtrumentum, occaſionem, narratione delibabimus. Aliquando, ſi deſti- 56
tuti fuerimus his, etiam fatebimur, *Vix eſſe credibile, ſed verum, et hoc majus habendum ſcelus; neſcire nos, quomodo factum ſit, aut quare; mirari, ſed probaturos.* Optimae 57
vero praeparationes erunt, quae latuerint, ut a Cicerone ſunt quidem utiliſſime praedicta omnia, per quae *Miloni Clodius, non Clodio Milo inſidiatus* eſſe videatur: plurimum tamen facit illa callidiſſima ſimplicitatis imitatio: *Milo autem, cum in ſenatu fuiſſet*

inſecutus. Guelf. *conſecutus* cum edd. meis ante Baſil. exc. Camp. et Badio, qui e Vallenſi dat noſtrum.

55. *arm. ſolicitus contra.* Omittunt *ſol.* Tur. Guelf. Camp. cum edd. meis ante Baſil. et Codd. plurimis. Si ſilentio conferentium ſtandum eſt, dant vocem hanc Bodl. (gravis profecto teſtis) Voſſ. 2. (ſed Goth. deſiderat) Bern. Neque tamen dubitari nequit, quin ſit vera et neceſſaria. Velim noſſe quis unde primus extuderit.

55. *Hoc faciunt.* Eleganter Geſnerus conjicit legendum *Huc faciunt.* cf. 6, 2, 11.

perſonam — occaſionem. vid. 4, 1, 50. De *inſtrumento* quod hic primum connumeratur cf. § 88. 5, 6, 2, 5, 7, 56. 5, 9, 1. 5, 10, 23. 51. 94. 6, 4, 8. 17. 7, 1, 62, 7, 2, 25. 43. 12, 8, 14. Ex hiſce fere locis efficies *inſtrumentum* dici quidquid pertinet ad probandum factum aliquod, de quo eſt lis; interdum quidem ipſum organon v. c. *ſpiculum.*

57. *praedicta.* ante, prius, quam cetera, dicta; non ante quam fierent. cf. 3, 6, 89.

Milo autem. Cic. Pro Milone c. 10.

eo die, quoad ſenatus eſt dimiſſus, domum venit, calceos et veſtimenta mutavit, pauliſper, dum ſe uxor, ut fit, comparat, commoratus
58 eſt. Quam nihil praeparato nihil feſtinato feciſſe videtur Milo! Quod non ſolum rebus ipſis vir eloquentiſſimus, quibus moras et lentum profectionis ordinem ducit, ſed verbis etiam vulgaribus et quotidianis, et arte occulta conſecutus eſt: quae ſi aliter dicta eſſent, ſtrepitu ipſum judicem ad cuſtodien-
59 dum patronum excitaſſent. Frigida videntur iſta plerisque: ſed hoc manifeſtum eſt, quomodo judicem fefellerit, quod vix a lectore deprehenditur. Haec ſunt, quae credibilem
60 faciant expoſitionem. Nam ne contraria aut 354 ſibi repugnantia in narratione dicamus, ſi

58. *ad cuſtod. patron.* Ita Turic. et Camp. Sed Guelf. *deinde patron.* cum aliquot Codd. et edd. meis ante Obr. exc. Ald. qui *ad cuſtod. deinde patron.* Quod Obr. ajunt dare *judicem dein patron.* manifeſtus error eſt. Is enim noſtram ipſam praefert, nec Alm. a ſuo Turic. recedere credo, quem eandem Obrechto ſcripturam habere narrant. Apparet, quam obnoxium errori eſſet ignotius *cuſtodiendum*, unde arripuerunt *deinde*.

59. *hoc manifeſtum.* Ita Turic. et Camp. cum Alm. Reliqui inſerunt *ipſum*, pro quo Obr. *ipſo*.

faciant. Ita Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. meae ante Gryph. Item Alm. Colb. Voſſ. 2. 3. Reliqui, quibuscum et Camp. *faciunt*. cf. tamen 4, 3, 16.

60. *Nam ne contraria.* Turic. *Num quod eſt neque contraria.* Alm. *Nam id quod eſt neque contraria.* Mire; et ſoli. An erat gloſſa in margine: *id quod eſt traditum?*

58. *ad cuſtodiendum.* cf. 4, 1, 59. Malim tamen pro *ipſum judicem* legi *ipſo* (ad *ſtrepitu*) *judicem*, ut et Rollinus ſuadet.

59. *hoc — quod.* Prius accipe caſu ſexto et ante *quod* ſubaudi *id*, ut *quod* pronomen ſit, non conjunctio.

cui praecipiendum eſt, is reliqua fruſtra docetur: etiamſi quidam ſcriptores Artium hoc quoque, tanquam occultum et a ſe prudenter erutum, tradunt. His tribus narrandi 61 virtutibus adjiciunt quidam *magnificentiam*, *quam* μεγαλοπρέπειαν vocant, quae neque in omnes cauſas cadit (nam quid, in plerisque judiciis privatis, de certa credita, locato et conducto, interdictis, habere loci poteſt ſupra modum ſe tollens oratio?), neque ſemper

reliqua. Turic. *re quae* a ſec. manu *neque.* Alm. *requ.* Guelf. *aeque* cum Camp. et edd. meis ante Ald.

61. *de certa credita.* Sic Turic. a pr. manu (a ſecunda *decerto cred.*, cetera a conferente non adduntur) cum Alm. qui conjunctim *decerta credita*, item Voſſ. 1. 3. (etſi transponendo peccant: *Decreta credita.*) Guelf. *de certo credito* cum Camp. Reliqui *de re certa credita. Re* vix credo in bonis MSS. inveniri, quanquam fere ſilentur a conferentibus et Goth. dat manifeſto. Geminus noſtro eſt locus 12, 10, 70. ubi Codd. Turic. Guelf. Goth. omittunt *re*, cum edd. meis ante Ald. niſi quod Campani nullam a Geſnero diverſitatem notavi, meo profecto errore. Sic adductus ſum, ut per ellipſin, cujus nullum praeterea exemplum in promptu habeo, ſcriberem *certam creditam* pro *pecuniam cert. cred.* quod ipſum habemus § 6 et 8, 3, 14; cf. 4, 4, 6. *mutuam.* quo minus ſuſpectum habere debebat Geſnerus *certa*, quod ſatis frequens in hac re apud ICtos. Neutro genere, *certo credito* quod oſtenditur in Guelf. et aliquot aliis, uti nolui, cum originem erroris apertam viderem in hac ratione, in altera, quam ſecutus ſum, nullam. Sed librarius imperitior, qui noſtram ſcripturam inveniret, paene neceſſario inferebat *re*, quod non vereor ut recte proſcripſerim. cf. errorem Camp. ad 5, 10, 66 oſtendentem, hanc formam librariis pervulgatam fuiſſe.

neque ſemper. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *nec. ſ.* Noſtrum concinnius.

61. *de certa credita.* Intelliga *pecunia*, et cf. not. crit. *interdictis.* cf. 2, 10, 3. 3, 6, 71.

ſemper eſt utilis, ut vel proximo exemplo
62 Miloniano patet. Et meminerimus, multas eſſe cauſas, in quibus confitendum, excuſandum, ſummittendum ſit, quod exponimus: quibus omnibus aliena eſt illa magnificentiae virtus. Quare non magis proprium narrationis eſt *magnifice dicere*, quam *miſerabiliter*, *invidioſe*, *graviter*, *dulciter*, *urbane*: quae, cum ſuo quaeque loco ſint laudabilia, non ſunt huic parti proprie aſſignata,
63 et velut dedita. Illa quoque, ut narrationi apta, ita cum ceteris partibus communis, eſt

ut vel. Turic. *velut* cum Alm. Sed Camp. *veluti*. Recepta robuſtior. cf. 5, 9, 16.

62. *ſummittendum.* Sic Goth. (tac. Geſn.) et Camp. cum plurimis recentt. Reliqui *ſubm.* Quare illos ſequamur, in praef. noſtra ratio redditur. vid. et 6, 1, 2.

cum ſuo quaeque loco. Turic. *cum ſuo loco* cum Alm. Guelf. Camp. et edd. meis ante Baſil. exc. Aldo qui dat *c. quoque loco* cum Goth. et Voſſ. 3 (An 2?). Cod. Voſſ. 1. dare narratur *c. ſ. quoque l.* plerumque faciens cum Guelf. Sed his auctoribus, *quaeque*, quod profecto multam habet elegantiam, retinendum judico contra bonos libros.

dedita. Camp. *debita* cum Roignio (1541) et Gryph. (1544). Haec arridet ſcriptura. Centies permutata vocabula vid. Drakenb. ad Liv. 8, 12, 10.

63. *apta ita cum ceteris partibus.* Sic Goth. Ald. Gryph. Omittunt fere recentiores *cum*, quod vindicant tamen Jenſ. et reliquae edd. ante Stoer. exc. Baſil. Turic., cum Alm., lacuna laborat dans *Illa quoque partibus.* Guelf. pro *ita* dat *itque*,

61. *Miloniano.* Duriuſculum eſt, quod exemplum ipſum dicitur *Milonianum*, cum ſit Ciceronianum. Malis *Milonianae.* Sic loquuntur veteres, cf. Ruhnkenium eleganter Eugraphii locum emendantem ad Aquilam Romanum in ed. Rutilii Lupi p. 144. dum pro *in Gallia a qua* reponit *in Galliana qui.* Cicero ipſe Orat. c. 49. „noſtra — — in Miloniana.“

62. *dedita.* cf. not. crit.

virtus, quam Theodectes huic uni proprie dedit; non enim magnificam modo vult esse, verum etiam *jucundam* expositionem. Sunt, qui adjiciant his *evidentiam*, quae ἐνάργεια Graece vocatur. Neque ego quenquam de- 64
535 ceperim, ut dissimulem, Ciceroni quoque plures partes placere. Nam, praeterquam *planam* et *brevem* et *credibilem*, vult esse *evidentem*, *moratam*, *cum dignitate*. Sed in oratione morata debent esse omnia cum dignitate, quae poterunt. *Evidentia* in narratione, quantum ego intelligo, est quidem magna virtus, cum quid veri, non dicendum, sed quodammodo etiam ostendendum est: sed subjici perspicuitati potest. quam quidam etiam contrariam interim putaverunt, quia in quibusdam causis obscuranda veritas esset, quod est ridiculum. Nam, qui obscu- 65

Voss. 3. *itaque*. Camp. omittens *quoque* post *illa*, idem inserit inter *cet.* et *part.* Equidem *cum*, quod unice convenit loco, latere puto in istis post *ita* adjectis literis in Guelf. et Voss. Vett. fere edd. *apta* omittunt, sine sensu. cf. structurae causa 2, 21, 11.

64. *veritas esset*. Sic Turic. Camp. cum Alm. (etsi his *esset* dare narratur) et Obr. Reliqui *est*. cf. 2, 8, 5.

63. *Theodectes*. cf. 3, 1, 14.

proprie dedit. Francius recte videtur reponere *propriam d.* Contrariam corruptelam vidimus 3, 7, 7. *Proprie* invectum fortasse primum ab eo, qui dativum vellet *uni* respondentem, *propriae*.

64. *Ciceroni — plures partes placere*. vid. de Orat. 2, 80. Topic. c. 26. ubi pro *moderatae* quod est in libris Cic. debet profecto ex Qu. reponi *moratae*. Partitt. Orr. c. 7.

subjici. cf. 3, 3, 6.

contrariam i. e. noxiam cf. 5, 11, 31, 5, 13, 50. 9, 2, 81.

rare vult, narrat falſa pro veris: et in iis quae narrat debet laborare, ut videantur quam
66 evidentiſſima. Et quatenus etiam forte quadam pervenimus ad difficilius narrationum genus, jam de his loquamur, in quibus res contra nos erit: quo loco nonnulli praetereundam narrationem putaverunt. Et ſane nihil eſt facilius, niſi prorſus totam cauſam omnino non agere. Sed ſi aliqua juſta ratione hujusmodi ſuſceperis litem; cujus artis eſt, malam eſſe cauſam, ſilentio confiteri? niſi forte tam hebes futurus eſt judex, ut ſecundum id pronunciet, quod ſciet narrare te
67 noluiſſe. Neque infitias eo, in narratione,

65. *veris: et in iis quae narrat debet.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum tot Codd. et edd, quos recenſet Burm. Meorum primus Stoerius *veris: in quo debet*, nullo, quantum video, auctore. Sunt tamen hunc deinceps omnes ſecuti.

Et quatenus. Sic Turic. et Alm. Reliqui quidem, quos vidi, omnes *Sed qu.* cf. 9, 2, 81.

65. *forte quadam.* Sic Vall. Voſſ. 1. 3. conjiciente etiam, vel ut ſui libri ſcripturam ponente Pithoeo, cum edd. pleriſque vett. quarum tamen Camp. non poſui. Turic. omittit vocem *forte*, Alm. *forte* dare narratur, et haec plerorumque recentiorum eſt ſcriptura. *Sorti*, cum figurate dicitur, non ineſt ſignificatio fortuiti, ſed proprietatis. cf. Liv. Drakenb. 1, 4, 4. Florum Duk. 4, 10, 6. Noſtrum vide 7, 3, 36. Senec. Qu. Nat. 1, 13 *fors aliqua.* Appul. Met. p. Pric. 32 *Forte quadam.*

66. *te noluiſſe.* Turic. *teloninſe*, a ſec. manu *te voluiſſe*, et ſic Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliquae edd. noſtram dant. cf. 2, 12, 5.

65. *praetereundam narrationem.* cf. 5, 13, 9.

66. *quatenus* pro *quoniam* vid. apud Oudend. ad Suet. Claud. c. 26.

cujus artis eſt. cf. 5, 13, 16. „nullius eſt artis," tantundem enim eſt in interrogatione.

ſecundum. cf. 3, 8, 34.

ut aliqua neganda, aliqua adjicienda, aliqua mutanda, ſic aliqua etiam tacenda: ſed ta-
36 cenda, quae tacere oportebit, et liberum erit. Quod ſit nonnunquam brevitatis quoque gratia, quale illud eſt, *Reſpondit, quae ei viſum eſt.* Diſtinguamus igitur genera 68
cauſarum. Namque, in quibus non *de culpa* quaeritur, ſed *de actione*, etiamſi erunt contra nos themata, confiteri nobis licebit: *Pecuniam de templo ſuſtulit, ſed privatam: non ideo ſacrilegus eſt. Virginem rapuit: non tamen optio patri dabitur. Ingenuum* 69
ſtupravit, et ſtupratus ſe ſuſpendit: non tamen ideo ſtuprator capite, ut cauſa mortis, punietur; ſed decem millia, quae poena ſtu-

67. *quae ei.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. meae ante Baſil. acced. Obr. cum Codd. aliquot Burm. Reliqui *quod ei.* Obr. cum Camp. *ei* omittit.

67. *Reſpondit — eſt.* Dicas uſitatam hanc fuiſſe, reticendi quae ſupervacua eſſent, formulam. Sic Caeſar in epiſtola, quae inſerta eſt Ciceronis ad Atticum tertiae decimae lib. 9. „*quae viſa ſunt, reſpondi.*“

68. *de actione.* In ſtatu translativo cf. 3, 6, 11. Exemplum furti, non ſacrilegii, ad jus i. e. ad actionem tractum vide et 5, 10, 58. cf. et hic § 8.

themata. In genere hic dictum pro *cauſis*, ſive ſcholaſticis, ſive forenſibus; quanquam nunc fere nonniſi ſcholaſtica proponuntur exempla. cf. 5, 10, 9 „*velut themata.*“

optio patri. „Stupratae da„tur optio eligendi mortem „raptoris aut nuptias. Sed „patri hic nihil tribuunt le„ges“ Geſnerus. Huc pertinent, quas memorat Dialogus de oratt. *vitiatarum electiones* c. 35. cf. 7, 8, 4.

69. *ſtuprator — decem millia.* cf. 7, 4, 42. Scatinia, vel Scantinia haec lex fuit. Pugnare alia veterum loca cum hoc Quintiliani in poena ſtupri definienda, oſtendit Bachius in Hiſt. Jurispr. Rom. l. 2. c. 2. § 29. p. Stohm. 144. Eandem poenam in ſtuprata quoque faciunt Quintilianeae declamationes 252 et 370.

pratori conſtituta eſt, dabit. Verum in his quoque confeſſionibus eſt aliquid, quod ex invidia, quam expoſitio adverſarii fecit, detrahi poſſit, cum etiam ſervi noſtri de 70 peccatis ſuis mollius loquantur. Quaedam enim quaſi non narrantes mitigabimus: *Non quidem (ut adverſarius dicit) conſilium furti in templum attulit, nec diu captavit ejus rei tempus: ſed occaſione et abſentia cuſtodum corruptus, et pecunia, quae nimium quam in*

70. *mitigabimus.* Goth. (tac. Geſn.) *negabimus* cum Voſſ. 2 ſolo. Eu par nobile fratrum cf. § 53.

in templum. Turic. *i. templo* cum Guelf. Camp. et Codd. fere quotquot oſtenduntur omnibus, item edd. ante Ald. Regius correxit. Britannici Codd. fortaſſe probam ſcripturam vindicant.

nimium quam. Turic. omittit *quam* cum plurimis Codd. et edd. ante Ald. meis. Guelf. *nimirum* ſine *quam.* cum Jenſ. (tac. Geſn.) Loc. Venet. Baſil. (quarum poſtrema mox, ut ſenſus conſtet, inter *hominum* et *poteſt* inſerit *plurimum*, nullo auctore). Hoc correxit Regius abradens *R*, quam ſcripturam praefert Ruſc. Camp. *nimis* ſine *quam*, vitioſe. Poteramus ſane acquieſcere veteri illa ratione *nimium in*; neque tamen dictu facile, unde ſe inſinuarit *quam*, quod ignarum quidem et oſcitantem librarium non ſapit. Debebat tamen ſcribi *quantum*, quod ipſum cum *quum* ſexcenties confunditur. Aldus, qui primus oſtendit *quam* poſt *nimium*, non ſine Codice hoc novaſſe eſt putandus. Locutio *nimium quantum* plurimos et graviſſimos habet auctores, et eſt huic ſententiae in primis apta. cf.

etiam ſervi — mollius. Exemplo oſtendit, quam facile ſit, eadem quae adverſarius narrando, tamen elevare culpam factorum, quod vel rudes ſervi conſequantur.

70. *nimium quam.* Hanc locutionem, quae quidem, ut ſert loci conditio, plane eſſet pro *nimium quantum*, adhuc in nullo ſcriptore inveni. Nam quod Plautum appellant Bacchid., 1, 2, 13 *nimium quam* apud eum eſt poteſtate adverbii, hic pronominis accuſativus deſideratur. cf. not. crit.

animis hominum poteſt, victus eſt. Sed quid refert? peccavit, et fur eſt. nihil attinet id defendere, cujus poenam non recuſamus.
337 Interdum quaſi damnemus ipſi: *Vis te dicam* 71
vino impulſum? errore lapſum? nocte deceptum? vera ſunt iſta fortaſſe: tu tamen ingenuum ſtupraſti, ſolve decem millia. Nonnunquam propoſitione praemuniri poteſt cauſa, et deinde exponi. Contraria ſunt 72
omnia tribus filiis, qui in mortem patris conjurarant; ſortiti nocte ſinguli per ordinem cum ferro cubiculum intrarunt, patre dormiente. cum occidere eum nemo potuiſſet, excitato omnia indicarunt. Si tamen pater, 73
qui diviſit patrimonium, et reos parricidii

Cic. Orat. c. 26 „ſales — in dicendo *nimium quantum* „valent.“ *Sed quid refert.* Turic. et Camp. omittunt *Sed* cum Alm. Non male. *et fur eſt. nihil.* Turic. *e. f. e. et n.* Camp. *e. f. e. ſed n.* Neutrum placet. Malim autem abeſſe a vulgata *et.*

71. *Interdum.* Turic. et Camp. *Interim* cum Alm. et Obr.

71. *propoſitione.* cf. § 54. Eſt ea proprie „confirmatio„nis“ ſive probationis „ini„tium“ (vid. cap. 4. libri hujus, initio) quo et hic pertinet. Debet enim cauſa, quae inter narrandum minus ſit placitura, ſic ſtatim a limine defendi ut eam, quidquid factum fuerit, vincibilem oſtendamus. Id a patre ſit in exemplo. Praemittitur id argumentum, quod, quidquid accidit, parricidii omne nomen amolitur a reis; deinde tuto narratur, cum excuſationes illae, quae ſi ſolae debuiſſent reos defendere, minus fortaſſe validae eſſent viſae, libentius admittantur ab iis, qui legem reo totam favere intellexerunt. Sic *proponere* § 78.

73. *qui diviſit patrimonium.* Pater hic jam iis ipſis, qui inſidiati ei erant, filiis patrimonium diviſerat, cumque accuſarentur parricidii ab agnatis patris (quae eſt ſcita Turnebiani interpretis conjectura) haereditatem adituris, ſi filii

defendit, ſic agat: *Quod contra legem fuſſicit, parricidium objicitur juvenibus, quorum pater vivit, atque etiam liberis ſuis adeſt. ordinem rei narrare quidem nihil neceſſe eſt, cum ad legem nihil pertineat: ſed ſi confeſſionem meae culpae exigitis, fui pater durus, et patrimonii, quod jam melius ab his admi-*
74 *niſtrari poterat, tenax cuſtos;* deinde ſubjicitur, *Stimulatos ab iis, quorum indulgentiores parentes erant; ſemper tamen eum*

73. *quidem nihil.* Turic. et Camp. *quid* ſolum. cum Alm. Proba ſcriptura. Pro *nihil* Jenſ. (tac. Geſn.) *mihi*, in qua conjectura reposuit *quid*. Noſtra ab Aldo inde eſt in editis, et auctores ſunt Vallenſis, Colbertinus, Guelf., Goth. cum iis qui ſilentur.

ſed ſi. Turic. *ſ. qui* cum Camp. et Alm.

exigitis, fui. Sic Turic. Camp. His ſolis auctoribus malui omittere reliquorum omnium *ego* quod inſerunt. Habet enim alienam ab hoc loco opponendi affectationem, quae ſi deſideratur, abunde eſt in *meae culpae.*

adminiſtrari. Turic. et Camp. *miniſtrari.*

parricidae fuerint probati, ipſe etiam filiis ſuis adeſt in judicio. Structura hujus loci non prorſus eſt expedita. Neque enim apparet, unde ordienda ſit apodoſis. Equidem in hac maxime ratione acquieſco, ut protaſis pertingat ad verba *eximi voluerit* (§ 74), apodoſin faciant: *Omnia haec* usque ad *mollita.* Ne ſic quidem bene procedit, quod in protaſi junguntur haec, *Si — agat — deinde ſubjicitur*; male coeuntibus conjunctivo cum indicativo, activo cum paſſivo. Obrechtus quidem *agit* dat pro *agat*, quo alter eximitur ſcrupulus; ſed auctorem habere videtur nullum, nec diſtinctione ſua oſtendit, ſe ad meam rationem diremiſſe ſententias. Poſſis etiam *ſubjicitur*, leni profecto mutatione, refingere in *ſubjicit*, vel *ſubjiciat* adeo. In longiore verborum comprehenſione ſolent dormitare librarii; potuit tamen et ipſe ſcriptor ſeriem orationis minus religioſe tenere.

habuisse animum, qui sit eventu deprehensus, ut occidere patrem non possent. Neque enim jurejurando opus fuisse, si alioqui hoc mentis habuissent; nec sorte, nisi quod se quisque eximi voluerit: omnia haec qualiacunque placidioribus animis accipientur, illa brevi primae propositionis defensione mollita. At cum 75
quaeritur, *An factum sit?* vel, *Quale factum sit?* licet omnia contra nos sint, quomodo tamen evitare expositionem salva causae ratione possumus? Narravit accusator, neque ita, ut, quae essent acta, tantum indicaret; sed adjecit invidiam, rem verbis exasperavit. accesserunt probationes, peroratio incendit, 338 et plenos irae reliquit. Expectat naturaliter 76
judex, quid narretur a nobis. Si nihil exponimus, illa esse, quae adversarius dixit, et talia, qualia dixit, credat necesse est. Quid ergo? eadem exponemus? Si de qualitate agetur, cujus tum demum quaestio est, cum de re constat, eadem, sed non eodem modo: alias causas, aliam rationem dabo. Verbis 77
elevare quaedam licebit: *luxuria hilaritatis, avaritia parsimoniae, negligentia simplici-*

74. *neque enim.* Sic Turic. Camp. Guelf. Reliqui *nec enim.* cf. § 47.

75. *neque ita.* Sic Turic. Camp. Guelf. Reliqui *nec ita.* cf. 3, 11, 24. item mox § 93.

75. *At cum quaeritur.* Respicit *At* ad § 67. 68. cf. § 49. *quomodo tamen.* Malim *tandem*, quae est frequens consultio. vid. Drakenb. ad Liv. 22, 2, 11. Potest *tamen* ferri *tamen* ob id quod *posse* esset *licet.*

77. *luxuria* — cf. 3, 7, 25.

tatis nomine lenietur. Vultu denique, voce, habitu, vel favoris aliquid, vel miserationis merebor. Solet nonnunquam movere lacrimas ipsa confessio. Atque ego libenter interrogem, Sint illa defensuri, quae non narra-
78 verint, necne? Nam si neque defenderint, neque narraverint, tota causa prodetur: at si defensuri sunt, proponere certe plerumque id, quod confirmaturi sumus, oportet. Cur ergo non exponamus, quod et dilui potest, et, ut
79 hoc contingat, utique indicandum est? Aut quid inter *probationem* et *narrationem* interest, nisi quod narratio est probationis continua propositio, rursus probatio narrationi congruens confirmatio? Videamus ergo, num expositio haec longior demum esse debeat, et paulo verbosior praeparatione, et quibusdam

77. *sint illa.* Sic Turic. cum Alm. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Gryph. Reliqui *sintne* i. hoc etiam in Goth. et Voss 2. Correctorem olet. Guelf. Camp. it. sec. manus in Turic. aliique apud Burm. *si sint illa*, ne ipsum quidem spernendum cf. 5. 1, 3.

79. *num.* Goth. Camp. margo Gryphii (1536) et Bas. *unde.* Mero errore, ut videtur.

merebor. cf. § 39.

79. *Videamus — esse debeat.* Hujusmodi, quae adversarii narrationi opponitur, expositio tantum abest, ut omitti possit ac debeat, ut longiorem etiam solitis narrationibus esse oporteat. Hanc augendi vim inesse adverbio *demum* recte monet Gesnerus. Sic supra quoque § 12. *longam narrationem* urget, ubi nullam volebat Celsus. *Videamus num* quod plerumque poni solet, cum, id quod quaerimus, eventurum non credimus (cf. Wolfius ad Ciceronem suppositum Pro Domo § 14.), hic vicissim usurpatur. Praevidet enim Qu., saepe *longam* desideratum iri narrationem.

argumentis (argumentis dico, non *argumen-*
539 *tatione*), cui tamen plurimum confert fre- 3
quens affirmatio, *Effecturos nos, quod dici-*
mus: non posse vim rerum ostendi prima expo-
sitione: expectent, et opiniones suas differant,
et bene sperent. Denique narrandum est uti- 80
que, quidquid aliter, quam adversarius ex-
posuit, narrari potest, aut eo etiam prooe-
mia sunt in his causis supervacua: quae quid 3
magis agunt, quam ut cognitioni rerum
accommodatiorem judicem faciant? Atqui
constat, nusquam eorum esse majorem usum,

argumentis (argumentis dico. Turic. Camp. Guelf. Goth. Alm. et edd. ante Basil. etc. Aldo non nisi semel ponunt *argumentis*, qui error si vel omnes occupasset Codd. tamen confidenter erat corrigendus. *et bene sperent.* Turic. omittit *bene* cum Alm.

80. *aut eo etiam.* Turic. omittit *eo* cum Alm.

Atqui. Turic. Guelf. Vall. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. *atque.* Camp. *At quae*, quod est idem. Nec credo ullum Cod. aliud dare. Recte tamen secuti recentiores Regium de conjectura reponentem *atqui.* cf. § 10. 4, 3, 17.

constat. Turic. Camp. Guelf. Goth. et edd. ante Bad. *constabit* cum Alm. Vall. Voss. 1. 3. Nostra est ex Regii emendatione, quam velim confirmari Britannicis Codd. Et tacet sane Gibsonus, sed de Veneta quoque et Aldina. Neque fortasse erat mutanda antiqua scriptura. Futurum eo sensu potuit dici: *constabit, ubi quaesiverimus.* cf. 6, 3, 84. *Constare* tamen cum de iis dicatur, quae omnes simul agnoscunt, convenientius sane est praesens.

argumentis dico. cf. § 84. 108. Ablativum autem et hunc et alterum *praeparatione* cave pendere putes a compara-tivo, quod non male Capperonnerius monet.

80. *eo etiam.* Eandem ob causam. cf. 4, 1, 42. 4, 2, 119. 4, 3, 5.

quam ubi animus judicis ab aliqua contra nos
81 insita opinione flectendus est. *Conjecturales* autem causae, in quibus de facto quaeritur, non tam saepe rei, de qua judicium est, quam eorum, per quae res colligenda est, expositionem habent. Quae, cum accusator suspiciose narret, reus levare suspicionem debeat, aliter ab hoc atque ab illo ad judicem
82 perferri oportet. At enim quaedam argumenta turba valent, diducta leviora sunt. Id quidem non eo pertinet, ut quaeratur, *An narrandum?* sed, *Quomodo narrandum sit?* Nam et congerere plurima expositione quid prohibet, si id utile est causae, et promittere? sed et dividere narrationem, et

82. *Nam et cong.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum aliis Codd. et edd. meis ante Leidens. Reliqui omittunt *et* quod spectat ad alterum: *et prom.* *plurima.* Ita Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *plura.* cf. 2, 13, 15. 3, 6, 26. item hic § 83. 92. *quid proh.* Tur. Guelf. Camp. *quis proh.* cum plurimis Codd. et edd. meis ante Stoer. Heinsius (citante Burm.) ad Heroid. 10, 88 plurimis locis vindicat *quid*; addicit frequentatissima Graecorum locutio τί κωλύει, ubi nunquam τίς.

82. *turba valent.* Hoc aliquoties recurrit apud nostrum. 4, 5, 7. 5, 13, 12. 6, 1, 1. Habet hic locus difficultatem intelligendi, quo modo possit haec sententia eo valere, ut in causa duriore non sit narrandum. Injicitur enim tanquam adversa iis, quae praecipit Qu., argumentatio, quod apparet particula *At enim.* Nempe, qui hoc objiciunt, significant, narrationem habere diducta argumenta, quae possint nocere tali causae, cum conferta et cumulata in probatione fuerint abreptura judicem.

promittere, probaturos nos; vel etiam singulatim narraturos, quoniam nunc congerimus. cf. §. 128. 4, 5, 6.

probationes ſubjungere partibus, atque ita
340 tranſire ad ſequentia? Nam ne iis quidem 83
accedo, qui ſemper eo putant ordine, quo
quid actum ſit, eſſe narrandum: ſed eo malo
narrare, quo expedit. Quod fieri plurimis
figuris licet. Nam et aliquando excidiſſe
ſimulamus, cum quid utiliore loco redu-
cimus: et interim nos reducturos reliquum

probationes. Sic Turic. Guelf. Camp. cum multis Codd. et edd. meis ante Gryph. Reliqui *probationem.*

83. *malo narrare quo.* Ita Turic. Camp. cum Alm. Sed Guelf. *modo n. q.* cum plurimis Codd. et edd. meis ante Bad. ſec. Hic primus omittit *narrare*, quod deinceps omnibus abeſt. *Malo* reponit Obr. *Narrare* in Ioann. quoque eſſe doceor a Porſono. *plurimis.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *pluribus* cum Colb. Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. meis. Vides ex meis deteriores Codd. ſolos ſtare cum edd. cf. 82. 118.

figuris. Turic. Guelf. *fignis;* per errorem vid. not. ex. Alm. *figuris* dare narratur.

83. *licet.* Si probe attendas hunc ſenſum, intelliges id quod fieri liceat eſſe hoc, ut „narret aliquis eo ordine, quo „expedit.“ In hac ratione *licet* cum paſſivo ſtructum (nam *facere* pro *fieri* malis profecto) non convenit magnopere, neque aptum eſt, quod ſubjunguntur mera praeſentia: *ſimulamus, reducimus, teſtamur* (quo magis quod ſit ſignificatur, quam quod poteſt fieri) ubi *futura* expectabas. Quanquam hoc levius. *Fieri* dicitur pro fieri poſſe, vulgo fieri, contingere. Jam, opinor, mecum cenſebis aptius futurum *liquet* pro *licet.* Libri quidem nulli hoc oſtendunt; ſed confuſio harum vocum ut ſponte credibilis ita nec inaudita cf. 5, 10, 14 not. crit., item Morel Elémens de Critique p. 87. et de permutatione literarum *qu* et *c*, in qua vertitur hic error, Drakenborch. ad Liv. 9, 2, 15. *Figurae* hic quidem non artis vocabulo uſurpantur, ſed generatim dicuntur pro omni flexu, ductu cf. § 53.

reducimus. Poſterius, quam debebat narrari, ponimus factum aliquod, et hoc *reducere* poteſt appellari, quia id, quod modo erat omiſſum, nunc quaſi repetitur.

reducturos reliquum ordinem. Iteratum tantulo intervallo

ordinem teſtamur, quia ſic futura ſit cauſa
84 lucidior: interim re expoſita, ſubjungimus cauſas, quae anteceſſerunt. Neque enim eſt una lex defenſionis, certumque praeſcriptum: pro re, pro tempore intuenda, quae proſint, atque ut erit vulnus, ita vel curandum protinus, vel, ſi curatio differri poteſt, interim
85 deligandum. Nec ſaepius narrare duxerim nefas, quod Cicero pro Cluentio fecit: eſtque non conceſſum modo, ſed aliquando

84. *Neque enim.* Sic Turic. Camp. Omittit *enim* Guelf. dana *Neque eſt.* Reliqui *Nec.* e. cf. § 74.

85. *duxerim.* Turic. Camp. *dixerim* cum ſat multis Codd. et edd. ante Leid. Noſtram tamen tuetur Guelf.

reducendi verbum non placet. Sed haec videtur Quintiliani ipſius negligentia. cf. § 35. *Reliquum* ab ipſo poſitum ſit necne, major eſt dubitatio. Unus Aldus, in utraque ille quidem editione, *relictum* dat pro *reliquum*, ſenſu longe praeſtantiore. Is qui ſuae partis utilitati proſpiciens, aliqua prius narranda ſerius ponit, aut *ſimulat* ſibi antea excidiſſe, aut *teſtatur* (h. e. diferte fatetur et indicit) ſe velle, perſpicuitatis cauſa, id quod jam narraverit (*relictum*, h. e. quem jam emenſus erat, ordinem. Ita *relicti curſus* apud Horatium) repetere, in qua retractatione mox ea inſerit, quae antea conſulto omiſerat; niſi forte *relictum* dicas eſſe omiſſum (quod ipſum frequentiſſimum) hac ſententia: velle ſe, quae modo omiſerit, nunc perſpicuitatis cauſa reducere h. e. ſerius narrare. *Reliquus* et *relictus* ſepe permutantur a librariis vid. Drakenb. ad Liv. 21, 61, 4. In recepta, quae eſt omnium, ut videtur, Codicum, ſententiam non aſſequor; neque enim agitur de eo, cum aliquid *prius*, quam debebat, narratur, ſed omnes hae figurae (quae ſunt tres) ſunt narrandi ſerius.

84. *ſubjungimus cauſas.* Ne hic quidem figuras aliquas, quales deſignat Capperonn. apud Rutilium Lupum poſitas p. (Ruhnk.) 1 et 133, agnoſco, quoniam in narratione ſola verſamur, et cauſae, quae ſubjungi jubentur, non brevi quadam ſententia comprehenduntur, ſed et ipſae narrando explicantur.

etiam neceſſarium; ut in cauſis repetundarum, omnibusque, quae ſimplices non ſunt. Amentis eſt enim, ſuperſtitione praeceptorum contra rationem cauſae trahi. Narrationem 86
ideo ante probationes ponere eſt inſtitutum, ne judex, qua de re quaeratur, ignoret. Cur igitur, ſi ſingula probanda aut refellenda erunt, non ſingula etiam narrentur? Me certe, quantacunque noſtris experimentis habenda eſt fides, feciſſe hoc in foro, quoties aliqua ita deſiderabat utilitas, probantibus et eruditis, et iis, qui judicabant, ſcio: et (quod non arroganter dixerim, quia ſunt plurimi, quibuscum egi, qui me refellere poſſint, ſi mentiar) fere ponendae a me cau-

86. *quaeratur.* Turic. et Camp. *dicatur.*

quot. aliqua ita deſ. Ita Turic. a ſecunda manu (a prima *q. at ita d.* cum Alm. (cf. § 23) niſi quod inde excitat *tra*, pro *ita*, Burm., ſe intelligere negans) et Camp. et Obr. Accedunt Goth. Voſſ. 1. 3. inferentes receptae *aliter*. Reliqui *q. ipſa deſ.* *mentiar.* Turic. Camp. *mentior* cum Alm.

85. *repetundarum — ſimplices non ſunt.* cf. 4, 1, 74. 4, 4, 4.

Amentis — cauſae trahi. cf. 4, 1, 64. 65. 4, 5, 7.

86. *quantacunque.* cf. 2, 17, 12. Adde Cic. de Orat. 2, 28. Liv. 30, 10, 20. Quo minus Francio indigebamus reponente *quantulacunque.* cf. et Wolfium ad Leptineam p. 258.

quod non arroganter dixerim. In anteceſſum deprecatur arrogantiae invidiam, eadem forma qua uſurpatur: *praefiſcine dixerim.* Quo minus eſt ferendus Obrechtus, expungens *non*, quaſi *arroganter* cum laude dictum ſit. cf. not. crit. ad § 29.

quibuscum egi. Ut Cicero cum Hortenſio et Bruto vid. Cic. Brut. c. 51, 94. Huic autem, homini fervidiori, peroratio aſſignabatur, cum expoſitio Quintiliano.

ponendae — cauſae. i. e. narrandae, exponendae. Sic Seneca pater p. 149. „objecit

87 ſae officium exigebatur. Neque ideo tamen 341
non ſaepius facere oportebit, ut rerum ordinem ſequamur. Quaedam vero etiam turpiter convertuntur: ut ſi *peperiſſe* narres, *deinde concepiſſe; apertum teſtamentum, deinde ſignatum:* in quibus ſi id, quod poſterius eſt, dixeris, de priore tacere opti-
88 mum. Sunt quaedam et falſae expoſitiones, quarum in foro duplex genus eſt: alterum, quod inſtrumentis adjuvatur; ut Publius Clodius fiducia teſtium, qua nocte inceſtum Romae commiſerat, Interamnae ſe fuiſſe dicebat:

87. *non ſaepius — oportebit.* Turic. *non ipſe prius facere at* (a ſec. manu *alia*) *re oportebit.* cum Alm. in quo nulla ſecundae manus, ut in Turic., emendatio, et pro *prius* ponitur apud Burm. *pius.* Guelf. ſecundam Turic. manum dat, cum Baſil. ed. ſola quantum video. Camp. Voſſ. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *n. ſ. f. alias o.* cum edd. ante Ald. quem Badius expunxiſſe ait *alias* quod redundet propter *ſaepius* ante poſitum. Burmannus ulcus latere monet. Mihi ſcriptura *ipſe prius* (magis etiam Alm. illa *ipſe pius*) nata videtur ex errore male dirimentis *ſe pius* (pro *ſaepius*) et *alia re*, vel *at re* profecta ex male repetitis literis verbi *facere*, quod ipſum rudiori librario h. l. inſolens videri debebat. cf. § 86. item 4, 5, 3. *optimum. Sunt.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Voſſ. 3. Reliqui inſerunt *eſt.*

88. *genus eſt.* Ita Codd. et editi mei (de Goth. Jenſ. tac. Geſn.) ante Gryph. Hic et reliqui *eſt genus.* Ineſt affectatio, quae ad neceſſitatem et ornatum reſervanda erat. cf. § 128.

quod inſtrumentis. Turic. *quod* (a ſec. manu *quo*) *inſtrumentum.* Alm. *quod inſtrumentum.* Camp. *quo inſtrumentum* cum Bodl. Bal. Andr. In tot bonis libris nil niſi error. cf. 5, 9, 13.

„Syriaco quod *cauſam* non „*poſuiſſet.*" Simile quid apud noſtrum 7, 2, 55. cf. not. crit. ad 4, 2, 36.

88. *falſae expoſitiones.* cf. § 19.

Interamnae. Cic. pro Milone c. 17. „C. Caſſinius — cujus

alterum, quod eſt tuendum dicentis ingenio. Id interim ad ſolam verecundiam pertinet, unde etiam mihi videtur dici *Color*; interim ad quaeſtionem. Sed utrumcunque erit, 89 prima ſit curarum, ut id, quod fingemus, fieri poſſit: deinde, ut et perſonae, et loco, et tempori congruat; et credibilem rationem et ordinem habeat; ſi continget, etiam veras

mihi videtur. Prius omittunt Turic. Camp. Non male.

89. *utrumcunque.* Hoc quod in quibusdam exemplaribus legi narrat Regius pro *utrumque*, quod eſt in Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. etiam Codd. mei habent et Camp. item Vall. referente Bad. *curarum.* Nimis ineſſe videtur affectatio, et malim *cura*. cf. 1, 1, 8. *fingemus.* Ita Turic. cum Alm. et Obr. Reliqui *fingimus*. cf. § 8.

continget. Turic. Camp. *contigerit.* Alm. *continget gerit.* Non referre credo.

„jam pridem teſtimonio Clo„dius eadem hora Interamnae „fuerat."

ad ſolam verecundiam — ad quaeſtionem. Cum dicat *inde*, quod ad *verecundiam* pertineat, dici *colorem*, videtur a rubore verecundi oris petiiſſe vocabuli etymon quod rectius tamen profecto agnoſcitur in pigmento, quo illinitur quidquid natura non ſatis eſt ſpecioſum. Non equidem cenſeo, operoſa explicatione indigere, qualis ſit hic, qui memoratur, *color*, cum noſter maxime locus vocabuli hujus, apud veteres rhetoras frequentatiſſimi, ſignificationem aperiat. Si quis tamen plura ſimul eo pertinentia ſcriptorum loca inſpicere cupit, eum ad doctiſſimas I. C. T. Erneſti diſputationes in utriusque rhetorices Lexicis propoſitas ablegabo, quas quidem excerpi hoc loco ſupervacuum duco. Noſtri exempla haec fere ſunt 3, 6, 92. 3, 8, 44. 4, 2, 90. 94. 95. 97. 100. 7, 2, 40. 53. 9, 2, 18. 11, 1, 81. 85. 12, 1, 33. 12, 8, 6. Reliqua loca, ubi *color* uſurpatur, non tam proprie videntur hujus eſſe poteſtatis. Quod autem dicit falſam expoſitionem, nunc ad *ſolam verec.* pertinere nunc ad *quaeſtionem*, id eo interpretor, ut partim omnis invidia aſperiorum et rerum et verborum amoveatur, partim ipſa cauſa melior fiat hoc, quod fingimus.

89. *curarum.* cf. not. prit.

alicui rei cohaereat; aut argumento, quod
ſit in cauſa, confirmetur. Naṁ quae tota
extra rem petita ſunt, mentiendi licentiam
90 produnt. Curandum praecipue, (quod fin- 542
gentibus frequenter accidit) ne qua inter ſe
pugnent. quaedam enim partibus blandiun-
tur, ſed in ſummam non conſentiunt. prae-
terea, ne iis, quae vera eſſe conſtabit, ad-
91 verſa ſint: in ſchola etiam, ne color extra
themata quaeratur. Utrobique autem orator
meminiſſe debebit actione tota, quid finxerit,
quoniam ſolent excidere, quae falſa ſunt:
verumque eſt illud, quod vulgo dicitur,
92 mendacem memorem eſſe oportere. Scia-
mus autem, ſi de noſtro facto quaeratur,
unum nobis aliquid eſſe dicendum: ſi de
alieno, mittere in plurimas ſuſpiciones licere.

quod ſit in cauſa. Turic. omittit *ſit* cum Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Alm. Voſſ. 1. 2. 3, Bern. Camp. qui pro *cauſa* dat *cauſis.* *confirmetur.* Turic. *confirmemur.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *confirmatur.* Camp. *firmatur.*

90. *accidit.* Turic. Guelf. Voſſ. 1. Bern. *excidit*, ſed a ſec. manu refictum ad noſtram in Turic.

quaedam enim part. Omittunt *enim* Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Alm. Voſſ. 2. 3. Narrat Barm. et a Vallae Cod. abeſſe, quod unde reſcierit, neſcio: apud Badium enim nihil ejusmodi.

91. *quid finxerit.* Camp. *quod finx.* cf. 4, 1, 44.

92. *aliquid eſſe.* Turic. *aliquem e.* cum Alm. Vall. a prima manu (ne hoc quidem de Vall. referente Badio. cf. § 90.) Guelf. Voſſ. 1. 3. Bern. *mitt. in plurimas ſuſp.* Sic Turic. Camp. cum Alm. et edd. a Stoerio inde Guelf. omittit *in pla-*

92. *mittere in plurimas ſuſpiciones.* Elegans locutio. cf. 4, 5, 14. 7, 2, 12. 9, 2, 75.

Eſt tamen quibusdam ſcholaſticis controverſiis, in quibus ponitur, aliquem non reſpondere ad quae interrogatur, libertas omnia enumerandi, quae reſponderi potuiſſent. Fingenda vero meminerimus ea, 93
quae non cadant in teſtem. ſunt autem, quae noſtro dicuntur animo, cujus ipſi tantum conſcii ſumus: item quod a defunctis;

rimas. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *m. in plures ſ.* cum edd. ante Stoer. cf. §. 83. *Eſt tamen quibusdam ſchol.* Turic. omittit *quibusdam* cum Camp. et Obr. Inſerit Guelf. *in* poſt *tamen*, quod placet. Camp. pro *Eſt* habet *Ft*, quaſi dare voluerit *Fit*. *Quibusdam* proſcribere non auſim; neque enim in genere hoc de omnibus controverſiis ſcholaſticis dici poteſt. *ad quae interrogatur.* Turic. *quae adinterrogatur.* Guelf. *qui interrogatur* cum Goth. (tac. Geſn., ſed in hoc in margine repoſitum *ad quae i.*) et Voſſ. 1. 3. Bern. Mox edd. a Baſil. ad Gibſ. *quae int.* cum Vall. referente Badio.

93. *cadant.* Ita Turic. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. et Obr. Reliqui *cadent*. cf. § 60. Guelf. omittit *non* ante *cad.* Male. cf. 6, 2, 11.

in quibus ponitur — non reſpondere. Thema tale eſt, ut contumaci ſilentio aliquis omnia, quae interrogantur, repellat vel alia cauſa reſpondendo excludatur. Quanquam enim in ſcholaſticis nulla ſolet introduci reſponſio (cf. § 28), hoc tamen in univerſum de declamationibus dici noſtro loco, non credo. cf. not. crit. De ſtructura *ponitur aliquem* cf. 1, 10, 33.

93. *quae noſtro dicuntur animo.* Deſiderant hic Burm. et Geſn. praepoſitionem, quorum ille *ex*, hic *de* inſeri malit. Burm. etiam *ducuntur* ſuadet pro *dicuntur*. Non videtur tuta emendatio. Solus ablativus ſufficit ad ſenſum efficiendum, qui ineſſe poteſt unus, etiamſi addatur praepoſitio. Nam *de animo noſtro* ut dicatur latine ſicuti *de conſilio* vel *ſuper conſilio* noſtro, magnopere vereor. *dicuntur* interpreter *dicta promuntur*, et ſic acquieſcam in ablativo. cf. 5, 13, 3.

a defunctis. Hacret in hiſce, quaſi abrupte et parum concinne prolatis, Geſnerus quo addi debuerit *factum* aut ſimile parti-

nec hoc enim eſt, qui neget: itemque ab eo, cui idem expediet; is enim non negabit: ab adverſario quoque; quia non eſt habiturus in
94 negando fidem. Somniorum et ſuperſtitionum colores ipſa jam facilitate auctoritatem perdiderunt. Non eſt autem ſatis in narratione uti coloribus, niſi per totam actionem conſentiant: cum praeſertim quorundam probatio ſola ſit in *aſſeverationе* et *perſe-*
95 *verantia:* ut ille paraſitus (qui ter abdicatum a divite juvenem, et abſolutum, tanquam ſuum filium aſſerit) habebit quidem colorem, quo dicat, et paupertatem ſibi cauſam exponendi 345

93. *nec hoc enim eſt.* Guelf. *ne hoc eſt.* Camp. *nec enim eſt.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *nec enim hoc eſt* cum edd. ante Stoer. Malim noſtro loco *neque h. e. e.* cf. § 75. Mox tamen § 104 conſtanter omnes *nec unq.* it. § 111.

cipium. Compara tamen locutionem *ſolvere ab aliquo* pro „ex ejus arca.“ Mihi ſufficit frequens noſtro forma: *ab actore, a defenſore*, ubi intelligitur non ſolum *pro eo*, ſed et in genere *reſpectu ejus.* cf. § 6. 7, 1, 38.

nec hoc enim. Nec h. l. valet *ne — quidem.* cf. 5, 10, 86. Malim *haec* ut et modo *quae* pro *quod.*

94. *Somniorum et ſuperſtitionum colores.* Cum quis nocturno viſo incitatus, vel aliqua religione conſtrictus aliquid feciſſe vult videri.

95. *abdicatum — eſt abſolutum.* cf. de *abdicatione* 3, 6, 96. Hoc loco fingitur totum negotium in judicio transactum, nec debet *ter abdicatus* aliter accipi, quam ut ter voluerit eum abdicare pater dives, quod per judices ei non licuit. Propterea filius dicitur *abſolutus* i. e. a judicibus in paterna domo remanere juſſus. Jam toties ſpe elusus dives ſubjicit paraſitum quem domi habet, qui filium hunc, patri inviſum, ſibi afferat, ut hac tandem fraude domo exturbetur juvenis. Leges et judicia in cauſa abdicationis quanquam re vera ſunt nulla, tamen eſſe finguntur in ſchola.

fuiſſe; et ideo a ſe paraſiti perſonam eſſe ſuſceptam, quia in illa domo filium haberet; et ideo illum innocentem ter abdicatum, quia filius abdicantis non eſſet. Niſi tamen omni- 96
bus verbis et amorem patrium, atque hunc quidem ardentiſſimum oſtenderit, et odium divitis, et metum pro juvene, quem periculoſe manſurum in illa domo, in qua tam invi- ſus ſit, ſciat: ſuſpicione ſubjecti petitoris non carebit. Evenit aliquando in ſcholaſticis 97
controverſiis, quod in foro an poſſit accidere dubito, ut eodem colore utraque pars utatur, deinde eum pro ſe quaeque defendat. ut in illa controverſia: *Uxor marito dixit, ap-* 98
pellatam ſe de ſtupro a privigno, et ſibi conſtitutum tempus, et locum: eadem contra filius detulit de noverca, edito tantum alio tempore, ac loco: pater in eo, quem uxor praedixerat, filium invenit; in eo, quem filius, uxorem: illam repudiavit: qua tacente, filium abdicat. Nihil dici poteſt pro juvene, quod non idem ſit pro noverca. Ponentur tamen etiam com- 99
munia: deinde ex perſonarum comparatione, et indicii ordine, et ſilentio repudiatae, argu-

97. *quaeque.* Ita Turic. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Reliqui *quisque.*

99. *indicii ordine.* Guelf. Camp. *judicii o.* cum Bodl. Ioann. Alm. Andr. Voſſ. 3. Baſil. Gryph. (1544) et marg.

96. *ſubjecti petitoris.* cf. 5, 7, 12.

97. *an poſſit — dubito.* Hic quidem non facile dicas, utrum poſſe hoc accidere in foro credat Qu. necne. cf. 2, 17, 13.

99. *communia.* cf. 4, 2, 72.

100 menta ducentur. Ne illud quidem ignorare oportet, quaedam esse, quae *colorem* non recipiant, sed tantum defendenda sint. qualis est ille dives, qui statuam pauperis inimici flagellis cecidit et reus est injuriarum. nam factum ejus modestum esse nemo dixerit: 101 fortasse, ut sit tutum, obtinebit. Quod si pars expositionis pro nobis, pars contra nos erit; miscenda sit an separanda narratio, cum ipsa causae conditione deliberandum est. Nam si plura sunt, quae nocent; quae pro- 344 sunt, obruentur. Itaque tunc dividere opti-

Steph. Lubrica sane disputatio critica de talibus, nec valde miror nullam hic positam Turicensis varietatem. Cum tamen repudium hoc non fiat in judicio, etiamsi abdicatio fieri fingitur, nullus judiciorum ordo hic cogitari potest, ut prius de repudio, deinde de abdicatione judicatum fuerit, quo fortasse defendat aliquis Codd. scripturam. cf. 7, 4, 38.

100. *tantum defendenda.* Ita Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2. et aliquot edd. Reliqui *tamen d.* cf. 5, 13, 10. *cecidit, et.* Ita Turic. Camp. cum Alm. Obr. Capp. Reliqui omittunt *et.*

101. *tunc.* Guelf. *nunc* cum Goth. Voss. 1. 2. 3. Bern. et edd. (praeter Camp.) ante Ald. quo acc. Bad. pr. Male.

100. *tantum defendenda.* Fit tum ἀχρωμος declamatio, ubi sola v. c. lege aliquis se tuetur, vel deprecatione, in qua tamen ipsa poenitentia aliquem *colorem* habet cf. 11, 1, 81.

statuam pauperis. Bene hoc illustrat Badius afferendo loco Pauli Digest. 47, 10, 27. „Si „*statua* patris tui in monu„mento posita saxis caesa est, „sepulchri violati agi non „posse, *injuriarum* posse, La„beo scribit.“ Simile quid in statua Theagenis athletae, narrat Pausanias 6, 11 extr. p. 166 Vōl. 2. ed. Facii V. C. qui non debebat in oraculo mendum metricum reducere ex Codd. Θεαγ. pro Θειαγ.

modestum. cf. 1, 2, 4.

101. *cum ipsa — deliberandum est.* Elegans forma cf. 3, 7, 16.

mum erit, et iis, quae partem noſtram adjuvabunt, expoſitis et confirmatis, adverſus reliqua uti remediis, de quibus ſupra dictum eſt. Si plura proderunt; etiam conjungere 102
licebit, ut, quae obſtant, in mediis velut auxiliis noſtris poſita, minus habeant virium. quae tamen non erunt nuda ponenda, ſed, ut et noſtra aliqua argumentatione firmemus, et diverſa cur credibilia non ſint, adjiciamus: quia, niſi diſtinxerimus, verendum eſt, ne bona noſtra permixtis malis inquinentur. Illa quoque de narratione praecipi ſolent, ne 103
qua ex ea fiat *excurſio;* ne *avertatur* a judice *ſermo;* ne *alienae perſonae* vocem demus; ne *argumentemur:* adjiciunt quidam etiam, ne utamur *affectibus:* quorum pleraque ſunt frequentiſſime cuſtodienda: immo nunquam, niſi ratio coëgerit, mutanda. Ut ſit expoſi- 104

102. *mediis velut.* Ita Turic. Camp. cum Alm. Turbant hic multa. Goth. (tac. Geſn.) *licebit q. o. ut i. medio.* cum Voſſ. 2. At Guelf. *licebit q. o. ſint i. medio.* Edd. quidem omnes meae *medio*, praeter Camp. et Capp. Peſſime. Hic tamen male *ut* poſt *obſtant* amandavit. Regius *mediis* conjectura eſt aſſecutus.

remediis — ſupra. Omni hac, de cauſa difficili, diſputatione a § 65 inde. *Remedia* ſic dicuntur et 4, 1, 41. 5, 2, 5.

102. *etiam conjungere.* Non ſatis apparet, quo *etiam* ſpectet h. l. Malim *jam*, ut *et* male repetitum ſit ex poſtremis praecedentis verbi literis. cf. 2, 7, 3. *Jam* reſpicit ad *tunc* (§ 101).

quae tamen. Cave *quae* referas ad ea ſola quae obſtant; ad utraque pertinet.

ne bona noſtra — inquinentur. cf. 2, 5, 24.

103. *ne avertatur — ſermo.* cf. 4, 1, 63.

tio perſpicua et brevis, nihil quidem tam raro poterit habere rationem, quam *excurſio*: nec unquam debebit eſſe, niſi brevis, et talis, ut vi quadam videamur affectus velut recto
105 itinere depulſi: qualis eſt Ciceronis circa nuptias Saſſiae, *O mulieris ſcelus incredibile, et praeter hanc unam in omni vita inauditum! O libidinem effrenatam et indomitam! O audaciam ſingularem! non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipſam noctem, facesque illas nuptiales? non limen cubiculi? non cubile filiae? non parietes denique ipſos, ſuperiorum teſtes nuptiarum?*
106 *Sermo* vero *averſus* a judice et brevius indi- 346
cat interim, et coarguit magis. qua de re idem, quod de prooemio dixeram, ſentio, ſicut de *proſopopoeia* quoque: qua tamen non Servius modo Sulpicius utitur pro Auſidia,

105. *Saſſiae.* Turic. Guelf. *Soſiae* cum Baſil. Camp. *Saſiae* cum omnibus ante Gryph.

non timuiſſe. Turic. Guelf. Camp. *Nonne t.* cum pleriſque Codd. quorum aliquot videntur neglecti a conferentibus, et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr.

106. *Sermo vero averſus.* Ita Turic. Guelf. Camp. cum multis optimisque Codd. et edd. Alii ut Geſn., omittunt *vero.* Jenſ. (tac. Geſn.) *Sermo verſus* cum edd. ante Bad. ſec.

106. *Servius — pro Auſidia.* Ser. Sulpicius Ciceronis amicus, celeberrimus ICtus, qui Murenam ambitus accuſavit et ad M. Antonium legatus in bello Mutinenſi obiit, pro Auſidia dixiſſe non hic ſolum narratur verum et 10, 1, 22. Quo vexatior eſt locus alius 6, 1, 20 ubi ejus *contra* Auſidiam oratio memoratur. Cognoſcimus item ex noſtro 10, 1, 116. 10, 7, 30. tres modo ejus extare orationes, quarum duas in una cauſa contrarias fuiſſe non eſt credi-

Somnonè te languidum, an gravi lethargo putem oppreſſum? ſed M. quoque Tullius circa nauarchos (nam ea quoque rei expoſitio eſt), *Ut adeas, tantum dabis*, et reliqua. Quid? pro Cluentio, Staleni Bulbique collo- 107
quium nonne ad celeritatem plurimum et ad fidem confert? Quae ne feciſſe inobſervantia quadam videatur, quanquam hoc in illo credibile non eſt, in Partitionibus praecipit, ut

circa. Guelf. *contra* cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. exc. Camp. quod Regius jam correxit. cf. § 19.

107. *celeritatem.* Sic et Codd. mei et Camp. cum edd. ante Bad. qui ex praepoſtera nec latina Regii mutatione *credulitatem* edidit, quod revocavit Capper. (cum ejeciſſet Obr.) merito irriſus a Burmanno in Epiſtola p. 90.

ad fidem. Praepoſitionem *ad* iterum ponunt Turic. et Camp. cum Alm. Omittere videntur reliqui omnes libri, ut et Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Reſtituit primus ex recentt. Burm. quem deinceps ſunt ſecuti. cf. 2, 21, 22. item 2, 1, 2. mox §. 122. vid. et Oudend. ad Suet. Caeſ. c. 80. Tib. c. 5. *inobſervantia.* Sic Turic. cum Alm. et edd. ante Ald. Reliqui omnes *ſine obſervantia*, niſi quod aliquot *ſ. obſervatione.* Vocem praeter hunc noſtri locum vide apud ſolum Sueton. Aug. c. 76. in quo ipſo prope erat, ut oblitteraretur. Eſt ſimilis Francogallorum *inadvertence.* cf. *inconſiderantiam* Suet. Claud. c. 39 ibique Oudend.

praecipit. Turic. Camp. *praecepit* cum Alm. cf. 3. 6. 38.

bile. Ipſam cauſam Auſidiae nullo alio vetere auctore novimus.

circa nauarchos. In Verr. 5, 45.

nam ea — expoſitio eſt. h. e. Nam is quoque locus orationis Ciceronianae ad narrationem pertinet.

107. *pro Cluentio.* c. 26.

celeritatem h. e. brevitatem Sic Arist. 3, 16, 4. ταχείαν διήγησιν dicit pro βραχείᾳ. Eupolis in notiſſimo fragmento Pericli tribuit orationis τάχος Plin. Epiſt. 1, 20, 17. *celeritas* et *fides* reſpiciunt ad § 106 *brevius indicat, coarguit magis.* cf. 10, 1, 102 *velocitatem.* item 3, 4, 16.

Partitionibus. c. 9.

habeat narratio *ſuavitatem*, *admirationes*, *expectationes*, *exitus inopinatos*, *colloquia*
108 *perſonarum*, *omnes affectus*. *Argumentabimur*, ut dixi, nunquam: argumentum ponemus aliquando; quod facit pro Ligario Cicero, cum dicit, ſic eum provinciae praefuiſſe, ut illi pacem eſſe expediret. Inſeremus expoſitioni et brevem, cum res poſcet,
109 defenſionem, et rationem factorum. Neque enim narrandum eſt tanquam teſti, ſed tanquam patrono. Rei ordo per ſe talis eſt, *Q. Ligarius legatus in Africam cum C. Con-* 346
ſidio profectus eſt. Quid ergo Marcus Tullius? *Q. enim*, inquit, *Ligarius*, *cum eſſet nulla belli ſuſpicio*, *legatus in Africam cum*

108. *Argumentabimur ut.* Sic Turic. Guelf. Goth. Camp. cum Alm. Voſſ. 2. 3. Bern. Reliqui inſerunt *in narratione.* Poteſt abeſſe, nec temere fides habenda eſt conferentium ſilentio quaſi in multis bonis ſit Codd. Quod Alm. Turic. dant *argumentavimus* ad ipſorum facit conſenſum cf. § 86 ad rem nihil.

109. *Neque en.* Sic Turic. Guelf. Camp. Baſil. *Non en.* Voſſ. 1. 3. Reliqui *Nec en.* cf. § 84.

legatus — prof. Turic. Guelf. *legatus c. conſidio prof.*, omittentes *in Africam cum*, cum Voſſ. 1. 3. Bern. praeter alias horum in ſingulis verbis varietates. Ex reliquis nihil memoratur. *eſſet nulla.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 3. Bern. Reliqui inſerunt *adhuc*, quod a Ciceronis quoque loco abeſſe docent meliores libri vid. Ern. p. 1418 Nota 3. Pro *enim* dant *igitur* edd. a Jenſ. (tac. Geſn.) ad Burm. Sed et hic et 11, 3, 162 *enim* mei dant et omittunt *adhuc.* *Afric. cum C.* Etiam hic Turic. omittit *cum* ut et Bern. Praeter hoc et C. Guelf.

108. *ut dixi.* § 79. 105. *pro Ligario.* c. 2.

109. *Q. enim — Ligarius.* c. 1. *Alibi.* mox c. 2.

C. Conſidio profectus eſt. Alibi, *Non modo* 110
nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli. Et cum eſſet indicaturo ſatis, *Q. Ligarius nullo ſe implicari negotio paſſus eſt*, adjecit, *Domum ſpectans, et ad ſuos redire cupiens.* Ita, quod exponebat, et ratione fecit credibile, et *affectus* quoque implevit. Quo magis miror eos, qui non 111
putant utendum in narratione affectibus. Qui ſi hoc dicunt: non diu, neque ut in epilogo, mecum ſentiunt. effugiendae ſunt enim morae. Ceterum cur ego judicem nolim, dum

110. *modo nullum ad.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *nullum* cum Alm. Voſſ. 3. Facit hoc ad ſtructuram *non modo*. vid. Turſell. p. 579. § 63. In Ciceronis libris eſt *nullum*.

ſpectans et ad. Turic. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *et* omittunt cum edd. ante Baſil. Apud Cic. quidem eſt.

111. *putant — affectibus.* Sic Codd. mei et edd. omnes ante Gryph. Hic primus *put. in narratione eſſe utendum aff.*

neque ut. Sic Turic Guelf. Camp. Reliqui *nec ut*. cf. 93, 5, 7, 28. *dum eum.* Turic. Guelf. Camp. *dum ego.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *cum ego* cum edd. ante Bad. *Eum* conjectura repoſuit Regius, neceſſaria illa. *Ego* et *eo* permutantur cf. Drakenb. ad Liv. 2, 18, 6 et poſt *cum*, quod perperam accipiebat librarius, pro *eum* emendare ſibi viſus eſt *eo*. Etiam carere poſſis pronomine objecti. *Dum* primus repoſuit Obr. Narratur Alm. dare *eum*.

110. *affectus.* Nihil varietatis hic invenio in ullo libro meo; nec tamen facile acquieſcam in hac ſcriptura. Genitivus (qui ſolus debet agnoſci in hac voce; nam de accuſativo cogitare inelegans fuerit) alias cum verbo *implendi* non ſtruitur a Qu. neque aliis aequalibus, quanquam § 75 *plenos irae.* cf. 9, 3, 1. Mox § 114 *lacrimis.* Delendam igitur cenſeo literam *s*. *Affectum* quo hoc, quod exponebat, impleſſe dicitur Tullius, recte Geſn. monet miſericordiam eſſe judicum, ſortem Ligarii dolentium. Fortaſſe tamen et pietas Ligarii demonſtratur.

111. *non putant — affectibus.* cf. § 103. item 4, 1, 28.

112 eum doceo, etiam movere? Cur, quod in ſumma parte ſum actionis petiturus, non in primo ſtatim rerum ingreſſu, ſi fieri poteſt, conſequar? cum praeſertim etiam in probationibus faciliore ſim animo ejus abuſurus, 113 occupato vel ira, vel miſeratione. An non Marcus Tullius circa verbera civis Romani omnes breviſſime movet affectus, non ſolum conditione ipſius, loco injuriae, genere

movere. Sic Turic. Bad. ſec. (fortaſſe ex typographi errore) Obr. Reliqui *moveri.* Genera verbi in infinitivis frequentiſſime permutantur (cf. § 115.), nec video, cur ad ipſum, qui agat, *movere* minus pertineat quam *docere.* Mentio hic nulla Alm., negligentia conferentis, opinor.

112. *animo — occupato.* Turic. *animum — occupatum* cum Alm.

112. *petiturus — conſequar.* Attende eleganter oppoſita *petendi* et *conſequendi* verba. *ſumma pars* et alibi pro *peroratione* 10, 1, 21. *ingreſſus* alias quidem pro *exordio* ut 4, 1, 28 ſed hic addendo *rerum* ſignificatur initium *narrationis.* In omnibus quidem meis libris reperio contortam hanc nec Quintiliani ſimplicitate dignam ſtructuram *parte ſum actionis* pro *parte actionis ſum.* Aliquoties tali ſtribligini, affectationem prae ſe ferenti, licuit per Codd mederi ut § 88 (vid. not. Crit.) quae tamen longe tolerabilior noſtra. Similis et pejor etiam trajectio eſt apud Plinium H. N. 19, 48 „Grato menta menſas „odore percurrit.“ 16, 1, „dubium — terrae ſit an parte „in maris.“

abuſurus. Significationis hujusmodi in hoc verbo fons eſt, quod alio deflectitur ejus rei uſus, qua *abutimur* quod nequaquam ſemper cum reprehenſione dicitur. cf. 3, 3, 9. 5, 10, 6. Noſtro quidem loco id maxime ſpectatur, quod paratam jam antea rem in uſus noſtros convertimus, proviſas opes aliquo conferimus, quo primum non quaerebantur eae. cf. Vellej. Pat. 2, 105, 2.

113. *civis Romani.* vid. Cic. in Verr. 5, 62. ſeq.

verberum, ſed animi quoque commendatione? Summum enim virum oſtendit, qui, *cum virgis caederetur, non ingemuerit, non rogaverit; ſed tantum civem ſe Romanum eſſe*, cum invidia caedentis, et fiducia juris clamaverit. Quid? Philodami caſum nonne 114
cum per totam expoſitionem incendit invidia,
347 tum in ſupplicio ipſo lacrimis implevit, cum flentes non tam narraret, quam oſtenderet, *patrem de morte filii, filium de patris?* Quid ulli epilogi poſſunt magis habere miſerabile? Serum eſt enim, advocare iis rebus affectum 115
in peroratione, quas ſecurus narraveris. aſſuevit illis judex, jamque eas ſine motu

113. *verberum.* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *verborum* cum edd. ante Aldum. Badius narrat in Vallenſi *verberum* eſſe et citari in Verr. l. 3. (falſo igitur), quorum utrumque ſibi Regium ſumere cf. ad praef. noſtr. p. 67. Veram vocem dat Turic. et ut videtur Alm. neque tamen omnes credo quos tacent Gibſ. et Burm. *ſe.* Omittunt Turic. et Camp.

115. *magis hab. miſ.* Hoc ordine Turic. Guelf. Goth. Camp. cum edd. ante Gryph. Hic primus *hab. miſ. magis.* Contorte cf. not. ex. 1 ad § 112. *advocare.* Turic. Camp. *advocari* cum Alm. et Jenſ. (tac. Geſn.) item edd. ante Bad. Hic narrat Vall. dare noſtram, quocum faciunt Guelf. Goth. cf. § 111. 5, 5, 4. *narraveris.* Turic. Guelf. Camp. *narraverit* cum Vall. Voſſ. 1. 3. (Goth. *narravit*) et edd. ante Gryph. Regius de conjectura repoſuit noſtrum. Neceſſarium credo, neque enim procedere videtur Badii ratio, qui jubet intelligere *quemque.* Alia eſt conditio 2, 15, 12.

114. *Philodami caſum.* In Verr. 1, 30.
cum — tum. cf. 4, 1, 66.
non tam — oſtenderet. Sic ἐνάργειαν finierat § 64.

115. *ſerum.* Manifeſta in primis ſignificatio nimii. cf. 2, 17, 7 (ubi in nota pro 3, 5, 3 leg. 2, 5, 3.) item 2, 17, 12.

mentis accipit, quibus commotus novis non
est: et difficile est nobis mutare habitum
116 animi semel constitutum. Ego vero (neque
enim dissimulabo judicium meum, quan-
quam id, quod sum dicturus, exemplis ma-
gis, quam praeceptis ullis, continetur) nar-
rationem, ut si ullam partem orationis, omni,
qua potest, gratia et venere exornandam
puto. Sed plurimum refert, quae sit natura
117 ejus rei, quam exponimus. In parvis ergo,
quales sunt fere privatae, sit ille pressus, et
velut applicitus rei cultus: in verbis summa

commotus novis. Turic. *c. nobis* a. sec. manu *c. a nobis* et sic Camp. Sed Goth. *c. novus* cum Vall. et Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Gryph. Hoc recepta mutaverat conjiciendo Regius, male reprehensus a Badio. cf. 8, 5, 12. Guelf. hanc tuetur.

est nobis mutare. Sic Turic. Camp. cum plurimis apud Burm. Codd. et edd. ante Gryph. Hic primus omisit *nobis*, neque habet Guelf. Inest oppositio ejus cui affueverit *judex*, et quod sit *nobis* difficile.

116. *ut si ullam.* Ald. omittit *ut*, Camp. pro eo *ac*.

venere. Turic. *vere* cum Alm. cf. § 108.

117. *ferè privatae.* Turic. (a sec. manu, nam a prima etiam corruptius *ferrei priv.*) Guelf. Camp. *f. rei p.* nonnisi per errorem.

116. *ut si ullam.* Quam Regius expungendam, ut supervacuam, putat particulam, parum apte defendit Burmannus exemplo 3, 8, 12 ubi est *ut quae*. Neque enim in illa forma redundat *ut*. Veram tamen credo structuram, (etsi exemplo alio adhuc destituor) propter constantiam librorum, quorum nullus, praeter Aldum, omittit.

117. *privatae.* cf. 61, 5.

ille — pressus. ille dicitur, quem nostis cf. § 17. *pressa* autem oratio saepe apud Ciceronem opponitur luxuriosae. Sic et noster 4, 3, 2. 8, 3, 13. 9, 4, 134. item Seneca pater p. 131. *pressam et civilem* (cf. Qu. 3, 8, 59.) *orationem* opponit *elatiori*.

applicitus rei cultus. A vestibus petita translatio, quae

diligentia, quae in locis impetu feruntur, et circumjectae orationis copia latent; hic expressa, et, ut vult Zeno, *sensu tincta esse* debebunt: compositio dissimulata quidem,

tincta. Turic. lacunam praeferre videtur pro hoc vocabulo. Ex Alm. afferunt *uncta* pro quo bene Capper. reponit *uncta.*

non fluant, nec sinu et rugis turgescant, verum singulis corporis membris applicentur.

in locis. cf. 4, 1, 59. *Loci* autem hic non quidem toti narrationi opponuntur ut quod mox occurrit *hic* sit in ipsa narratione, sed magis *parvarum rerum* intelligenda expositio, quae locos nullos admittit, cum in majoribus sane vel eorum sit occasio. Usum vocabuli sine adjectivo *communis* vide praeterea 5, 13, 27. 42. 59. 8, 4, 14. 9, 4, 83. 138.

expressa. cf. 2, 4, 6. 9, 4, 138. Elegantem locutionem *circumjectae — latent* cf. cum 9, 4, 29.

Zeno. Significatur haud dubie Citiensis. Hunc scripsisse περὶ λέξεων, περὶ λόγου refert Diog. Laërt. 7, 4. 39. 40. Recte Turnebus vel quisquis tandem est ad partes vocat Sulpicium Victorem, Rhetorem ex Pithoeanis, qui se Zenonis maxime praecepta persecutum ait p. 240. Quod vero idem narrat Ciceronem de Finibus l. 4. (c. 3. neque enim alium locum invenio hujus libri) aride et exiliter scriptos de rhetorica libros ejus memorare, falso dicit, cum Zenonis scribentis ibi nulla sit mentio. Nostro sane loco ne hoc quidem apparet, utrum in narratione proprie *sensu tincta* verba desiderarit Zeno, an in universum, ita ut, vel extra artis rhetoricae tractationem, hoc poneret. Bene comparant dictum vulgo de Aristotele, apud Suidam T. I. p. 328 τῆς φύσεως γραμματεὺς ἦν τὸν κάλαμον ἀπεβρέχων εἰς νοῦν, et Isidorum Orig. l. 2. c. 27. p. (Gothofr. anni 1585) 878 „Aristoteles, quando perihermenias scriptitabat, calamum „*in mente tingebat.*“ Manifestum est designari verba, quae nihil habeant, quod non significet.

compositio — dissimulata. cf. 2, 5, 9. *Dissimulatur* ea quidem, ne nimis manifesta arte, quae maxime cernitur in compositione, suspecta fiat narratio, in parvis utique causis. 9, 4, 134.

118 ſed tamen quam jucundiſſima: figurae, non illae poëticae, et contra fidem loquendi auctoritate veterum receptae (nam debet 348

118. *fidem.* Sic Goth. Ioann. Voſſ. 1. 2. 3. Camp. Andr. Rollin. Mox edd. Jenſ. (neque enim ea *fidem*, ut narrat Geſn.) et reliquae ante Rollinum *rationem;* unde, ignoro, Hoc ipſum revocavit Capper. fruſtra loquax in probando. *Fidem* Andres et Blaſſius repoſuerunt, ſecuti profecto Geſneri rationes, quae non ſunt rectae quanquam in bona cauſa. *Finem* dant Turic. Alm. Bal. Guelf. (niſi quod *finen* per err.) Obr. Burm. Geſn. (hic tamen praeferens *fidem*). De confuſione τῶν *fidem* et *finem* vid. 2, 18, 2. mox § 119. pro *fidem* edd. Jenſ. et ante Ald. *finem*. *Finem* nihili eſſe hoc loco, vel eo apparet, quod parum latina, in hac poteſtate vocabuli, foret oratio. cf. not. ex. ad 2, 15, 6.

118. *figurae;* grammaticae magis quam rhetoricae. Verſantur enim in immutatione vocabulorum. 9, 1, 12. 9, 3, 2. 3. 22. 9, 4, 117. Sic apparet, quare mox *puritas ſermonis* hiſce figuris corrumpi ſignificetur. Ejusmodi figura eſt *merere* pro *mereris* vid. 1, 5, 42.

contra fidem loquendi. Quid ſit *loqui* h. l. cognoſce ex locis geminis 12, 6, 5. 2, 3, 6. 11, 3, 45. In rerum parvarum expoſitione non *magna ſtare*, ſed *loqui* debet orator; quod facere ne credetur quidem ſi inſolitis vocabulorum flexibus (*poëticis* figuris, quae a *loquendo* abhorrent) ſtipet orationem: perdet igitur *fidem loquendi.* cf. 9, 4, 17. „neque illud in Lyſia dicendi „textum tenue atque rarum „laetioribus numeris corrum„pendum erat. Perdidiſſet „enim *gratiam* — perdidiſſet „*fidem* quoque.“ item 9, 4, 143 „amittit — *fidem.*“ 8, 3, 18 *ſermonem* opponit *orationi.* Suet. Claud. c. 4 *loquatur — dicere*, ubi malim abeſſe *quae dicenda ſunt.*

auctoritate veterum. Hic quidem cum de figuris vocabulorum parum uſitatis agatur, *veteres*, qui appellantur, facile intelligas Catones, Gracchos, Ennios, Lucilios, quales recenſuimus ad 1, 5, 21. 1, 8, 8. Alias lubrica eſt diſputatio et impedita, quibus maxime terminis contineatur ea, quam noſter uſurpat aliquoties, ſcriptorum et oratorum *vetuſtas.* Nam ut rudes illi ante Ciceronem audiunt ei *veteres*, velut 4, 1, 9. 12, 9, 5 ita et ipſe Ciceronem cum *veteribus* conjungit 9, 3, 1 „omnes veteres et *Cicero* „*praecipue.*“ Simile quid

esse quam purissimus sermo), sed quae varietate taedium effugiant, et mutationibus animum levent: ne in eundem casum, similem compositionem, pares elocutionum tractus

sed quae — effugiant — levent. Ita Turic. Camp. cum Alm. quod post Regii conjecturam primus repositi Obr. Nam edd. Jens. (tac. Gesn.) et reliquae ante Bad. *et qui a — effugiat — levet.* Bad. cum reliquis ante Obr. *et qui — effugiat — levet*, quod et Guelf. praefert. Bern. dare narratur: *sed qui.* *compositionem.* Sic Turic. Guelf, Camp. Mox edd. ante Ald. et ipsi Codd. ut Goth. Vall. Colb (hic videtur interdum cum deterioribus facere cf. § 83.) *expositionem.*

habes 8 Prooem. 26. cf. et not. ad 1, 6, 42. Item 11, 3, 137. hanc Ciceronis aetatem agnoscam cum Aldo nepote (in Graevii Thesauro Vol. 8. p. 1197.) etsi 11, 3, 143 huic numero assignatur Plotius (cf. 2, 4, 42.) nam et ipse Cicero. Alio loco 11, 3, 183 nihil certi definias. Ordinem aetatum oratoriarum habes 12, 10, 10 unde tamen nihil proficias ad constituendam vocabulorum potestatem. Ciceronis in hac re usum ad Quintilianum tuto non potes transferre. vid. Orat. c. 50. de Orat. 3, 10. De rudibus enim hic agit. De industria hunc locum tractat Aper apud scriptorem de causis corr. el. c. 17 et 18. qui dum queritur male veteribus accenseri Ciceronem, ostendit, quid tum fieri solitum sit. Cassium Severum (c. 19.) primum faciebant novorum. Sed et mox noster Ciceronis tempora inter vetera censere videtur, a recentiore luxuria aliena § 122. cf. Wolfius in qraef. ad Marcellanam p. 22. not. l.

eundem — tractus incidamus. Similitudinem casuum variari figuris aliquoties ingerit Qu. Vide loca designata ad primam hujus § notam. Haec varietas igitur grammaticam spectat, altera numeros, postrema orationem. Nec est opus mutando, ut vitia existant haec tria ὁμοιόπτωτον (*in eundem casum*) ὁμοιοτέλευτον (similem *positionem*; ita enim vocem mutare velit Regius, ut *positio* significet *desinendi modum*, quae ipsa vocis potestas probari nequit; *positio* enim nihil aliud nisi casus vid. 1, 5, 65.) ἰσόκωλον (*pares eloc. tractus*). Nunquam inter vitia haec ponuntur a rhetoribus, nisi quod Gorgiae in hisce adhibendis intemperantiam improbat Cicero in Oratore c. 52.

incidamus. Caret enim ceteris lenociniis expoſitio, et, niſi commendetur hac venu-
119 ſtate, jaceat neceſſe eſt. Nec in ulla parte intentior eſt judex: eoque nihil recte dictum perit. Praeterea, neſcio quomodo etiam credit facilius, quae audienti jucunda ſunt,
120 et voluptate ad fidem ducitur. Ubi vero major res erit, et atrocia invidioſe, et triſtia miſerabiliter dicere decebit: non, ut conſumantur affectus, ſed tamen velut primis lineis deſignentur: ut plane, qualis fu-
121 tura ſit imago rei, ſtatim appareat. Ne ſententia quidem velut fatigatum intentione

ceteris lenociniis. Turic. *cet. cujus* cum Alm. (vid. § 108). Guelf. *et ejus lenoc.* cum Voſſ. 3. Bern. (vid. § 25).

119. *recte dictum.* Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Goth. (tac. Geſn.) *rectum* cum Vall. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. male.

120. *decebit.* Guelf. Ioann. *licebit* cum Ald. et edd. meis deinceps ante Obr. exc. Bad. ſec. Hoc cum Regius inveniret, noſtrum conjiciendo repoſuit; non utique neceſſario. Sed optimi ſane libri defendunt.

ſed tamen. Ita Camp. et Turic. a ſec. manu, a prima enim *ut tamen* cum Alm. Reliqui fere *ſed ut tamen.* Malui expungere *ut*, alioqui nimis geminatum in hoc loco.

121. *quidem — quidem br.* Poſterius *quidem*, cum iis quae praecedunt, omittunt Turic. Camp.

119. *voluptate ad fidem ducitur.* Hoc aliquoties recurrit. 4, 1, 12. 5, 14, 35. 6, 2, 5. 8, 3, 5.

120. *major res.* Reſpice § 117. Hic quidem effuſiorem ornatum permittat modo, an exigat etiam, ex ipſo orationis tenore parum apparet; quamobrem, ſitne mox legendum *decebit* an *licebit*, vix affirmes cf. not crit. Gedoynus expreſſit poſterius.

invidioſe. Vim hujus formae vide in not. crit. ad 4, 1, 42. Sic modo § 81. *ſuſpicioſe* erat, *movendo ſuſpicionem.*

121. *ſententia.* cf. 4, 1, 64.

ſtomachum judicis reficere diſſuaſerim, maxime quidem breviter injecta, qualis eſt illa,
549 *Fecerunt ſervi Milonis, quod ſuos quisque ſervos in re tali facere voluiſſet:* interim paulo liberiore, qualis eſt illa, *Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis*

breviter injecta. Sic Ioann. (tac. Gibſ.) Vall. Bern. Ald. Adverbium habent et Guelf. Goth. Voſſ. 2. ſed in participio *interjecta.* Turic. et Camp. *brevi interjectione* cum Alm. Bodl. ſed Jenſ. *brevi injectione* (non *interj.* ut Geſn.) cum Loc. et Venet. Correxit Regius *brevi interjectione* et hoc recepit Ruſc. (cf. § 70) cum Bad. ſec. Baſil. et aliquot. Bad. pr. voluit quidem dare noſtram ſed operae dederunt *breviter interjecta.* A Gryphio inde omnes deinceps *brevi interjecta.* Hanc ego ſtructuram non credo latinam, ut participium continuetur adjectivo (quanquam vide Cic. de Or. 2, 60 init. ſed ibi continuo praecedit *imitatione*); adverbium contra rectiſſime aſciſcit. *interjecta* autem minus placuit ob ſonum inſuavem „breviter „interjecta.“ Neque eſt quod dubites *injicere* dici in hac forma eodem ſignificatu quo *interjicere.* Voſſ. 1. dans *videtur injecta* noſtram firmat; *videtur* corruptum eſt ex *breviter.* Non totum me permiſi optimorum librorum auctoritati in hoc loco, quia facillimus erat error *breviter in* mutandi in *brevi inter.* *Fecerunt ſervi.* Recte monet Burm. apud Cic. inſeri *id*, quod equidem in nullo Qu. libro reperio. Apud Ciceronem ſane non ſpernenda eſt Erneſti κρίσις *ſervi Milonis* tanquam gloſſam proſcribentis. In illa enim ſtructura locum vix tueatur; quanquam, ſi ejiciuntur verba haec, decedit aliquid ſententiae acumini, jam minus coartatis iis, quae ſibi invicem opponuntur: „*ſervi Milonis — ſuos quisque ſervos.*“ Quintiliano ſaltem neceſſarium erat, ſic, ut fecit, excitare locum; et potuit, cum memoriter referret (cf. §. 51. not. ex. it. § 132.), aliquantum concedere et conſilio ſuo, et ipſi quoque aetatis ſuae ſtudio ejusmodi acumina captanti. Mox Quintiliani hic error fortaſſe offecit libris Ciceronianis. Cic. porro *in tali re* pro *in re tali.* *eſt illa Nubit.* Guelf. omittit *illa.* *auſpicibus.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Bern. et Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Baſil. Addi-

Fecerunt. Cic. pro Mil. c. 10. extr. cf. not. crit. *Nubit.* Cic. pro Cluent. c. 5. cf. not. crit.

122 *ominibus omnium.* Quod cum ſit factum iis quoque temporibus, quibus omnis ad utilitatem potius, quam ad oſtentationem, componebatur oratio, et erant adhuc ſeveriora judicia: quanto nunc faciendum magis, cum in ipſa capitis aut fortunarum pericula irrupit voluptas? Cui hominum deſiderio quantum dari debeat, alio loco dicam. Interim ali-
123 quid indulgendum eſſe confiteor. Multum confert adjecta veris credibilis rerum imago, quae velut in rem praeſentem perducere audientes videtur: qualis eſt illa M. Coelii in Antonium deſcriptio, *Namque ipſum offendunt temulento ſopore profligatum,*

cunt Ciceronis ipſius libri, ad quem vide Ern. Reliqui *auſpiciis.* *ominibus omnium.* Turic. Guelf. *hominibus o.* ſed prior a ſec. manu noſtram dat. *omnibus o.* praeter Jenſ. etiam Venet. Ruſc. fortaſſe ex ſphalmate, ſed Loc. rectam praefert. Erneſtus in Cicerone e vett. edd. dedit *ominibus omnium omnibus*, quae ſane, ut ipſe ait, efficaciſſima eſt ſcriptura. Graevii quoque ratio, *omnium* abjicientis, (quam Capper. et hic, obſtantibus libris omnibus, eſt ſecutus) habet quo ſe commendet. Fateor, aut addi *omnibus*, aut omitti *omnium* quoque, ſatius mihi videri. cf. not. crit. ad 5, 12, 16.

122. *quam ad oſtent.* Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Camp. cum Alm. Voſſ. 5. omittunt *ad.* cf. § 107. 6, 1, 23.

faciendum. Ioann. (tac. Gibſ.) *faciundum.* cf. 3, 7, 8. item hic § 128.

123. *offendunt.* Camp. *offenderunt.*

122. *irrupit voluptas.* Similes temporum ſuorum notationes a noſtro factas indicat Geſnerus 4, 1, 57, 4, 5, 2.

alio loco. Rollinus et Geſnerus putant reſpici Prooem. l. 8. item 8, 3, 6 ſeqq. Fortaſſe et huc traxeris 12, 9, 6.

123. *M. Coelii.* vid. 1, 6, 29. it. Valer. Max. 4, 2, R. 7.

offendunt — geminare. Offendunt Antonium centuriones, hoſtium ei adventum in-

350 *totis praecordiis ſtertentem, ructuoſos ſpiritus geminare, praeclarasque contubernales*

ſtertentem ructuoſos ſp. Turic. *ſternentem ructuoſus ſp.* ſed a ſec. manu repoſitum noſtrum. Caſp. Barthii codex Baſileae tractatus inter *ruct.* et *ſp.* lacunam habet manifeſtam ſufficientem voci alicui inſerendae. Voſſ. 1. 3. *flectentem ſ.* Bern. *ſternentem ſ.*

dicaturi. Non erat quod contra omnes libros Gallaeus vellet reponi *geminantem* et nihil agit, reliquis praeterea duobus infinitivis. Neque enim ſtructura infinitivi poſt verba videndi, reperiendi, ignota eſt veteribus. vid. Terent. Heautontimorumen. 1, 1, 16. *conſpicer fodere.* Ovid. Metam. 8, 714. 15. *frondere — conſpexit.* Plin. H. N. 21, 105 *furere — aſpici ſe volunt.* Fortaſſe talia etiam affectavit Coelius, cujus ſermonem a puritate Ciceroniana alienum, et Catoniani horroris aemulum plus ſemel notare accidit Manutio in Commentario libri octavi Epiſt. Cic. ad Div. Eodem *offendendi* ſignificatu utitur Coelius Epiſt. ad Div. 8, 1.

contubernales. Dicuntur cum irriſione *imperatoris* Antonii. Nec dubito quin hic ſit C. Antonius, Ciceronis in conſulatu collega (cf. ad 3, 7, 2. it. 9, 3, 94.), Antonii triumviri patruus, cujus nummus eſt apud Valentem Famm. Romm. T. 1. Tab. 13 Antoniae gentis 3. Hunc enim a Coelio adoleſcentulo accuſatum fuiſſe, multis et bonis novimus auctoribus. vid. in primis Cic. pro Coelio c. 7. et 31. Memorat idem Cic. tres Coelii accuſationes (Brut. c. 79.), quarum cum ſingularum ſatis exploratae ſint cauſae nulla in M. Antonium, triumvirum cadit. Illa autem C. Antonii cauſa, qua ipſo Cicerone defendente damnatus eſt, cum crimen haberet Catilinariae conjurationis, exaſperata fuit male in Macedonia geſtarum rerum infamia. vid. Dion. Caſſ. 38, 10. p. Reim. 156. Haec igitur ejus ignavia potuit tanta Coelii aſperitate (cf. 10, 2, 25.) perſtringi. *Imperator* immerito eſt appellatus C. Antonius cum ipſe morbum cauſatus per M. Petrejum legatum Catilinam fudiſſet. Dio Caſſ. 37, 40 p. 137. Perditae fuiſſe luxuriae hominem Antonium, eo quoque apparet quod Catilinariis faviſſe dicitur propter vim aeris alieni. Plutarch. in Cic. p. 866. E. Gulae et penis foeditatem videmus hereditarium in iſta gente malum. Quivis enim, niſi alia

ab omnibus ſpondis transverſas incubare, et re-
124 *liquas circumjacere paſſim: quae tamen exani-*
matae terrore, hoſtium adventu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, fruſtra cervicibus tollebant, blandius alia ad

ſpondis transv. Barthianus Cod. inſerit *verſas*, nullo ſententiae vel acuminis emolumento.

et reliquas circ. Barth. Cod. *e. reliquias temulentiae circ.* Barthius ablegat ad Rutil. Lup. ubi ſimile quid p. Ruhnk. 112. Addere licet noſtr. 8, 3, 66 coll. Aquil. Rom. p. 145 in Ruhnk. ed. Rut. Lup. it. Senec. pat. p. 276. *temulentas reliquias ſumtuoſiſſimae coenae.* p. 284 *temulentas ebriorum reliquias.* Neque tamen quidquam agitur omnibus hiſce exemplis ad ſolicitandam receptam.

124. *quae tamen.* Goth. (tac. Geſn.) *q. tum* cum Vall. Voſſ. 2. et ed. Steph nec male. Barth. Cod. *hae tamen.*

Antonium. Barth. Cod. *hominem.*

conab. nomen inclamabant. Barth. Cod. *c. haec n. inclamabat.* Gebh. Cod. Pal. item *inclamabat.* Ioann. (tac. Gibſ.) *c. et n. i.* *fruſtra.* Turic. *fruſta*, a ſec. manu noſtrum. Barth. Cod. ante noſtram vocem inſerit *haec.*

tollebant. Barth. Cod. *tollebat*, cum Gebh. Pal. Cod.

obſtarent, id quod fecit Caſp. Barthius et reliqui, ut videntur, VV. DD. noſtrum eundem agnoviſſet in hac deſcriptione, quem in publico vomentem nobis exhibet Cicero in ſecunda Philippica. cf. ipſius imaginis cauſa 8, 3, 66.

ab omnibus — incubare. Concubinae ſuum quaeque in illo triclinio lectum relinquentes accurrunt ad imperatoris, eique transverſae incubant; quem tamen mox, ipſae laſcivia ſua per timorem excuſſae, ne expergefacere quidem poſſunt, dum, quidquid agunt puellae, excitamenta nequitiae interpretatur praeclarus dux, neque aperit oculos, ſed auditu et maxime tactu rem gerit. Hac totius loci ſententia plane eſt acquieſcendum, neque in ſingulis varietatibus ſcripturae haerendum, quae ex uno quidem codice afferuntur plurimae vid. not. crit. Transverſarum illam incubationem nequiore ſignificatu accipere alienum fuerit. cf. Brunk. ad Ariſtophan. Lyſiſtr. v. 60. Ruhnken. ed. Rutil. Lup. p. 260.

aurem invocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat. quarum cum omnium vocem tactumque noſcitaret, proximae cujusque collunt amplexu petebat; neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat; ſed ſemiſomno ſopore
351 *inter manus centurionum concubinarumque*

invocabat. Turic. *invocabant.* (ſed a ſec. manu noſtrum) eum Alm. Bern. Ioann. (tac. Gibſ.). *nonnulla.* Turic. *non ulla.* cf. 3, 6, 98. *feriebat.* Goth. (tac. Geſn.) *ferebat.* Voſſ. 1. Ioann. (tac. Gibſ.) *feriebant.*

cum — noſcitaret. Turic. (a ſec. manu, a prima enim noſtrum) *c. o. voce tactuque oſcitaret.* cum Obr. Sed Camp. *o. cum voce tactuque oſcitaret* cum Andr. Cod. Bodl. etiam dante *oſcitaret.* Barth. Cod. *c. o. v. t. dignoſcitaret* quod malebat Gallaeus, neſcio an inſpecto jam hoc Cod. Jenſ. (tac. Geſn.) *c. o. v. tractumque n.* cum edd. ante Ald. Nihil agunt, etſi inter eos eſt P. Victorius Varr. Lect. 22, 5, qui commendant ſcripturam *voce tactuque oſcitaret.* Eſt ſane *oſcitare* temulentorum cf. 8, 3, 66. Cic. pro Milone c. 21. Sed longa acrior eſt ſecuritatis ebrioſae notatio, ſi clauſis oculis ſingulas contubernales ſuas agnoſcere dicitur Antonius, prout quaeque notam vel vocem vel manum ei accommodat. Et *agnoſcere* ipſum eſt *noſcitare* cf. Drakenb. ad Liv. 2, 23, 4. *Dignoſcitare* utrum legatur in ullo ſcriptore, non ego dixerim. Attende receptam eamque bonam ſcripturam prima manu poſitam eſſe in Turic. cum in reliquis varietatibus ſecunda ejus manus ſoleat meliora dare. *petebat.* Gebh. Cod. Pal. *appetebat*, quod itidem ſuadebat Gallaeus; improbante Burmanno, qui appellat Nic. Heinſium Ovidio (Heroid. 14, 69) reddentem *petis amplexa* et (Metamorph. 6, 605) *Amplexuque petit.*

vigilare. Camp. *evigilare.* *centurionum.* Gebh. Cod. Pal. *cenurionum* qui calami error portentoſa Gebhardi loquacitate non indigebat, quam vide, ſi tanti, in ejus Crepundiis 2, 15. repetitam a Pareo, et in Burm. et Capper. edd. ad nauſeam lectorum recoctam. In toto hoc Coelii loco, qui plurimos a literis renatis VV. DD. exercuit non ſane immerito, videtur animadvertendum, quam exigua ſit noſtrorum, et quidem optimorum, Codd. varietas, cum Barthianus ille Baſileenſis, hic repente prolatus, cum aliqua mentione ad 1 Procem. 16. 20. 1, 1, 20. 1, 2, 3. 6, nec deinceps usquam recurrens, miram oſtendat ſcripturae diſcrepantiam. Subit

jactabatur. Nihil his neque credibilius fingi, neque vehementius exprobrari, neque manifestius ostendi potest. Ne illud quidem praeteribo, quantam afferat fidem expositioni narrantis auctoritas: quam mereri debemus ante omnia quidem vita, sed et ipso genere orationis; quod quo fuerit gravius, sanctius, hoc plus habeat necesse est in affirmando quoque ponderis. Effugienda igitur in hac praecipue parte omnis calliditatis suspicio (neque enim se usquam custodit magis judex): nihil videatur fictum, nihil solicitum. omnia potius a causa, quam ab oratore, profecta credantur. Sed hoc pati non possumus, et perire artem putamus, nisi appareat: cum desinat ars esse, si apparet. Pendemus ex laude, atque hanc laboris nostri ducimus summam. Ita, quae circumstantibus ostentare volumus, judicibus prodimus. Est et quaedam *repetita narratio*,

125 126 127 128 552

profecto succensere homini alioqui doctissimo, qui neque diligentiam probat, tantulam impertiens vetusti, quod vocat, exemplaris notitiam, neque judicium, scripturas receptis fere deteriores in coelum ferens.

125. *Ne illud.* Turic. Camp. *neque illud* cum Alm. Sed Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. (exc. Aldo) *Ne id.*

127. *nisi appareat.* Turic. Ioann. (tac. Gibs.) Guelf. Camp. *n. apparet* cum Alm. Vall. Voss. 3.

128. *Est et quaed. rep.* Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibs.) Goth. (tac. Gesn.) Camp. *Est q. r.* cum Alm. Mox Jens. (tac. Gesn.) *Est q. et r.* cum edd. ante Bas.

125. *mereri.* cf. § 77.

127. *circumstantibus — prodimus.* Lepidissime oppositа membra. *Ostentandi* verbum hoc modo usurpatum, cum aliqua etiam sententiae similitudine, vide 12, 9, 6.

quae ἐπιδιήγησις dicitur, ſane res *declamatoria* magis, quam *forenſis*; ideo autem reperta, ut, quia narratio brevis eſſe debet, fuſius et ornatius res poſſet exponi: quod fit vel invidiae gratia, vel miſerationis. Id eſſe raro faciendum judico, neque ſic unquam, ut totus ordo repetatur. licet enim per partes idem conſequi. Ceterum, qui uti ἐπιδιηγήσει volet, narrationis loco rem ſtringat, et contentus indicare, *quid facti ſit; quo ſit modo factum*, plenius ſe loco ſuo expoſiturum eſſe promittat. Initium narrationis quidam uti- 129

ἐπιδιήγησις. Turic. ἐπιθεσις cum Alm. Sed Bern. ἐπιδεσις. Ioann. (tac. Gibſ.) ἐπιοθησις. *poſſet.* Turic. Camp. *poſſit* cum Alm. ſequente male Obr. cf. 6, 3, 12.

Id eſſe raro. Sic Turic. a ſec. manu; nam a pr. *I. eſt r.* et mox *judicio*, pro quo item reponitur verum. Sed plane ut prima Turic. manus etiam Alm. Accedit proxime Camp. *I. eſſe faciundum* (cf. § 122) *raro jud.* Guelf. *I. enim raro.* Ald. Baſil. *Idem raro.* Goth. (tac. Geſn.) *I. eſt raro* omiſſo mox *judico* cum Ioann. (tac. Gibſ.) Vall. et Voſſ. 2. etſi omiſſio in hoc non memoratur. Voſſ. 1. *I. raro fac. eſt.* Beru. *Id eſt non* (cf. § 29.) *raro faciendum.* Reliqui *Id raro* quod a Gryphio inde eſt in omnibus. Tot ſupra poſitis documentis appareret aliquid interfuiſſe vocabulis *id* et *raro*; neque tamen diſpliceat, ſi pro *eſſe* repoſueris *ego*.

ἐπιδιηγήσει. Turic. ἐπίλιησει a ſec. manu *epitheſi.* Ioann. (tac. Gibſ.) ἐπίδιηγεσει. *loco rem.* Neceſſaria videtur Francii emendatio quam expreſſit Geſn. transponendi haec vocabula, quae in meis quidem omnibus libris leguntur *rem loco*; excepta Gryphii ed. ubi omittitur *loco.* An hoc exſequentibus invectum, ut ſic conſtitui debeat ſcriptura: *narratione rem?* Sed ſaepiſſime transponendo peccatum eſt a librariis. cf. § 88. it. 5, 8, 2. *facti ſit.* Sic Turic. Camp. Ioann. (tac. Gibſ.) cum Alm. Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. Omittit Guelf., et ipſe genitivum dans, praeterea *ſit.* Modo pro *quid* Turic. Alm. cum iisque Obr. dant *quod*; minus bene. Reliqui *factum ſ.* De genitivo cf. § 21.

que faciendum a perſona putant: eamque, ſi noſtra ſit, ornandam; ſi aliena, infaman-
130 dam ſtatim. Hoc ſane frequentiſſimum eſt, quia perſonae ſunt, inter quas litigatur. Sed hae quoque interim cum ſuis accidentibus ponendae, cum id profuturum eſt, ut, *A. Cluentius Habitus fuit pater hujuſce, Judices, homo non ſolum municipii Larinatis, ex quo erat, ſed regionis illius et vicinitatis, virtute, exiſtimatione, nobilitate princeps:* interim ſine his; ut, *Q. Ligarius cum eſſet:*
131 frequenter vero et a re; ſicut pro Tullio

129. *orn. ſi al.* Geſneri operae per errorem omiſerunt *ſi*, quem repetierunt Bipontini. Eſt conjunctio in omnibus libris.

130. *Habitus.* Turic. omittit cum Alm. cf. § 16.

ſed. reg. Sic Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibl.) Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. (exc. Aldo) ante Baſil. et Codd. Voſſ. 2. 3. (miror in Goth. nihil notatum) Reliqui e Cicerone inſerunt *etiam*. cf. 6, 3, 7.

nobil. princeps. Sic Turic. Guelf. Vall. Ioann. (tac. Gibl.) cum Goth. Voſſ. 2. 3. Bern. et edd. Jenſ. (tac. Geſn.) reliquisque ante Aldum. Regius e Cicerone inſeri juſſit *facile*, quod habent reliqui libri. cf. prox. not. Nec neceſſario, quoniam memoriter fere Qu. laudat. cf. § 121. et mox in loco. Ligarianae. Camp., niſi forte neglexi varietatem, habet *facile*.

130. *cum ſuis accidentibus.* cf. 3, 6, 36. 56.

A. Cl. Habitus. Cic. pro Cluent. c. 5.

131. *Q. Ligarius.* Cic. pro Ligar. c. 1. Nemo hic *enim* inſerit e Cicerone cf. not. crit. ad *nobil. princ.*

pro Tullio Cicero. Fragmentum eſt orationis deperditae, cujus pauciſſima ſuperſunt. Alterum vide 5, 13, 21. Tullium hunc paſſum eſſe damnum a familia Fabiana, et rem geſtam hominibus armatis, diſcimus ex aliquot praeterea fragmentis ap. Erneſt. Vol. 4. P. 2. p. 1039. Corradus in *Quaeſtura* ex Io. Ger. Voſſius (De Analog. 2, 5 p. 667.) cur Tullinus.

Cicero, *Fundum habet in agro Thurino M. Tullius paternum:* Demosthenes pro Ctesiphonte, Τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου.
353 De fine narrationis cùm iis contentio est, qui 152
perduci expositionem volunt eò, unde quaestio oritur: *His rebus ita gestis, P. Dolabella praetor interdixit, ut est consuetudo, de vi, hominibus armatis, sine ulla exceptione: tantum ut, unde dejecisset, restitueret. restituisse*

131. *Thurino.* Turic. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *turino* cum Alm. et edd. ante Gryph. exc. Camp. quae dat nostrum; id quod ab Obr. inde recentiores. Reliqui, inter quos Ioann., *Tigurino*, quod ipsum in fragmentis legitur, sed ex hoc solo Quintiliani loco petitum. Φωκικοῦ. Sic Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Bern. (quanquam ex hoc Burm. Φοσικοῦ) et Ald. Bad. pr. At Loc. cum edd. ante Ald. Φωκαϊκοῦ quod mox Bad. sec. et a Gryphio inde recentiores omnes receperunt contra historiam et fidem librorum Demosthenis. Turic. et Camp. ipsi videntur dare pravam scripturam. Poterat admonere Aquila Rom. p. Ruhnk. ed. Lup. 155. *Phocensa* reddens, non *Phocaeensa*.

132. *iis.* Sic Turic. Alm. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Bad. exc. Rusc. Reliqui *his* (cf. § 32. 4, 3, 3.). Camp. *illis.* *contentio est qui.* Turic. Camp. omittunt *est* cum Alm. *Dolabella.* Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. exc. Ald. et Bad. sec. *Dolobella.* cf. Ruhnk. ad Vellej. 2, 43, 3. *restit. restit. se dixit.* Turic. Camp. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Ioann. (tac. Gibs.) cum Voss. tribus et

hunc interpretentur M. Tullium Deculam, Cn. Cornelii Dolabellae in consulatu collegam anno U. C. 673. in neutram partem ullum video idoneum argumentum. Mentionem hujus orationis habet Dialogus de Oratt. sive de causs. corr. el. c. 20 ubi *immensi volumini* dicitur, et conjungitur cum illa pro Caecina.

Demosthenes. Orat. pro Corona p. Reisk. 230 extr. ubi Taylorus ponit rhetoras, qui eodem exemplo Demosthenico utantur.

132. *eo unde quaestio oritur.* cf. 4, 4, 2.

His rebus. Cic. pro Caecina c. 8.

ſe dixit. ſponſio facta eſt. hac de ſponſione vobis judicandum eſt. Id a petitore ſemper fieri poteſt, a defenſore non ſemper.

III. Ordine ipſo narrationem ſequitur *confirmatio.* Probanda ſunt enim, quae propter hoc expoſuimus. Sed priusquam ingrediar hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda ſunt. Plerisque moris eſt, prolato rerum ordine, protinus utique in aliquem laetum ac plauſibilem locum, quam maxime poſſint favorabiliter, excurrere. Quod quidem natum ab oſtentatione declamatoria, jam in forum venit, poſtquam agere cauſas non ad utilitatem litigatorum, ſed ad patronorum jactationem repertum eſt: ne, ſi preſſae illi (qualis ſaepius deſideratur) narrationis gracilitati conjuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus oratio refrigeſcat. 354

edd. ante Gryph. exc. Aldo *reſtit. deinde reſtituiſſe dixit.* cf. § 121. Potuit enim et hic memoriter citare Qu. poſtea a VV. DD. e Cicerone correctus.

2. *declamatoria — ad util.* Quae his inſeruntur, deſiderata et ſuppleta jam a Regio, abſunt a Jenſ. (tac. Geſn.)

a petitore — a defenſore. cf. § 6. ne forte quis praepoſitionem conjungat cum verbo paſſivo.

1. *plauſibilem.* Poteſtas vocabuli fere quae in *favorabili.* cf. 4, 1, 20 ſed hic uſus jam Ciceroni notus vid. v. c. Divin. in Caecil. c. 3 ubi *populare atque plauſibile* plane ſic junguntur ut a noſtro 12, 10, 73.

2. *preſſae — gracilitati* cf. 4, 2, 117.

refrigeſcat. cf. 2, 12, 6, item 5, 7, 26. 31. 6, 1, 37. 39. In his locis ea *frigoris* apparet poteſtas, ut non

In quo vitium illud eſt, quod, ſine diſ- 3
crimine cauſarum atque utilitatis, hoc, tan-
quam ſemper expediat, aut etiam neceſſe ſit,
faciunt: eoque ſumtas ex iis partibus, quarum
alius erat locus, ſententias in hanc congeruut,
ut plurima aut iterum dicenda ſint, aut quia
alieno loco dicta ſunt, dici ſuo non poſſint.
Ego autem confiteor, hoc expatiandi genus 4
non modo narrationi, ſed etiam quaeſtioni-
bus, vel univerſis vel interim ſingulis, op-
portune poſſe ſubjungi, cum res poſtulat,
aut certe permittit: atque eo vel maxime illu-
ſtrari ornarique orationem: ſed, ſi cohaeret

3. *eoque ſumtas.* Sic Turic. Alm. Camp. Goth. (tac. Geſn.) prius vocabulum cum Colb., non autem Loc. Ald. ut refert Burmannus qui compendium τῆς *quod* male accepit pro *que*. Noſtram et Obr. Reliqui *eo quod deſumtas*. Malui ſimplex verbum, cum *d* videretur natum ex male accepto *que* (pro *quod*) quod reduxit Obr. *iis*. Sic Camp. cum edd. ante Baſil. Reliqui *his*. cf. 4, 2, 132. 4, 5, 20.

quia alieno. Turic. Guelf. Goth. Camp. inſerunt *alia* cum Alm. Bal. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Aldum. mero errore.

loco. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *modo* cum Vall. ſed Turic. Alm. Bal. veram dant ſcripturam.

4. *Ego*. Turic. omittit cum Alm. Pro eo *Et* dat Obr. ſed omiſſo *autem*. mox pro *confiteor* Guelf. *fateor*.

narrat. ſed. Sic Turic. (quanquam a ſec. manu, nam a prima *narrationis f.* quod ſic dat Alm.) Guelf. Ioann. (tac. Gibſ. quanquam *quod* pro *ſed* cum Voſſ. 1. quem eo quoque refert, quod modo § 3 *aut quia — poſſint* omittit uterque) Obr. Reliqui inſerunt *quidem*; nullo, quantum video, ſenſu.

ſolum riſum ſignificat, quem audientem imbuit quidquid
debent ineptiae, ſed etiam caret ſale.
languorem et oſcitationem quo

et ſequitur; non, ſi per vim cuneatur, et, 5quae natura juncta erant, diſtrahit. Nihil enim tam eſt conſequens, quam narrationi probatio: niſi ſi excurſus ille vel quaſi finis narrationis, vel quaſi initium probationis eſt. Erit ergo illi nonnunquam locus: ut, ſi expoſitio circa finem atrox fuerit, proſequamur eam, velut ſpiritu erumpente protinus in- 555 6dignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, ſi res dubitationem non habebit: alioqui prius eſt, quod objictas, verum efficere, quam magnum: quia criminis invidia pro

cuneatur. Sic plane Tuſc. (a ſec. quidem manu *conetur*; quocum facere putandus eſt Alm. quanquam afferunt ex eo *uneatur*) Vallenſ. (ref. Badio) Ioann. Quod habet Guelf. *caveatur* in eo noſtra latet. Bad. prior noſtram habet, quae a Gryphio inde obtinet in omnibus edd. quod narrare neglexit Burm. ut Geſn. crederet ab Obr. demum reſtitutam bonam ſcripturam. Camp. *conetur*, cum Bodl. Bal. et plerisque edd. niſi quod aliquot e Regii conjectura *conatus*, Ald. *continetur*, Goth. *contineat*. Non paucorum Codd. diverſitas male tacetur.

5. *ſpiritu.* Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) omittunt cum Goth. et Camp. ſi recte nunc interpretor quod ex hoc notavi. Turic., omiſſo antea *velut*, *ſpin erumpentem* (et ſic profecto Alm. ex quo afferunt *ſpin erumpente*) ſed a ſecunda manu repoſita noſtra ſcriptura.

4. *cuneatur.* Primus fortaſſe hoc improprio ſignificatu dixit Qu. (nam et apud Senecam proprie „Unus lapis — „qui latera inclinata *cuneavit.*" Epiſt. 18 extr.), at quam praeclare! *ſequi* dicitur quidquid facile fit cf. 2, 14, 1. 8 Prooem 18. 10, 2, 27.

5. *velut ſpiritu.* Poſitus horum verborum poteſt minus attentum morari. Clarius quidem erat *indignatione*, *velut ſpiritu*, ſed parum habebat roboris; ineſt tamen hic ſenſus ſolus. *Spiritus* intelligitur, ut monet Geſnerus, retentus antea.

6. *invidia.* Quam plane hoc opponatur *gratiae* vel maxime apparet hoc loco Frugi eſt

reo eſt, priusquam probatur. difficillima eſt enim graviſſimi cujusque ſceleris fides. Idem 7
fieri non inutiliter poteſt, ut, ſi merita in adverſarium aliqua expoſueris, in ingratum inveharis: aut, ſi varietatem criminum narratione demonſtraveris, quantum ob ea periculum intentetur, oſtendas. Verum haec 8
breviter omnia. Judex enim, ordine audito, feſtinat ad probationem, et quamprimum certus eſſe ſententiae cupit. Praeterea cavendum eſt, ne ipſa expoſitio vaneſcat, averſis in aliud animis, et inani mora fatigatis. Sed ut non ſemper eſt neceſſaria poſt narra- 9
tionem illa procurſio, ita frequenter utilis ante quaeſtionem praeparatio: utique, ſi

7. *ob ea.* Sic Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 3. Obr. Reliqui *ab ea.* cf. Drakenb. ad Liv. 26, 1, 3.

8. *expoſitio.* Geth. (tac. Geſn.) *poſitio* cum Voſſ. 2. 3. At Ioann. (tac. Gibſ.) *po.* ex Voſſ. 1. affertur *ipo.* cf. § 4 (2). Hoc ipſum eſt *poſitio.* Quod alicubi legi et Schrevelius narrat. Male.

9. *Sed ut.* Turic. *Et ut* cum Alm.

utique — fav. Turic. *u. primam ſpeciem jusſerit* (a ſec. manu *inſerit*) *fav.* Apparet *ſpecie minus erit* quam facile potuerit corrumpi in *ſpeciem jusſerit* vel *inſerit.* Et Guelf. pro *minus erit* dat *inuſſerit* ubi literae *u* imponuntur hae minuſculae

Geſneri admonitio, Ciceronem pro Roſcio Amerino augentem parricidii invidiam laudantis, et haec ejus verba ponentis c. 24: „Paene dicam, reſper„ſas manus ſanguine paterno „judices videant oportet, ſi „tantum facinus, tam im„mane, tam acerbum crediturі „ſint.“

8. *ordine;* rerum geſtarum i. e. narratione. Ita ſaepius Vellejus et noſter mox § 8. 14. item 4, 2, 49. 51. 73. 128. 4, 4, 9. 5, 13, 28. 10, 6, 2. 10, 7, 9.

prima ſpecie minus erit favorabilis; ſi legem aſperam tuebimur; aut poenarias actiones inferemus: eſt hic locus velut ſequentis exordii, ad conciliandum probationibus noſtris judicem; mitigandum, concitandum.

in. Ioann. (tac. Gibſ.) *u. ſi primam ſpeciem iniuſſerit favorabit*, cum compendio in ultima litera. Hunc in modum igitur mutanda quae ex Alm. aſſertur ſcriptura: *u. p. ſ. juſſerit erit fav.* Neque enim credo *erit* ſeorſim poſitum. *Si* tamen et poſt *utique* et ante *legem* omittit uterque, poſteriore loco cum Guelf. Camp. Ioann. (tac. Gibſ.) Goth. (tac. Geſn.) Voſſ. 2. 3. Etiam in Jenſ. meu punctis debuit tolli poſterius *ſi*. Pravae omnes profecto hae omiſſiones.

inferemus. Turic. *tuebimur* cum Alm. Supra *tuebimur* et ipſi dare videntur, ſed Camp. eo loco omittit vocem et hoc noſtro ponit *tuebimur* pro *inf.* quaſi ſufficiens unum verbum et *legi aſperae* et *poenariis actt.*

ſequentis exordii. Turic. *ſ. exordia* (a ſec. manu *ſ. exordium*) cum Alm. Sed ſec. Turic. manum Goth. quoque dat, cum Bad. utraque ed. Steph. quam ſcripturam quare revocarit Obr. equidem non dicam. Camp. *ſequens exordium* cum Bodl. et Andr. malum et ipſum.

mitigandum, concitandum. Haec verba dant Turic. Guelf. Goth. Camp. et edd. meae ante Gryph. et plurimi apud Burm. ſcripti et excuſi. Omittuntur in edd. a Gryphio et recentioribus. Abeſſe videntur ab Ioann. bis collato, aliisque fortaſſe

9. *poenarias actiones inferemus.* cf. 7, 4, 20. Non delictum ipſum cruitur, ſed poenae exiguntur ab eo, quem impune tuliſſe, quod deliquerit, querimur. Dicuntur alias *poenales* qua voce vide Briſſonium de verbb. ſignif.

eſt — exordii. Velim verbo *eſt* praemitti *Et*, quod facile excidebat, ſine quo autem durior eſt continuatio ſententiarum. *Sequens exordium* eſt alterum, ſecundum cf. 1, 5, 23.

mitigandum, concitandum. Haec non ſunt otioſa. *Conciliatur noſtris probationibus* judex, cum vel *mitigatur* dicenti, quem male accipiebat ob cauſae invidiam, vel *concitatur* in reum, cui ne faveret verendum erat. Quo minus de *mitigando* erga reum judice accipiam, obſtant exempla, quorum utrumque est ejus-

Quod liberius hic et vehementius fieri poteſt, quia judici nota jam cauſa eſt. His igitur 10
velut fomentis, ſi quid erit aſperum, prae-
molliemus, quo facilius aures judicum, quae
poſt dicturi erimus, admittant, ne jus noſtrum
oderint. Nihil enim facile perſuadetur invi-
356 tis. Quo loco tamen judicis quoque noſcenda 11
natura eſt, juri magis, an aequo, ſit appoſi-
tus? proinde enim magis aut minus erit hoc
neceſſarium. Ceterum res eadem et poſt

etſi nec omnibus quorum nulla mentio, Voſſ. 1. iis carere ſuſpicor cf. § 8. Videor debuiſſe reſtituere; neque enim ſapiunt gloſſatorem.

Quod lib. hic et veh. Sic Guelf. cum Ioann. Colbert. Bern. (niſi quod hic *eſt* pro *et.*) Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. meis ante Obr. omnibus exc. Camp. niſi quod Ruſc. omittit *et.* Turic. *quod* (a ſec. manu *quod quo*) *liberius hoc veh.* Alm. et Andr. hoc ipſum dare narrantur ſed non omittere *et.* Bodl. *quod quo l. hoc veh.* Goth. omiſſis, ut teſtatur Geſn. *et vehementius*, retinet tamen *hic*, quod ille non memorat. Camp. *quod quo l. hoc et veh.* et hoc primus revocavit Obr. non omitteus *et*, ut refert Burm. Haec jam eſt vulgata ſcriptura, habens inanem opponendi *liberius* et *vehementius* affectationem. Noſtra bonis nititur auctoribus, neque vetuſtiſſimorum librorum ratio magnopere abludit.

10. *His igitur.* Turic. *Hic i.* Contrarium errorem vide 3, 6, 16. item 5, 10, 80. Camp. *hic* pro *his.* item 5, 14, 28.

11. *juri magis an.* Camp. et Goth. (tac. Geſn.) omittunt *magis* cum Voſſ. 2. Sed Turic. poſt *magis* usque ad *aut* omittit cuncta haec, quo ipſo apparet in vetere exemplo bis fuiſſe *magis.* Camp. *aut* inter *mag. min.* omittit.

modi ut iratum oratori, facilem puniendis reis, judicem intelligas. Sic 12, 1, 14 „magna reſponſi invidia ſubeunda eſt, *mitigandae* ſunt „prius aures.“ Mitigando autem opponitur *concitare* 6, 2, 12. Ceterum quod mox *fomenta* dicuntur, ipſum quoque facit ad commendandum mitigandi verbum, quocum fere ſolent conjungi *fomenta.*

12 quaeſtionem perorationis vice fungitur. Hanc partem παρέκβασιν vocant Graeci, Latini *egreſſum*, vel *egreſſionem*. Sed hae ſunt plures, ut dixi, quae per totam cauſam varios habent excurſus: ut *laus hominum locorumque*, ut *deſcriptio regionum*, *expoſitio quarundam* 13 *rerum geſtarum*, *vel etiam fabularum*. Quo ex genere eſt in orationibus contra Verrem

vice. Turic. *vicem* quod dat Obr. cf. Oudend. ad Sueton. Aug. c. 36.

12. *voc. Graeci*. Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Gryph. Reliqui *Gr. voc.*

rerum geſtarum vel etiam fabularum. Hanc ego ſcripturam e Turicenſi et Alm. recte eruiſſe videor; quorum ille dat *r. g. ut laetitia fabularum* hic *r. g. ut liticia* fabuloſarum. Summae diverſitatis eſt quod, pro Turic. *fabularum*, Alm. praefert *fabuloſarum*. Subſtantivum praeterea comparet in Guelf. nec diffiteor, me parum acquieſcere in Burmanniana illa Almeloveniani notatione. Adjectivum vulgo dant omnes et mei et aliorum. cf. 5, 10, 10. Recepta adhuc ſcriptura haec eſt: *r. non ſolum g. ſed e. fabuloſarum*. *Non ſolum*, tanquam neceſſarium inſeri juſſit Regius, obſequente diu ſolo Aldo, niſi forte hic e Codice, quod non credo: Abſunt quidem particulae ab omnibus meis (etiam Ioann. [tac. Gibſ.]) libris ante Baſil. exc. Ald. Badius Vall. eas habere negans „nec neceſſe „eſt“ ait „praeponere particulas.“ In Turicenſi monſtro *ut laetitia* cum manifeſto contineatur (vid. *vel* confuſum cum *ut* Drak. ad Liv. 36, 41, 2. item infra noſt. 5, 9, 16. hic praeſertim ſequente *l*; ex ipſo autem *ut* fiebat *et*, *ſed*) *etiam*, ſatis intelligere videor, unde natum *ſed etiam* quod ante ſe flagitare credebatur *non ſolum*. Subſtantivum *fabularum* malui, ut difficilius et minorem gloſſematis ſpeciem habens.

12. παρέκβασιν. Etiam διέξοδον appellari hunc poſt narrationem exceſſum monet Curius Fortunatianus p. Pithoei 62.

per totam cauſam. Non ſolum poſt narrationem. ad *ut dixi* cf. § 4.

vel etiam fabularum. cf. 4, 2, 19.

compositis *Siciliae laus*, *Proserpinae raptus*; pro C. Cornelio *popularis illa virtutum*

13. *C. Corn.* Sic Turic. Camp. Gutelf. et edd. meae ante Gryph. omnes cum tot Burmannianis. Hinc *L. Corn.* usque ad Gesn. In Asconii argumento (p. 122.) rescribe ocyus *C. Corn.*

13. *Sicil. laus — rapt.* cf. 5, 7, 27. not. ex. sed et locum modo citatum.

pro C. Cornelio. Hujus causae non nisi fragmenta supersunt, cum Asconii Ped. commentario servata. C. Cornelius trib. pl., legibus aliquot ferendis alienatus a Senatu, „promulgavit legem" (C. Calpurn. Pisone, M. Acilio Glabrione Coss. A. V. C. 687.) „qua auctoritatem senatus minuebat, ne quis, nisi per „populum, legibus solveretur; quod olim in omnibus „S. C. quibus tum aliquem legibus solvi placebat, adjici „erat solitum, ut de ea re ad „populum ferretur; sed paulatim ferri erat desitum, resque jam in eam consuetudinem venerat, ut postremo „ne adjiceretur quidem in „S. C. de rogatione ad populum ferenda; eaque ipsa S. „C. per pauculos admodum „fiebant." Asc. Ped. in argum. Cornelianarum. (Cum enim quatriduo Cornelium defendisset Cicero, eas actiones contulit in duas orationes.) Hanc Cornelii rogationem cum omnibus modis oppugnare laborarent potentissimi quique ex Senatoribus, collega ejus P. Servilius Globulus trib. pl. inventus est, qui intercederet nec pateretur verba legis populo recitari a praecone, subjiciente scriba. „Tum Cornelius ipse codicem recitavit, „quod cum improbe fieri C. „Piso Consul vehementer aegre „ferret, tollique ea re tribuniciam intercessionem diceret, gravi convicio a populo „exceptus est; et cum ille „eos, qui sibi intentabant minus, prendi a lictore jussisset, fracti ejus fasces *cuncti*" (An *sunt?*) „lapidesque etiam „ex ultima concione in consulem jacti." Idem. Postquam tribunatus Cornelii prope totus exactus est per contentiones natas ob leges complures ab eo promulgatas, quibus plerique collegae intercederent, sequente anno reus majestatis est factus. Qua accusatione per foedas operarum forensium turbas intercidente, mox altero anno (L. Aurelio Cotta, L. Manlio Torquato Coss. A. V. C. 689) defensus est Cornelius a Cicerone. Reus cum quaestor fuisset Cn. Pompeji, contingebat patrono occasio ornandae et commendan-

Cn. Pompeji commemoratio: in quam ille divinus orator, velut nomine ipso ducis cursus dicendi teneretur, abrupto, quem inchoaverat, sermone devertit actutum. 14 Παρέκβασις est (ut mea quidem fert opinio) *alicujus rei, sed ad utilitatem causae perti-*

Cn. Ioann. (tac. Gibs.) Camp. *Gn.* male. cf. 1, 7, 29.

actutum. Turic. Camp. *ac tantum*, cum Alm., et quidem interpungentes ante. Badius se alicubi impressum vidisse *actutum* narrat, quod placeat; deinde recenset, satis lepide, in quibus hoc libris non legerit. Meorum oculorum acies si quid pollet est hoc ipsum in Rusc. ubi et recte diremtum; sed id in Locat. quoque. Guelf. habet veram vocem, Ioann. proxime accedit: *ac tutum*, continuans tamen sequentibus. Cetera varietas et nota est et sine fructu cognoscitur.

14. *alicujus.* Sic Turic. Guelf. Alm. Voss. 1. 3. Bern. Vall. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Ald. His primus expressit Regianam conjecturam *alienae*, quam propter *sed*, quod sequitur, necessariam putavit auctor. Ioann. bis collatus potest videri cum his consentire. Reliqui Codd. vereor ut diligenter sint excussi. Nimium vocabulum est *alienae*; neque enim concedat Qu. *alienam* in ulla causa rem debere tractari.

dae per hujus laudes orationis. Aliud tribuni pl. Q. Caecilii Metelli Nepotis, suam legem recitantis ipsius, exemplum tradunt Plutarchus in Catone minore p. 772 D. E. citante Gesn. ad 10, 5, 13. item Dio Cassius 37 p. 138. Ex his, quae adhuc exposui, satis accipient lucis loca non pauca e Cornelianis allata a nostro. veluti 4, 4, 8. 5, 13, 18. 26. 6, 5, 10. 7, 3, 35. 36. 10, 5, 13. Conferendus de hac causa Corneliana est insignis locus Ciceronis ipsius in Vatinium c. 2.

14. *alicujus.* Intellige *alius cujus*, quae potestas saepe inest voci. cf. 2, 13, 2. Ernest. in clave Cic. et ad Herenn. 1, 4. 2, 17. 4, 50. de Inv. 2, 13. in nota. Hinc fortasse expunxeris *alia* apud. Cic. de Or. 2, 9 „cum aliqua *alia* arte.“ it. de Inv. 2, 19 „assumta *alia* ali„qua constitutione.“ 1, 11. „cum *aliud* aliquod alicujus „factum.“ Paucis vocabulis ante *aliquis* dici pro *alius* etiam Ernestus monet. Pro Sextio c. 24 „non *alio* aliquo, „sed eo ipso crimine.“ Mutationem tamen non admittit

nentis, extra ordinem excurrens tractatio. Quapropter non video, cur hunc ei potiſſimum locum aſſignent, qui rerum ordinem ſequitur; non magis quam illud, cur hoc nomen ita demum proprium putent, ſi aliquid in digreſſu ſit exponendum, cum tot modis a recto itinere declinet oratio. Nam quidquid dicitur praeter illas quinque, quas fecimus, partes, egreſſio eſt, *indignatio*, *mi-*
357 *ſeratio*, *invidia*, *convicium*, *excuſatio*, *conciliatio*, *maledictorum refutatio.* Similia his,

excurrens. Ita libri quidem omnes mei praeter Ioann. (tac. Gibſ.) Gryph. Roll. Capp. dantes *procurrens.* Hoc eſſe in Alm. Voſſ. 1. (cf. § 9.) 3. refert Burm. et probat ſcripturam; voce, ut putat, ab uſu militari repetita. Hujus ſimilitudinis levem colorem cum et ipſe agnoſcam credamque vel auribus blandiri *procurrens* prae illo „*excurrens extra*;“ miror tamen Turic. nullam referri varietatem.

hoc nomen ita. Sic Turic. Gamp. Goth. Ienſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Bodl. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. quo accedit Capp. Reliqui omittunt *nomen*, quod ſponte deſiderabam, quanquam carere eo poteſt locus. Omitti non dubito in Guelf. Ioann. Voſſ. 1. 3. Bern.

Cic. de Inv. 2, 26. „Sin *aliud* „quoque aliquod genus.“ Columellae (2, 9, 9) pro *aliqua* reddere *alia quae poſtis*, non quidem erat neceſſe vid. Drakenb. ad Liv. 5, 13, 4. item 6, 3, 8. cui non accedit Schneiderus. vid. Oudend. ad Suet. Tib. 47.

excurrens. vid. not. crit.

ſi — exponendum. Ultima vox eſt proferenda. Neque enim apparet quare in *narrando* ſolum ſit παρέκβασις.

15. *illas quinque — partes.* cf. 3, 9, 1. 4 Prooem. 6. 5, pr. 5.

maledictorum refutatio. Quoniam *maledicta* ſunt extra negotium cujus propria quaeſtio eſt. Sic Cic. pro Cluent. c. 23. „doce, in illorum judiciis, „quid, praeter hoc venenum „Oppianici, non modo in „*criminis*, ſed in *maledicti* „loco ſit objectum.“ cf. 4, 2, 27.

quae non ſunt in quaeſtione, omnis *amplificatio*, *minutio*, omne *affectus genus*: atque ea maxime jucundam et ornatam faciunt orationem: *de luxuria*, *de avaritia*, *de religione*, *de officiis*; quae cum ſint argumentis ſubjecta ſimilium rerum, quia cohaerent, egredi non videntur. Sed plurima ſunt, quae rebus nihil ſecum cohaerentibus

15. *minutio.* Guelf. *in initio.* Turic. omittit enim Alm. *omne.* Turic. *omnis.* *de officiis.* Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) omittunt *de* cum Alm. male. cf. 4, 2, 122. item mox § 16. *cum ſint.* Sic Turic. (a ſec. manu, a pr. *ſunt*) Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Leid. Omittere *ſunt* dicitur Voſſ. 3. Reliqui *cum ſunt.* male; cf. not. ex. *quia coh.* Camp. *quae coh.*

16. *Sed plur.* Turic. *et plur.* *nihil ſecum.* Guelf. *non ſecundum.* Ioann. (tac. Gibſ.) *non ſ.* cum Voſſ. 3. Per errorem Ruſc. et Bad. *n. ſe.*

in quaeſtione, vel ſumma, quae ſtatum facit, vel ſecundaria. cf. 3, 6, 7.

atque ea maxime. Ipſos locos communes egreſſioni accenſendos ſignificat (cf. 4, 2, 117.). Sed ſcabritiem orationi ineſſe ſenſit recte, etſi ſolus, Rollinus. Neque enim poſſunt intelligi *loci communes*, de quibus nunc primum facit mentionem in hac diſputatione, niſi diſerte memorati, quod non fit, dum ponitur *ea*, quod unusquisque referet ad praecedentia. Abrupta quoque eſt ſtructura: „ea — ſa„ciunt orationem: *de luxu„ria*“ cet. Rollinus malit: „atque ea maxime *quae* jucun„dam“ cet. Equidem lenius emendem: *et quae maxime*, ut *et* abierit in *at*, quod ſit ſexcenties, *quae* autem diſcerptum fuerit in *que ea*; niſi forte malis *et quae etiam maxime.* Codices nulli adjuvant.

quae cum — videntur. Affert cauſam, quare loci communes vulgo non ſoleant annumerari egreſſionibus. Sunt enim, inquit, ex eo genere argumentorum, quae petuntur a rebus ſimilibus, eaque ratione fallunt apte *cohaerendo.* In hoc enim verbo laus eſt cf. § 4. 4, 2, 53. *Subjecta* accipio ea poteſtate, de qua egi ad 3, 3, 6.

inferuntur, quibus judex reficitur, admonetur, placatur, rogatur, laudatur. Innumerabilia ſunt haec, quorum alia ſic praeparata afferimus: quaedam ex occaſione vel ex neceſſitate dicimus, ſi quid nobis agentibus novi accidit, interpellatio, interventus alicujus, tumultus. Unde Ciceroni quoque in prooemio, 17 cum diceret pro Milone, digredi fuit neceſſe,

inferuntur. Goth. Jenſ. *inferantur* cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. niſi quod illae per errorem *miſerantur*, quod correxit Regius. Vallenſ. cum reliquis meis *inferuntur* cf. 4, 2, 60. Habes in tali ſtructura indicativum 5, 13, 9. 10, 1, 43. 11, 1, 82 conſentientibus libris. vid. Oudend. ad Suet. Tib. 73.

ſic praep. Turic. *ſit praep.* (ſed a ſec. manu *ſic*) cum Alm. Ante Stoer. edd. (de Jenſ. tac. Geſn.) *ſicut pr.* quod repetierunt Roll. Capper. male. Ioann. (tac. Gibſ.) *ſi pr.* cum Voſſ. 1. 3. *vel ex neceſſitate.* Sic Goth. cum Voſſ. 2. Camp. et edd. (de Jenſ. tac. Geſn.) ante Baſil. exc. Aldo. Reliqui omittunt *ex.* cf. § 15 not. 3.

16. *inferuntur.* cf. not. crit. *Innum. — haec.* Minime placet haec eorundem, cum affectatione, iteratio. Eximi ſaltem poſſunt haec verba, ſine ulla ſententiae injuria. Sed libri conſpirant.

alia — quaedam. Vide et confer oppoſita ſibi *aliae* et *aut* 3, 6, 41. 5, 13, 28.

dicimus. Malis ſane *ducimus*, quod unus meorum Gothanus dat (tac. Geſn.), nullo aſtipulante libro, niſi quod Ioann. (tac. Gibſ.) compendium habet, unde aeque *ducimus* eruas, ac *dicimus*. Defendi tamen vel recepta poteſt ſcriptura, ſi *ex* ſignificat *pro*, *ſecundum*.

17. *pro Milone — ipſa oratiuncula.* „Cicero cum in„ciperet dicere, exceptus eſt „acclamatione Clodianorum, „qui ſe continere ne metu „quidem circumſtantium mili„tum potuerunt: itaque non „ea, qua ſolitus erat, con„ſtantia dixit. Manet autem „illa quoque excepta ejus ora„tio. ſcripſit vero hanc, quam „legimus, ita perfecte, ut „jure prima haberi poſſit.“ Aſc. Pedianus in argumento Milonianae. Quod in hac oratiuncula, quam, ut Aſconius, ita Quintilianus etiam tractavit, coactus fecerat, ejus veſtigium in ſcripta quoque habemus, initio. cf. 2, 20, 8.

ut ipſa oratiuncula, qua uſus eſt, patet. Poterit autem paulo longius exire, qui praeparat aliquid ante quaeſtionem, et qui finitae probationi velut commendationem adjicit. At, qui ex media erumpit, cito ad id redire debet, unde devertit.

IV. Sunt, qui narrationi *propoſitionem* ſubjungant, tanquam partem judicialis materiae: cui opinioni reſpondimus. Mihi autem *propoſitio* videtur omnis confirmationis initium: quod non modo in oſtendenda quaeſtione principali, ſed nonnunquam etiam in ſingulis argumentis poni ſolet, maximeque in his, quae ἐπιχειρήματα vocantur. Sed nunc de priore loquimur. Ea non ſemper uti neceſſe eſt. Aliquando enim ſine propo- 358

17. *Poterit.* Turic. Guelf. Camp. *Poteſt* cum Alm. Obr. *velut commend.* Turic. Guelf. Camp. *vel c.* cum Vall. Voſſ. 3. Bern. cf. 3, 8, 45. Omittunt *velut* Jenſ. (cujus varietatem perperam reddidit Geſn.) et edd. ante Ald.

At, qui. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Ioann. (tac. Gibſ.) *atque* cum Alm. Voſſ. 1. 3. Hujusmodi exemplis diſcas tanto confidentius *atqui* reponere pro *atque*, ubi opus eſt. cf. 4, 2, 80. 6, 29, 4. *erumpit.* Turic. Guelf. Camp. *rumpit* cum Alm. ſed hic et Turic. erroris fontem demonſtrant *mediae* dantes pro *media*.

1. *poni.* Jenſ. (tac. Geſn.) *proponi* cum rell. ante Gryph. Idem Ioann. dare narrat Gibſ., falſo ille.

2. *non ſemper.* Turic. Camp. *ne ſ.* cum Alm. An fuit *nec ſ.?* *ſemp. uti neceſſe.* Guelf. omittit *uti* cum

1. *propoſitionem.* cf. de hac voce. 3, 9, 5. 3, 11, 27. 4, 2, 4. 6. 7. 71. 78. 5, 10, 70. 5, 13, 13. 14. 20. 35. 46. 49. 5, 14, 1. 4. 32.

reſpondimus. vid. 3, 9, 2. ſq.

ἐπιχειρήματα. cf. 5, 14, 14.

de priore. quod verſatur in quaeſtione principali, vel ſtatu cauſae.

fitione aliqua quoque ſatis manifeſtum eſt, quid in quaeſtione verſetur: utique, ſi narratio ibi finem habet, ubi initium quaeſtio; adeo, ut aliquando ſubjungatur expoſitioni, quae ſolet in argumentis eſſe ſumma collectio: *Haec, ſicut expoſui, ita geſta ſunt, Judices: inſidiator ſuperatus, vi victa vis, vel potius oppreſſa virtute audacia eſt.* Sed nonnunquam valde utilis eſt; praecipue, 3 ubi res defendi non poteſt, de fine quaeritur:

Voſſ. 1. 3. Bern. Noſtram dant omnes mei ante Stoer. Hic cum reliquis ante Obr. *ſemp. neceſſaria.* Quod dicas eſſe in Britt. ex Gibſ. ſilentio. Sed moneor omitti *uti* in Joann. ad Geſn. collato, ut Guelferb. ſcriptura vel in hoc eſſe videatur. Cum Voſſ. 1. conſentientem aliquoties vidimus Ioann. cf. 4, 3, 14.

aliqua quoque ſatis. Sic Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Baſil. Haec *a. ſ. q.* Gryph. omittit *aliqua* cum Turic. Capp. Roll. Sic legi volebat Regius, praeter neceſſitatem. Bern. *alia q. ſ.* Reliqui *q. a. ſ.*

3. *eſt. Sed non.* Diffido huic *ſed*, quod abeſt a Turic. et Camp., in reliquis tamen omnibus videtur legi. cf. 6, 3, 7.

praecipue. Omittitur a Turic. Camp. Nec diſplicet quod abeſt. *fine.* Sic Turic. Camp. et edd. ante Ald. cum Bodl. Alm. Andr. Bad. Gryph. Obr. Roll. Capp. Geſn. Reliqui, inter quos Vall. referente Badio, *jure.* Probat noſtrum Gronovius, vir ſummus, ad Decl. p. (ed. Leid.) 588. Aliquoties hoc *privatae pecuniae* exemplo utitur Qu. in tractatione ſtatus finitivi, ut 3, 6, 38. 49. (ubi vide et Ariſtotelem) 7, 3, 10. 21. 22. Sed ne altera quidem ſcriptura, *jure*, caret ſpecie. cf. enim 3, 6, 33, 4, 2, 8. 5, 10, 39. ubi in eodem exemplo juris mentio. Cum *jus* appellatur in hiſce, intelligitur ſtatus *translationis.* vid. 3, 6, 83. 84. ita tamen ut *jus* illud

2. *finem — initium.* cf. 4, 2, 132.

expoſitioni, quae. Cave relativum jungas proximo vocabulo, ſed intellige *ea res quae.* Idem in argumentis cum ſit, eſt ἀνακεφαλαίωσις.

Haec ſicut. Cic. pro Milone c. 11.

3. *de fine.* vid. not. erit.

ut, pro eo, qui pecuniam privatam de templo sustulit, *Sacrilegii agitur; de sacrilegio cognoscitis:* ut judex intelligat, id unum esse officii sui, quaerere, *An id, quod objicitur, sacrilegium sit?* Item in causis obscuris, aut multiplicibus. nec semper propter hoc solum, ut fit causa lucidior, sed aliquando etiam, ut magis moveat. Movet autem, si protinus sub- 359
texantur aliqua, quae prosint. *Lex aperte scripta est, ut peregrinus, qui murum ascenderit, morte multetur. peregrinum te esse certum est: quin ascenderis murum, non quaeritur: quid superest, nisi, ut te puniri oporteat?* Haec enim propositio confessionem adversarii premit, et quodammodo judicandi moram tollit, nec indicat quaestionem, sed

magnam habeat cum *qualitate* cognationem. In neutram igitur partem quidquam affirmem de hujus nostri loci scriptura *sine an jure.*

4. *aut multipl.* Goth. (tac. Gesn.) *et m.* cum Voss. 2. Jens. (tac. Gesn.) *ac m.* edd. ante Stoer. exc. Aldo.

multetur. Omnes quidem libri mei praeter Ald. *mulctetur.* cf. 5, 11, 7. 7, 4, 43. Sed constantiam scribendi sequor. cf. 4, 2, 62. vide et Cellar. in orthogr. in hac voce.

quin. Turic. Guelf. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. *qui si.* Narrat Bad. Vall. dare *quin* et Ioann. ipse videtur.

sed adjuvat. Turic. *judici* cum Alm. pessimo consensu. cf. ad praef. nostr. p. 45.

4. *obscuris — multiplicibus.* cf. 4, 1, 4. 4, 2, 85. 6, 1, 8.

Lex — scripta est. Indicat Almeloveenius leg. ult. Dig. 1, 8. „Si quis violaverit muros, „capite punitur.“ cet. cf. 7, 6, 6.

non quaeritur. i. e. non est dubium.

confessionem premit. cf. 5, 7, 1 in voce *premere.*

adjuvat. Sunt autem *propositiones* et *simplices*, et *duplices* vel *multiplices*. quod accidit non uno modo. Nam et plura crimina junguntur; ut, *cum Socrates accusatus est, quod corrumperet juventutem, et novas superstitiones introduceret*: et singula ex pluribus colliguntur; ut, *cum legatio male gesta objicitur Aeschini, quod mentitus sit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod morutus sit, quod munera acceperit.* Recusatio quoque plures interim propositiones habet: ut contra petitionem pecuniae, *Male petis, procuratori enim tibi esse non licuit: sed neque illi, cujus nomine litigas, habere procuratorem: sed neque is heres ejus, a quo accepisse*

6. *petitionem.* Goth. (tac. Gesn.) Camp. *petitorem* cum Voss. 2. Steph. Roign. Gryph. (1544) Capp. Malim hoc profecto. *procuratori enim.* Sic Guelf. Sed Turic. *procuratore e.* ubi omissus profecto apex in *e* finali. Goth. *procuratorem* cum Camp. qui *enim* omittit. cf. 7, 1, 19 ubi in eadem structura *procuratorem* dant omnes libri. Utitur septimi libri loco Dukerus ad Liv. 42, 36, 6. quocum cf. Ernestum in Clave Cic. voce *licet*. Voss. 1. et Ioann. dativum retinent, sed *enim* omittunt. cf. § 2. not. 2. Ut ad Livium Dukerus, ita hic ego *procuratorem* natum suspicor ex *procuratori enim*, male contractis.

5. *Socrates.* Xenopli. Memorabb. 1, 1. ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων. ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων.

objicitur Aeschini. Dem. de falsa leg. p. (Rsk.) 343 media. μηδὲν ἀληθὲς ἀπήγγελκε — μηδὲν ὧν προσετάξατο ἐν τῇ πρεσβείᾳ πεποίηκεν — ἀνήλωκε τοὺς χρόνους — πάντων τούτων δῶρα καὶ μισθοὺς εἴληφε. Ex pluribus hisce unum aliquod crimen collectum est a Demosthene, cui nomen legationis male gestae impositi.

6. *procuratori — licuit.* cf. 7, 1, 19.

7 *mutuam dicor: nec ipſi debui* Multiplicari haec, in quantum libet, poſſunt, ſed rem oſtendiſſe ſatis eſt. Hae ſi ponantur ſingulae ſubjectis probationibus, plures ſunt propoſitiones; ſi conjungantur, in partitionem 8 cadunt. Eſt et nuda propoſitio, qualis fere in conjecturalibus, *Caedis ago, furtum objicio:* eſt ratione ſubjecta: ut, *Majeſtatem minuit C. Cornelius: nam codicem tribunus plebis ipſe pro concione legit.* Praeter haec utimur propoſitione, aut noſtra; ut, *Adulterium objicio:* aut adverſarii; ut, *Adulterii mecum agitur:* aut communi; ut, *Inter me et adverſarium quaeſtio eſt, uter ſit inteſtato propior.* Nonnunquam diverſas quoque conjungimus, *Ego hoc dico, adverſa-* 9 *rius hoc.* Habet interim vim propoſitionis, etiamſi per ſe non eſt propoſitio, cum expoſito rerum ordine ſubjicimus, *De his cogno-*

mutuam. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *mutuum* cum edd. ante Leid. cf. 4, 2, 61. Codd. femininum videntur dare omnes.

8. *C.* Sic Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) Reliqui *Cajus.* cf. 3, 8, 47. 5, 11, 15. Haec ratio, diverſa a reliquorum praenominum, etiam certior. *aut adverſ.* — *mecum agitur.* Haec verba abſunt a Turic. et Alm. cf. § 4.

conjungimus. Turic. Camp. Ioann. (tac. Gibſ.) *jungimus* cum Goth. et edd. Stoer. Chon. Leid.

9. *propoſitio, cum.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. edd. ante Baſil. exc. Aldo. Hic, ut reliqui, inſerit *ut*, quo perit ſtructura; neque enim ſic apparet ſententiae ſubjectum, quod nunc eſt in eo ipſo: *cum ſubjicimus*, hoc modo: *Habet ea res, cum ſubjic.* — *vim* cet.

8. *C. Cornelius.* cf. 4, 3, 13.

9. *propoſitio, cum.* vide not. crit.

ſcitis, ut ſit haec commonitio judicis, quo ſe ad quaeſtionem acrius intendat, et, quodam velut tactu excitatus, finem eſſe narrationis, et initium probationis intelligat: et, nobis confirmationem ingredientibus, ipſe quoque novum quodammodo audiendi ſumat exordium.

V. *Partitio* eſt noſtrarum aut adverſarii propoſitionum, aut utrarumque ordine col-
361 lata enumeratio. Hac quidam utendum ſemper putant, quod ea et fiat cauſa lucidior, et

judicis. Abeſt hoc a Turic. et Alm. ſolis, opinor. cf. § 8. not. 2. Hic quidem aegre careas genitivo nominis tanquam ἀπὸ κοινοῦ intelligendo. cf. 4, 1, 18.

quod velut. Turic. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. *velut qu.* ordine minus elegante. cf. not. crit. ad 4, 3, 17. 1, 3, 8. Guelf. *vel quodam ut.* cum Bern. *velut quodam ut.* Ioann. (tac. Gibſ.).

tactu. Sic Turic. Camp. Goth. Jenſ. (male referente Geſn. *jactu*) cum Voſſ. 2. et edd. ante Bad. quo acc. Gryph. Roll. hisque recentiores. Reliquae *jactu* cum Ioann. (tac. vel potius negante Gibſ.) etiam Bodl. et Bal. dare noſtrum ex Gibſ. verbis conjicias. In voce *tactu* cf. 6, 3, 7.

nov. quodammodo. Elegantior hic ordo, quam qui eſt in Turic. Ioann. Camp. Jenſ. et edd. ante Stoer. *quodammodo n.* Melius tamen Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. accedente Badio, omittunt *quoque*, inſuave in hac compoſitione.

1. *aut utrarumque.* Inter haec vocabula lacunam oſtendit Guelf. in fine verſus, ſufficientem aliquot verbis. cf. 4, 1, 42.

quod ea et fiat. Turic. Ioann. (tac. Gibſ.) Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *q. de. e. f.* cum Alm. Voſſ. 1. 3. Bern. et edd. ante Bad. qui Regio, conjicienti hoc, concedit ut *et* ponat pro *de*,

velut tactu. i. e. quaſi ejus humerum ferias ad excitandam animi intentionem.

1. *ordine collata.* i. e. conjuncta, non ſeorſim poſita, ut ſingulis propoſitionibus ſuae ſubjiciantur probationes. cf. 4, 4, 7.

7 *mutuam dicor: nec ipſi debui* Multiplicari haec, in quantum libet, poſſunt, ſed rem oſtendiſſe ſatis eſt. Hae ſi ponantur ſingulae ſubjectis probationibus, plures ſunt propoſitiones; ſi conjungantur, in partitionem 8 cadunt. Eſt et nuda propoſitio, qualis fere in conjecturalibus, *Caedis ago, furtum objicio*: eſt ratione ſubjecta: ut, *Majeſtatem minuit C. Cornelius: nam codicem tribunus plebis ipſe pro concione legit.* Praeter haec utimur propoſitione, aut noſtra; ut, *Adulterium objicio*: aut adverſarii; ut, *Adulterii mecum agitur*: aut communi; ut, *Inter me et adverſarium quaeſtio eſt, uter ſit inteſtato propior.* Nonnunquam diverſas quoque conjungimus, *Ego hoc dico, adverſarius hoc.* 9 Habet interim vim propoſitionis, etiamſi per ſe non eſt propoſitio, cum expoſito rerum ordine ſubjicimus, *De his cogno-*

mutuam. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *mutuum* cum edd. ante Leid. cf. 4, 2, 62. Codd. femininum videntur dare omnes.

8. *C.* Sic Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) Reliqui *Cajus.* cf. 3, 8, 47, 5, 11, 15. Haec ratio, diverſa a reliquorum praenominum, etiam certior. *aut adverſ.* — *mecum agitur.* Haec verba abſunt a Turic. et Alm. cf. § 4.

conjunginus. Turic. Camp. Ioann. (tac. Gibſ.) *jungimus* cum Goth. et edd. Stoer. Chon. Leid.

9. *propoſitio, cum.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. edd. ante Baſil. exc. Aldo. Hic, ut reliqui, inſerit *ut*, quo perit ſtructura; neque enim ſic apparet ſententiae ſubjectum, quod nunc eſt in eo ipſo: *cum ſubjicimus*, hoc modo: *Habet ea res, cum ſubjic.* — *vim* cet.

8. *C. Cornelius.* cf. 4, 3, 13. 9. *propoſitio, cum.* vide not. crit.

ſcitis; ut ſit haec commonitio judicis, quo ſe ad quaeſtionem acrius intendat, et, quodam velut tactu excitatus, finem eſſe narrationis, et initium probationis intelligat: et, nobis confirmationem ingredientibus, ipſe quoque novum quodammodo audiendi ſumat exordium.

V. *Partitio* eſt noſtrarum aut adverſarii propoſitionum, aut utrarumque ordine col-
361 lata enumeratio. Hac quidam utendum ſemper putant, quod ea et fiat cauſa lucidior, et

judicis. Abeſt hoc a Turic. et Alm. ſolis, opinor. cf. § 8. not. 2. Hic quidem aegre careas genitivo nominis tanquam ἀπὸ κοινοῦ intelligendo. cf. 4, 1, 18.

quod velut. Turic. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. *velut qu.* ordine minus elegante. cf. not. crit. ad 4, 3, 17. 1, 3, 8. Guelf. *vel quodam ut.* cum Bern. *velut quodam ut.* Ioann. (tac. Gibſ.).

tactu. Sic Turic. Camp. Goth. Jenſ. (male referente Geſn. *jactu*) cum Voſſ. 2. et edd. ante Bad. quo acc. Gryph. Roll. hisque recentiores. Reliquae *jactu* cum Ioann. (tac. vel potius negante Gibſ.) etiam Bodl. et Bal. dare noſtrum ex Gibſ. verbis conjicias. In voce *tactu* cf. 6, 3, 7.

nov. quodammodo. Elegantior hic ordo, quam qui eſt in Turic. Ioann. Camp. Jenſ. et edd. ante Stoer. *quodammodo n.* Melius tamen Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. accedente Badio, omittunt *quoque*, inſuave in hac compoſitione.

1. *aut utrarumque.* Inter haec vocabula lacunam oſtendit Guelf. in fine verſus, ſufficientem aliquot verbis. cf. 4, 1, 42.

quod ea et fiat. Turic. Ioann. (tac. Gibſ.) Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *q. de. e. f.* cum Alm. Voſſ. 1. 3. Bern. et edd. ante Bad. qui Regio, conjicienti hoc, concedit ut *et* ponat pro *de*,

velut tactu. i. e. quaſi ejus humerum ferias ad excitandam animi intentionem.

1. *ordine collata.* i. e. conjuncta, non ſeorſim poſita, ut ſingulis propoſitionibus ſuae ſubjiciantur probationes. cf. 4, 7.

judex intentior ac docilior, si scierit, et de quo dicimus, et de quo dicturi postea sumus. Rursus quidam periculosum id oratori arbitrantur duabus ex causis: quod nonnunquam et excidere soleant, quae promisimus, et, si qua in partiendo praeterierimus, occurrere. quod quidem nemini accidet, nisi qui plane vel nullo fuerit ingenio, vel ad agendum nihil cogitati praemeditatique detulerit. Alioqui quae tam manifesta et lucida est ratio, quam rectae partitionis? sequitur enim naturam

quae sit frequens librariorum Italorum confusio. Guelf. *q. et e. f.* Camp. *q. de e. et f.* Positus hic noster *ea et*, melior profecto, apud Stoerium primum. *si scierit.* Turic. *suscitetur* cum Alm. sed ille a sec. manu *scisciteur.* Ioann. (tac. Gibs.) *si sciet* cum Voss. 1. (cf. 4, 4, 6. not. 2. item mox § 5.) 3. *sumus.* Turic. Camp. *simus* cum Alm. cf. § 8.

2. *praeterierimus.* Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibs.) Camp. *praeterimus* cum Alm. Voss. 1. 3. Bern.

3. *quae tam — partitionis.* Haec structura, elegans profecto et tersa, est in edd. meis omnibus praeter Obr. qui cum turbatam orationem posuisset in libro, haec dat in emendationibus repetitae lectionis: *q. t. m. e. l. e. ut oratio, quum recta secatur partitione.* Turic. *q. t. m. e. l. e. ut oratio. q. recte p*, quibus secunda manus haec suffecit: *q. t. m. e. l. e. ut oratio q. recte sequatur particionem.* Ex Alm. nil varietatis affertur nisi *ut oratio* pro *est ratio.* Guelf. *q. t. m. e. l. sunt quam ratio rectae partitionis.* Quod in secundam Turic. manum irrepsit *sequatur*, natum esse apparet ex illato mox *sequitur* quod Turic. continuat cum antecedentibus. Ejusmodi quid in Argentoratensi fuerit necesse est, quoniam Obr. prius insernit *sequatur* quod mox ingeniose sed parum ad Quintiliani sobrietatem refinxit in *secatur.* cf. mox. § 6. item 5, 10, 90. Sed

2. *Rursus quidam.* Curionis patris et in hac parte et alias oblivioni mentionem e Cicerone affert Gesnerus. Brut. c. 60. Orat. c. 37.

ducem, adeo, ut memoriae id maximum ſit auxilium, via dicendi non decedere. Quapropter ne illos quidem probaverim, qui partitionem vetant ultra tres propoſitiones extendere. Quae ſine dubio, ſi nimium ſit multiplex, fugiet memoriam judicis, et turbabit intentionem: hoc aut alio tamen numero velut lege non eſt alliganda, cum poſſit cauſa plures deſiderare. Alia ſunt magis, propter 4 quae partitione non ſemper ſit utendum: primum, quia pleraque gratiora ſunt, ſi inventa ſubito, nec domo allata, ſed inter dicendum ex re ipſa nata videantur. unde illa non injucunda ſchemata, *Paene excidit mihi:* et, *Fu-*

ibi ſine affectatione, quia ineſt reprehenſio ut et mox § 6. *Oratio* pro *ratio* equidem non moror; ſed *ut* unde natum ſit, requiro. Guelf. conſtitutio ſententiam quidem habet nonnullam, ſi *manifeſta et lucida* accipis neutro genere; ſed jejunam et parum elegantem. Acquieſco in vulgata, quae Goth. habet cogitorem et Ioann; et plures profecto in tanto conferentium ſilentio. *adeo ut.* Turic. Camp. inſerunt *quoque* cum Alm. *hoc aut alio tamen.* Sic Obr. et Turic. a manu ſec. A prima enim hic *h. nl* (cf. 4, 2, 87. not. 1. 5, 9, 3. not. 2.) *t.* Ex Alm. Burmannus affert *h. nal. t.* Camp. *h. autem alio t.* Reliqui omittunt *aut alio*, quod nequaquam eſt ſupervacuum.

4. *non ſemper ſit ut.* Guelf. omittit *ſit.* Goth. Jenſ. (perperam *ſit* omittere narrante Geſn.) *n. eſt ſ. u.* cum edd. ante Baſil. Haec *n. ſ. eſt u.* cf. de *ſit* et *eſt* 4, 2, 28. not. 6. 5, 7, 24.

3. *ultra tres.* Regius monet praecipi hoc a Cornificio ad Herennium. Locus eſt 1, 10. „(Enumerationem) plus „quam trium partium numero „eſſe non oportet.“ ubi vide Ern.

4. *magis.* i. e. potius, cf. VV. DD. ad Gratii Cyneg. v. 90. ubi Burm. ponit locum

gerat me: et, *Recte admones.* propositis enim probationibus, omnis in reliquum gratia novitatis praecerpitur. Interim vero etiam fallendus est judex, et variis artibus 362
subeundus, ut aliud agi, quam quod petimus, putet. Nam est nonunquam dura propositio, quam judex, si providet, non aliter praeformidat, quam qui ferrum

praecerpitur. Turic. *praecipitur* (a sec. manu *percipitur*) cum Palatino Gebhardi. male, cf. 1, 1, 20. Alm. *pcepitur*, proxime vulgatam, si recte retulit Burm.

5. *providet.* Guelf. *providit.* Ioann. *providerit.* cum Voss. 1. (cf. § 1. 5, 13, 8.) 3. Illa Guelf., solius ut videtur, ratio placet ob id quod sequitur *aspexit.*

praeformidat. Sic Jens. (tác. Gesn.) cum Goth. Voss. 2. Camp. (quanquam per compendium) et edd. ante Gryph. Turic. *performidat* cum Alm. Bodl. Ioann. (tac. Gibs.) Voss. 1. 3. Item Guelf. *per formidat.* Reliqui *reformidat.*

Terentii Adelph. 4, 3, 15. „accipiunt *magis.*"

Recte admones. De hujusmodi τοῦ αὐτοσχεδίου simulatione erudite disputat Wolfius ad Demosth. Leptin. p. 301. alium locum indicans 9, 2, 61. ubi de industria agitur de hisce schematis.

probationibus. Non erat quod in hac voce, ab omnibus prope libris defensa, haereret Gesnerus, qui malit *partibus*, vel *partitionibus.* Nec attendi meretur Voss. 3tii varietas *propositionibus.* Proponendo indici probationes vidimus proximo capite. Cum qua *propositione* arto vinculo contineri *partitionem* itidem ostensum est 4, 4, 7. 4, 5, 1. cf. hoc c. § 26. Tam *partiendo* igitur quam *proponendo* judicibus in antecessum innotescunt *probationes*, quas si novas eorum auribus animisque afferre cupis, et *propositio* et species ejus *partitio* omittenda est.

5. *dura propositio.* cf. 4, 1, 25. item hoc capite § 16. 7, 1, 56.

non aliter. Hac comparandi formula in primis delectatur noster. cf. mox § 22. 2, 5. 11. 5, 8, 1. 5, 12, 17. Alii quoque ut Plin. H. N. Vol. 2. p. 102. 128. Bip. ne memorem poëtas.

medici prius, quam curetur, aſpexit: at ſi re non ante propoſita, ſecurum, ac nulla denunciatione in ſe converſum, intrarit oratio; efficiet, quod promittenti non crederetur. Interim refugienda non modo diſtinctio 6 quaeſtionum eſt, ſed omnino tractatio: affectibus perturbandus, et ab intentione auferendus auditor. Non enim ſolum oratoris eſt docere, ſed plus eloquentia circa movendum valet. Cui rei contraria eſt maxime tenuis illa et ſcrupuloſe in partes ſecta divi-

6. *perturbandus.* Turic. Guelf. Camp. Ioann. (tac. Gibſ.) *turbationibus* cum Goth. et edd. ante Ald. omnibus, quo accedit Badii ſecunda quae hoc dat: *affectibus, perturbationibus eſt ab.* Alm. dare narratur *perturbationibus* ut et Voſſ. omnes et Bern. quod ſecus eſſe ſuſpicor in conſenſu *Turic. Guelf. Goth. Ioann.* omittentium praepoſitionem. Oſcitavit Gibſ. in Britannicis ſuis, quos tacet. Quod ſuadet Geſn. *perturbatioribus*, eſt jam apud Vidov. Gryph. (1536); nec ſane diſpliceat hoc, maxime ſi pro *et* ſcribitur *eſt*, quod, Regio jam ſuadente, jubet Geſn. Noſtra eſt ab Aldo, pro qua propius Codd. ſcripturam Obr. *a. turbandus.* In tanto omnium MSS. conſenſu, *turbatioribus eſt* recipere religioſius erat fortaſſe, neſcio tamen quam limata et ad unguem facta videtur Aldina ratio. Nec opus *eſt*, quod ex proximis commodiſſime repetitur.

ſecta. Sic Turic. Guelf. Camp. Ioann. (tac. Gibſ.) cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Bad. Reliqui *ſectae.* Noſtra quin ſit in Codd. omnibus non dubito; nec mutationis rationem reddit Badius. Alienum videri poteſt quod ipſa *diligentia* dicitur eſſe *ſecta*, et blanditur ſane prae hoc *diviſionis ſectae diligentia.* Sed ſi vere poſt *illa* legitur *et*, quod a nullo abeſt libro, unde, quaeſo, extundes nominativum adjectivi

medici. Hic quoque locus, quod monet etiam Pſeudo-Turnebus, aſcribetur plurimis iis, ubi *medicos* appellatos a veteribus videmus *chirurgos.* Sic Juvenalis *Caeduntur tumidae medico ridente mariſcae.*

6. *ſecta — diligentia.* vide not. erit.

sionis diligentia eo tempore, quo cognoscenti
7 judicium conamur auferre. Quid? quod interim, quae per se levia sunt et infirma, turba valent? Ideoque congerenda sunt potius, et velut eruptione pugnandum: quod tamen rarum esse debet, et ex necessitate demum, cum hoc ipsum, quod dissimile
8 rationi est, coëgerit ratio. Praeter haec in omni partitione est utique aliquid potentissimum, quod cum audivit judex, cetera tanquam supervacua gravari solet. Itaque, si plura vel objicienda sunt vel diluenda, et

vel participii, quem conjungas cum *tenuis?* nisi forte et huno interpretaris genitivum, quod fieri vetat positus vocis. *Divisionis diligentia* junctim plane et unius vocabuli instar comprehenditur, ut, quidquid *divisioni*, etiam *diligentiae* tribui posse videatur. *cognoscenti.* Hoc ex sola Regii conjectura scribi videtur, verissima illa. cf. 5, 2, 2. Codd. quidem omnes, opinor, *cognoscendi* ut Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibs.) cum Alm. Vall. Voss. 1. 2. 3. Qui non memorantur ut Bodl. Bal. a Gibs., a Gesnero nobisque etiam ipsis Goth., per errorem omissi videntur. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. (exc. Badio) *cognoscendi*, quorum primus transponit etiam *jud. cogn.*

7. *hoc ipsum.* Hoc ordine Guelf. Ioann. (tac. Gibs.) Camp. Obr. Reliqui *ipsum hoc.*

6. *cognoscenti — auferre.* *Auferre* eadem hic fere dicitur potestate, qua modo *auferendus auditor.* Surripere conamur judici (is etenim est *cognoscens* cf. 3, 10, 1.) suffragium. vid. 2, 17, 28. 5, 14, 29. 6, 1, 7. 6, 2, 5. 12, 1, 36. 12, 10, 52.

7. *turba valent.* cf. 4, 2, 82.

velut eruptione. Confer aliam similitudinem militarem, explicatiorem illam 12, 9, 2. 3.

hoc ipsum — coëgerit ratio. cf. 4, 2, 85.

8. *potentissimum.* cf. 3, 6, 8. 12. 5, 10, 103. 118. 5, 11, 6. 37. 5, 12, 8. 9. 14.

63 utilis et jucunda partitio eſt, ut, quod quaque de re dicturi ſumus, ordine appareat: at ſi unum crimen varie defendemus, ſupervacua. Ut, ſi ita partiamur: *Dicam, non talem eſſe hunc, quem tueor, reum ut in eo credibile videri poſſit homicidium: dicam, occidendi cauſam huic non fuiſſe: dicam, hunc eo tempore, quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe:* omnia, quae ante id, quod ultimum eſt, exequeris, inania videri neceſſe eſt. Feſtinat enim judex ad id, quod potentiſſimum eſt, et velut obligatum promiſſo patronum, ſi eſt patientior, tacitus appellat; ſi vel occupatus, vel in aliqua poteſtate, vel etiam ſi moribus incompoſitus, cum convicio efflagitat. Itaque non defuerunt, qui Cice-

9

10

11

8. *quod quaque.* Sic Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 1. Bern. et edd. ante Gryph. exc. Badio, qui e Vallenſi *quid* repoſuit, male defendens in nota. Hunc reliqui exprimunt, retinentes indicativum in *ſumus.*

9. *tueor reum ut.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bodl. Bal. Alm. et aliquot edd. Reliqui omittunt *reum.*

ut in eo cred. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) omittunt *in eo* cum Voſſ. 1. 3. Bern.

10. *ſi — incompoſitus.* Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) *ſic — compoſitus* cum Bern. et edd. a Gryphio ad Obr. Male, ut docet Burm.

varie. vario probandi genere.

10. *promiſſo.* cf. 4, 2, 82. 4, 5, 5.

poteſtate. cf. 4, 1, 72. Dial. de oratt. c. 19. „Vi aut „*poteſtate*, non jure et *legi*„*bus.*" item 3, 10, 1. „certa „*lege* — *principum.*

cum convicio efflagitat. cf. Epiſt. ad Tryph. I.

ronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua se dicturum esse promisit primum, *neminem majoribus criminibus, gravioribus testibus, in judicium vocatum, quam Oppianicum;* deinde, *praejudicia esse facta ab iis ipsis judicibus, a quibus condemnatus sit;* postremo, *judicium pecunia tentatum non a Cluentio, sed contra Cluentium:* quia, si probari posset, quod est tertium, nihil ne-
12 cesse fuerit dicere priora. Rursus, nemo tam erit aut injustus, aut stultus, quin eum fateatur optime pro Murena esse partitum, *Intelligo, Judices, tres totius accusationis partes fuisse, et earum unam in reprehensione* 364
vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam.

ab iis ipsis. Turic. Camp. omittunt *iis* cum Alm. ipsoque Cicerone. *posset.* Guelf. *potest* cum Goth. et marg. Vidov.

11. *pro Cluentio.* capite 4. Recte Gesnerus ad vindicandum ab hac reprehensione Ciceronem monet, tertio probando inservire priora apud eum, id quod apparet in primis c. 23. „verisimilius tamen esset, eum potius corrupisse, qui metuisset, ne „ipse condemnaretur, quam „illum, qui veritus esset, ne „alter absolveretur: deinde „cum esset nemini dubium, „quid judicari necesse esset, „eum certe potius, qui sibi „aliqua ratione diffideret, „quam eum qui omni ratione „confideret: postremo certe „potius illum, qui bis apud „eos judices offendisset, quam „eum, qui bis causam iis „probasset." Quod tamen negat Gesnerus Quintilianum sentire cum iis, qui vituperent Ciceronem, obstat quodammodo, quod mox legitur *Rursus*, in quo est illius notationis tacita quaedam confirmatio.

12. *pro Murena.* c. 5. *Contentio*, seu comparatio, *dignitatis* locum dat pulcherrimae illi jureconsulti et ducis comparationi c. 9. 10.

Nam ſic et oſtendit lucidiſſime cauſam, et nihil fecit altero ſupervacuum. De illo quo-13 que genere defenſionis plerique dubitant, *Si occidi, recte feci: ſed non occidi.* quo enim prius pertinere, ſi ſequens firmum ſit? haec invicem obſtare, et utroque utentibus, in neutro haberi fidem. Quod ſane in parte verum eſt, cum illo ſequenti (ſi modo indubitabile eſt) ſit ſolo utendum. At, ſi quid14 in eo, quod eſt fortius, timebimus, utraque probatione nitemur. Alius enim alio moveri ſolet: et, qui factum putavit, juſtum credere poteſt: qui tanquam juſto non movebitur, factum fortaſſe non credet. Ut certa manus uno telo poſſit eſſe contenta, incertae

13. *fidem.* Abeſt a Turic. et Alm. ſolis. cf. 4, 4, 9. not. 2. 5 Pr. 1. *eſt cum illo.* Sic Aldus ſolus. Codd. quidem mei et MSS. et excuſi pro *cum* fere dant *et;* niſi quod Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. *etiam* pro hoc habent. Hinc efficio Aldinam ſcripturam, ut librarii ex *eſt cum*, male repetendo corruperint: *eſt etiam.* Mox ponenda varietas magis hoc aſtruet. *eſt) ſit ſolo.* Sic Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. 3. et edd. ante Bad. Ex Voſſ. 1 refertur *e. ſi ſ.* Reliqui inter quos et Vall. omittunt *eſt*, et *ſit* parentheſi aſſignant. Loc. Ven. Ruſc. tranſponunt *ſit eſt;* male.

14. *incertae.* Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Goth. (tac. Geſn.) Camp. *incerta* cum Alm. Vall. Voſſ. 1. 3. Major hic

13. *Si occidi — occidi.* cf. 3, 6, 10.

ſequens — illo ſequenti. cf. 4, 3, 9. item mox § 17. 5, 7, 5.

14. *moveri — movebitur.* Cave ad affectus hoc referas, qualis erat poteſtas § 6. Hoc quidem loco *movere* eſt, quod toties apud Ciceronem, quodque recentiores reddere ſolent: *convincere.* In hac praeterea verborum comprehenſione ſatis confidenter pro *putavit* ſcribam *putabit*, quanquam nullo libro addicente.

plura ſpargenda ſunt, ut ſit et fortunae locus.
15 Egregie vero Cicero pro Milone *inſidiatorem* primo *Clodium oſtendit:* tum addit ex abundanti, *etiamſi id non fuiſſet, talem tamen civem cum ſumma virtute interfectoris et glo-*
16 *ria necari potuiſſe.* Neque illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnaverim: quia quaedam, etiamſi ipſa ſunt dura, in id tamen valent, ut ea molliant, quae ſequuntur. Nec omnino ſine ratione eſt, quod vulgo dicitur, *Iniquum petendum, ut*
17 *aequum feras.* Quod tamen nemo ſic accipiat, ut omnia credat audenda. Recte enim

neceſſitas deſerendi Codd. quam modo § 6 in *fecta*, quanquam credibile eſt aliquos etiam MSS. nobiſcum facere.

15. *primo.* Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Camp. *primum* cum Alm. male. *abundanti.* Turic. *habundantia.* Camp. *abundantia.* Altero loco in receptam conſentiunt. cf. not. ex.

16. *quaedam etiam ſi.* Omittunt *etiam* Turic. Camp. cum Alm. Nec diſplicet. Vett. edd. fere *etſi.*

17. *audenda.* Turic. *audendum* cum Alm. quod recepit Obr. probante Burm. et ablegante ad Gronov. Obſerv. l. 1. c. 7. p. 56. Minus tamen placet in Qu. ab omni antiquitatis affectatione alieno.

15. *ex abundanti.* Locutio recurrens 5, 6, 2 nec infrequens apud hujus aevi ſcriptores iisque recentiores, ICtos maxime. vid. Briſſon de Verborum ſignificatione h. v.

16. *illum — ordinem* qui eſt § 13 in *illo genere defenſionis: Si occidi* cet.

Iniquum — feras. A mercatoribus hoc jactari ſolitum abiiſſe in proverbium putat Eraſmus in Chiliadibus 2, 3, 26, ubi ſuſpicatur Senecam de Benef. 7, 22. huc reſpexiſſe dicentem „quaedam *praecipimus*" (non *petimus*, ut Eraſmus) „ultra modum, ut ad *verum* „*et ſuum*" (pro quo *verſum ſuum*, Eraſmus, ingenioſe, ſed auctoritatem deſidero) „redeant."

365 Graeci praecipiunt, *Non tentanda, quae effici omnino non poſſunt.* Sed, quoties hac, de qua loquor, duplici defenſione utemur, id laborandum eſt, ut in illam partem ſequentem fides ex priore ducatur. Poteſt enim videri, qui tuto etiam confeſſurus fuit, mentiendi cauſam in negando non habere. Et illud utique faciendum eſt, ut, quoties 18
ſuſpicabimur a judice aliam probationem deſiderari, quam de qua loquimur, promittamus nos plene et ſtatim de eo ſatis eſſe facturos: praecipueque, ſi de pudore agitur. Frequenter autem accidit, ut cauſa parum 19
verecunda, jure tuta ſit: de quo ne inviti judices audiant et adverſi, frequentius ſunt admonendi, *ſecuturam defenſionem probitatis ac dignitatis: expectent paulum, et agi*

non poſſunt. Turic. Guelf. *n. poſſint* cum Alm.

id laborandum. Camp. *id elaborandum.* cf. 2, 3, 6.

18. *ſuſp. a judice.* Turic. *ſuſp. judici* cum Alm. ſolo cf. § 13.

adverſi. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenf. (tac. Geſn.) et edd. ante Stoer. cum Alm. Voſſ. 2. 3. Reliqui *averſi.* cf. 4, 1, 10. 5, 12, 19.

17. *Graeci praecipiunt.* Adeſt proverbium ἀδύνατα λέγειν apud Zenobium et Suidam, et Chiloni a Diogene Laërtio 1, 70 tribuitur: Μὴ ἐπιθυμεῖν ἀδυνάτων.

18. *praecipueque.* Malis ſane abeſſe *que* cf. 3, 1, 15. 4, 1, 10. item 9, 4, 35. 10, 1, 20. Retinendum tamen 10, 1, 27. Codd. noſtro quidem loco non variant.

de pudore. Pudor, ut ſaepiſſime apud veteres, eſt religio, innocentia, probitas: Gewiſſenhaftigkeit. cf. § 20. it. *verecundiae* 21. *modeſtiae* ib. item 1, 2, 4. Similia praecepta habes in narratione 4, 2, 79.

ordine finant. Quaedam interim nos et invitis litigatoribus ſimulandum eſt dicere; quod Cicero pro Cluentio facit circa judiciariam legem: nonnunquam, quaſi interpellemur ab iis, ſubſiſtere: ſaepe avertenda ad ipſos oratio; hortandi, ut ſinant nos uti noſtro conſilio. Ita ſurrepetur animo judicis, et, dum ſperat probationem pudoris, aſperioribus illis minus repugnabit. Quae cum receperit, etiam verecundiae defenſioni facilior erit. Sic utraque res invicem juvabit, eritque judex circa jus noſtrum ſpe modeſtiae attentior, circa modeſtiam juris probatione proclivior. Sed, ut non ſemper neceſſaria, aut utilis etiam partitio eſt, ita opportune adhibita plurimum orationi lucis et gratiae confert. Neque

20. *ab iis.* Sic Camp. cum Obr. Reliqui *a. his.* cf. 4, 3, 3. 5, 7, 3. *avertenda.* Turic. *aconvertenda* (a ſec. manu *ac convertenda*) cum Alm. cf. § 18. Camp. *convertenda* cum Bodl. Andr. Obr. *adverta* per errorem dat Guelf. pro *advertenda* quod eſt in Goth. et edd. ante Stoer. *avertenda* verbum eſt legitimum cf. 4, 2, 103.

22. *aut utilis etiam.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Obr. Reliqui *a. e. ſupervacua.* Noſtrum quanto praeſtet, ſponte apparet. In vulgata debebat ſaltem eſſe prius: *aliquando non neceſſaria.*

20. *pro Cluentio.* c. 52. ſq. „Poterat Cluentius corrupti „judicii accuſatus, tueri ſe „lege, quod ſenator non eſ„ſet; lex autem de corruptis „judiciis ad ſenatores pertine„ret.“ Geſnerus.

quaſi interpellemur. Ablegat Geſn. ad 6, 4, 9 ubi vera tangitur interpellatio litigatoris, quam hic ſimulare ſuadet.

ad ipſos. i. e. litigatores.

21. *jus — juris.* Jus hoc non eſt naturale, ſed legitimum cf. not. crit. ad 4, 4, 3. n. 3.

22. *non — utilis.* i. e. noxia.

enim ſolum id efficit, ut clariora fiant, quae dicuntur, rebus velut ex turba extractis, et in conſpectu judicum poſitis: ſed reficit quoque audientem certo ſingularum partium fine: non aliter, quam facientibus iter, 366 multum detrahunt fatigationis notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Nam et exhauſti 23 laboris noſſe menſuram voluptati eſt, et hortatur ad reliqua fortius exequenda, ſcire quantum ſuperſit. Nihil enim longum videri neceſſe eſt, in quo, quid ultimum ſit, certum eſt. Nec immerito multum ex dili- 24 gentia partiendi tulit laudis Q. Hortenſius:

ſolum id. Hoc ordine Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Ioann. (tac. Gibſ.). Reliqui *id ſol.* Non videtur *ſolum* a ſuo *non* tanto intervallo diſtinendum; neque nomen adjectivum eſt *ſolum* ſed adverbium.

23. *voluptati eſt et.* Turic. *voluptatem et*, a ſec. autem manu *voluptas eſt et*, quod ipſum dat Camp.

inſcriptis lapidibus. Elegantер huc advocat Colomeſius Rutilii Numatiani in Itinerarii l. 2. verſus 7. 8. quos ipſos e Quintiliano adumbratos cenſet Wernsdorfius.

Intervalla viae feſſis praeſtare videtur
Qui notat inſcriptus millia crebra lapis.

24. *Q. Hortenſius — eludit.* vid. Cic. Brut. c. 88 ubi Corradus haec eluſionis hujus veſtigia indicat: Cic. pro Quintio c. 16. „Faciam quod „te ſaepe animadverti facere, „Hortenſi: totam cauſae meae „dictionem in certas partes di„vidam. *Tu id ſemper facis, „quia ſemper potes. ego in hac „cauſa faciam, propterea quod „in hac videor poſſe facere. „Quod tibi natura dat, ut „ſemper poſſis, id mihi cauſa „concedit, ut hodie poſſim.“ Divinat. in Caecil. c. 14 „Quid? cum accuſationis tuae „membra dividere coeperit“ (Hortenſius) „et *in digitis*

cujus tamen diviſionem, in digitos diductam, nonnunquam Cicero leviter eludit. Nam eſt ſuus et in geſtu modus, et vitanda ut quae maxime conciſa nimium et velut articuloſa partitio. Nam et auctoritati plurimum detrahunt minuta illa, nec jam membra, ſed fruſta; et hujus gloriae cupidi, quo ſubtilius et copioſius diviſiſſe videantur, et ſupervacua aſſumunt, et, quae natura ſingularia ſunt, ſecant: nec tam plura faciunt,

24. *ſuus et in geſtu.* Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) *ſuus certus* cum Palat. Gebh. Voſſ. 1. 3. Bern. et edd. ante Gryph. niſi quod pleraeque harum *certus ſuus* quod revocavit Capper. A Gryph. inde *certus ejus*, ex conjectura Regii. Noſtram dant Turic. (quanquam per errórem *ſ. et ingeſta*) Camp. Goth. Voſſ. 2. (hic bene conſpirantes cf. 4, 2, 9.) Alm. Obr. Burm. Geſn.

vit. ut quae max. Sic Turic. Stephan. Gryph. (1544) Obr. niſi quod Gr. *ev.* Camp. *v. quae m.* Jenſ. (tac. Geſn.) *e. vit. utique m.* cum edd. ante Gryph. Mox Stoer. *ev. max.* cum Vall. et recentt. cf. 3, 8, 12.

„*ſuis ſingulas partes cauſae* „*conſtituere?*“ Fragmentum operis Ciceroniani, cui titulus: *De Philoſophia, ſive Hortenſius* apud Nonium c. 4. voce *preſſum*: „Quis te autem „eſt aut fuit unquam in par„tiundis rebus, in definiendis, „in explanandis preſſior?“

ſuus — modus. Quod *geſtum* tangit, id reſpicit ad „diviſionem *in digitos* di„ductam“ quibus verbis maxime locum Caecilianae (c. 14.) ſupra poſitum deſignaſſe mihi videtur. *Et*, quod additur, ſignificat, vel ipſo geſtu, citra reliquam rei evidentiam, apparere, quam facile diſpliceat nimia partiendi diligentia, cum et geſtus ejus index ſaepius recurrens dedecere ſoleat. Hunc geſtum habes etiam 11, 1, 5. 11, 3, 14 quanquam ibi *argumenta*, non *ſingulae partes cauſae*, in digitos diducuntur et digeruntur. Alius eſt geſtus ſummarum index 1, 10, 35.

quam minora. deinde cum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obſcuritatem, contra quam partitio inventa eſt. Et diviſa 26
67 et ſimplex propoſitio, quoties utiliter adhiberi poteſt, primum debet eſſe aperta atque lucida (nam quid ſit turpius, quam id eſſe obſcurum ipſum, quod in eum ſolum adhibetur uſum, ne ſint cetera obſcura?), tum brevis, nec ullo ſupervacuo onerata verbo. Non enim, quid dicamus, ſed, de quo dicturi ſumus, oſtendimus. Obtinendum etiam, ne 27
quid in ea deſit, ne quid ſuperſit. Supereſt autem ſic fere, cum aut in ſpecies partimur,

26. *Et diviſa.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Reliqui omittunt *Et.* *adhiberi.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Bip. cum edd. ante Burm. qui quare *haberi* ſcripſerit obſecundantibus recentioribus, non aſſequor.

deb. eſſe. Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. Reliqui *e. d.*

27. *quid dicamus.* Sic Camp. cum Bodl. Alm. Andr. aliisque non paucis ante Stoer. Prope accedit Turic. *quod dicamus.* Jenſ. et edd. ante Ald. *de quo dicimus* cum Guelf. Sed a Stoerio fere *de quo dicamus* quod eſt in Goth. et Vallenſi, ref. Badio. *dict. ſumus* Sic Turic. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Bad. Reliqui fere *d. ſimus.*

26. *Et diviſa — propoſitio* i. e. ſive partitionem adhibes, ſive ſimplici propoſitione uteris.

27. *quid dicamus — de quo dicturi ſumus.* Priore loco conjunctivus proprie uſurpatur, altero indicativus. Aliud enim eſt *oſtendere quid dicas* i. e. rem, quam cummaxime tractas, qualis ſit, explicare, aliud *oſtendere id, de quo dicturus es* i. e. indicere ea, quae mox tractabuntur. Illud probationis eſt, hoc propoſitionis.

ut ſi dicam. vid. not. crit.

quod in genera partiri ſit ſatis; aut, genere poſito, ſubjicitur ſpecies: ut ſi dicam de virtute, juſtitia, continentia: cum juſtitia atque
28 continentia virtutis ſint ſpecies. Partitio prima eſt, quid ſit, de quo conveniat; quid, de quo ambigatur. In eo, quod convenit,

ut ſi dicam. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Gryph. exc. Bad. ſed redit ad veterem ſcripturam Gibſ. quocum facit Ioann. Alm. item Obr. Reliqui *ut: Dicam* e conjectura Regii, nullo, ut praeſtare auſim, MS. aſtipulante, quanquam multi ſilentur. In tanto Codd. conſenſu *ſi* omittere religio fuit. Ad ipſam quidem *partitionem* convenientius eſſe videtur ſi promittens inducatur orator: *Dicam* cet. Poteſt tamen non ſolum in proponenda partitione, ſed in ipſa quoque partium tractatione reprehendi is, qui hoc vitio laboret. Nec latine ſatis, ad Quintiliani in primis ſobrietatem, ſtruitur hoc *ut: Dicam* i. e. *ut ſi quis ita partiatur: Dicam.*

28. *ambigitur, quae.* Libri et ſcripti et excuſi mei ad unum omnes inſerunt *quae dicturi ſumus*, recentiores fere *ſimus*. Hoc alienum eſſe ſolus ſenſit Geſn. qui uncis incluſit. Unde natum, non adeo facile oſtendatur. Nam quod ſupra § 26. paucis ante verſibus legitur *quod dicturi ſumus*, id poterat quidem repeti calamo oſcitantis librarii, nec tamen plane idem eſt. Geſn. verba noſtra gloſſam putat eorum quae ſequuntur: *quae noſtrae propoſitiones.* In Turic. pro *ambigitur* a prima manu ſcriptum eſt *ambigituri.* Poterat aliquis iſtis: *q. n. p.* ſuperſcribere *i* (ſcil. *id eſt*) *quae dicturi ſumus*, quae mox ab ignaro librario praemitterentur iis quibus interpretamenti cauſa erant ſuperſcripta. Nolui locum diutius turbari hiſce ſordibus, quae nullis machinis in ordinem redigi poſſunt.

28. *Partitio prima.* Recte Pſeudo-Turnebus ad partes vocat Cic. de Inv. 1, 22. *Prima* hic quidem nihil aliud, niſi quid primum diſtinguendum ſit in oratione, deſignat; quo minus mutatione indigebat locus, quam Regius ſuaſit, ut legeretur *prǒmit* vel *proponit* pro: *prima eſt.* Poſterius aliquot edd. expreſſerunt, ut Aldus.

quid adverſarius fateatur, quid nos: in eo, de quo ambigitur, quae noſtrae propoſitiones, quae partis adverſae. Turpiſſimum vero, non eodem ordine exequi, quo quidque propoſueris.

vero non. Sic Turic. Camp. Ioann. (tac. Gibſ.) Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Bad. quo acc. Baſ. Obr. Voſſ. 1. 2. *vero* etiam omittit Guelf. Reliqui inſerunt *eſt*.

eodem. Sic Turic. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. Obr. Reliqui *eo*.

ARGUMENTUM LIBRI V.

Aliquot praeceptores ſolum oratoris officium tradidiſſe DOCERE. Prooem. — 2. Plures praecipuum — 3. Unde hunc librum maxime neceſſarium — C. 1. Probationes inartificiales — C. 2. Praejudicia — 2. auctoritas pronunciantium, ſimilitudo rerum, quomodo refellantur — C. 3. Fama quomodo tractetur in utramque partem — C. 4. De tormentis generalia — 2. Propria cujusque litis — C. 5. Tabulas non refelli ſolum, ſed et accuſari, tractis ex cauſa argumentis, aut aliis probationibus aeque inartificialibus — C. 6. Jusjurandum offerentibus quid obſtet, quid proſit — 3. argumenta pro non recipientibus, deferentibus — 5. pro recuſantibus — 6. Seniorum praecepta — C. 7. Teſtimonia per tabulas data quomodo refellantur — 3. Et pro praeſentibus et contra eosdem aut actione aut interrogatione conſligi — 4. Loco communi contra genera, contra ſingulos — 7. Domitium Afrum rectiſſime poſtulaſſe interiorem cauſae notitiam — 9. Quomodo producendi teſtes voluntarii — 12. Vitandas eorum inſidias — 15. Ejus teſtis, cui denunciatum eſt, animum in reum ſi norit accuſator, iniquum — 17. propenſum — 20. Si ignoret — 22. Patronum erutam antea teſtis mentem et conditionem quomodo tractare oporteat oratione continua — 24. cauſas laedendi rei exponendas, in generibus teſtium, in ſingulis — 26. Patrono interroganti teſtem, primum eſt noſſe — 28. Tractandi ſingulos ratio unde maxime ſumatur — 29. Fortuna ſcite utendum in interrogando, et caute; nec unquam fraude — 33. Diverſa teſtimoniorum genera

inter se contendenda — 37. *Si quid defecerint, requirenda* — C. 8. *Artificiales probationes vulgo negligi* — 4. *Communia in omni argumentorum genere* — C. 9. *Signa differre ab argumentis* — 5. *Signa ad praecepta artis an pertineant* — 8. *non necessaria, ceteris adjuncta, valere* — 12. *Aliquam speciem signis proprie non subjectam, ut signa tractandam* — 15. *Prognostica* — C. 10. *Graecorum et Latinorum ratio in denominandis argumentis* — 9. *Vocabuli varii significatus* — 11. *Oportere esse aliquid in causa quod probatione non egeat* — 15. *Credibilium genera* — 20. *Argumentorum loci* — 23. *A persona, per certas species* — 32. *A rebus* — 33. *Quare aliquid factum sit* — 37. *Ubi* — 42. *Quando* — 49. *Facultates faciendi* — 52. *Modus, triplici quaestione* — 64. *Duci argumenta ex finitione, per genera, species, differentia, propria* — 62. *Ciceronis dissensus* — 63. *Divisione adjuvari finitionem* — 71. *Argumenta ex initio, incremento, summa* — 73. *Ex dissimilibus, contrariis, pugnantibus consequentibus* — 75. *Consequentia et sequentia* — 80. *Argumentatio a causis* — 86. *majora ex minoribus et vicissim* — 90. *nimis hoc secari in species* — 92. *Exempla, cum enumeratione locorum argumentationis* — 95. *A fictione quoque duci argumenta* — 100. *Nec sufficere et nocere nimiam praeceptorum superstitionem* — 104. *exemplis probatur* — 109. *Caute versandum in proponendo* — 119. *Et praeceptorum et oratorum propria utilitas* — 122. *Exercitatione plurimum profici* — C. 11. *Exemplorum extrinsecus adductorum varia appellatio et finitio* — 6. *Exemplum proprie vocatum, simile, dissimile, contrarium, ex majoribus ad minora et vicissim* — 17. *Ratio eorum, quae ex poëticis fabulis ducuntur* — 19. *Fabellae Aesopiae* — 22. *Similitudo* — 26. *Caute in ea versandum* — 30. *Nimia harum rerum partitio* — 32. *Juris similitudo* — 34. *Analogia* — 36. *Auctoritas* — 42. *Deorum* — 43. *Judicis, adversarii, agentis ex diverso. Male haec inartificialibus*

accenſeri — C. 12. *Dubiis quatenus uti poſſimus* — 4. *Quae ſingula ſint urgenda, quae univerſa* — 6. *Quaedam argumenta eſſe adjuvanda et per partes ducenda* — 8. *Parcendum argumentorum numero* — 9. *Probationes ductae ex affectibus* — 14. *Quo loco potentiſſima quaeque ponenda* — 15. *Se breviter demonſtraſſe quae fruſtra alii verboſius* — 17. *Vulgo nunc negligi probationem* — C. 13. *Refutatio duplex* — 2. *Quare difficilius defendere quam accuſare* — 4. *Deprecationem ſine ulla ſpecie defenſionis vix eſſe tentandam* — 7. *Silentio vix quidquam profici in rebus quae defendi nequeant* — 11. *Nunc plura ſimul, nunc ſingula invadenda* — 15. *Qualia facile refellantur* — 17. *Talia efficere adverſarii argumenta, eſſe oratoris* — 19. *Reliqua per conjecturam, finitionem, qualitatem, tractanda* — 22. *Diſſimilitudinem eorum, quae aſſumuntur ab adverſariis, ſedulo ſcrutandam; aut illa quoque ipſa reprehendenda* — 25. *Quam minime efficaciter referenda eſſe adverſarii dicta, nec unquam cum ſua confirmatione* — 28. *Interim totum crimen exponi, interim per partes* — 29. *Communia quomodo fiant contraria; quomodo inveniantur inter ſe pugnantia in actione adverſarii* — 34. *Vitioſe ab adverſario dicta facile reprehendi* — 36. *In contradictionibus nobis oppoſitis utrumque vitium fugiendum et praetereundi et ſuperſtitioſe refutandi* 37. *Agenti ex diverſo plerumque parcendum* — 42. *Non eſſe ſtultum adverſarium fingendum* — 45. *Contradictiones praeſumentem interdum dare de ſe reſpondentibus venuſtiſſimos luſus* — 49. *Poſſe tamen nonnunquam poni aliquid ſimile contradictioni* — 51. *Fiduciam prae ſe ferre debere oratorem* — 53. *Quo ordine confirmanda noſtra, refutanda aliena* — 56. *Adjuvandam probandi refutandique rationem viribus dicentis* — 59. *Inanem Theodorum inter et Apollodorum contentionem agitatam* — C. 14. *Enthymema et argumentum ſignificare et ejusdem elocutionem, eamque duplicem, ex conſequentibus, ex pugnantibus* — 5. *Epichirematis partium aliis alium numerum placere, ſibi ternarium*

— 10. *In his tribus non ſemper eandem formam eſſe* — 14. *Epichirema oratorum, ſyllogismum philoſophorum eſſe* — 17. *Nec omnes ſemper haſce partes poni, nec eodem ordine* — 20. *Quomodo occurratur his tribus* — 24. *Enthymematis et ſyllogismi differentia* — 27. *Non eſſe ſtipandam orationem hiſce dialecticis* — 33. *Ne ipſa quidem argumenta ſemper ornatu eſſe ſpolianda.*

M. FABII QUINTILIANI DE ORATORIA INSTITUTIONE LIBER QUINTUS.

PROOEMIUM.

Fuerunt, et clari quidem auctores, quibus ſolum videretur oratoris officium docere. Namque et affectus duplici ratione excludendos putabant: primum, quia vitium eſſet omnis animi perturbatio; deinde, quia judicem a veritate depelli miſericordia, vel

1. *quidem.* Turic. Guelf. Camp. *quidam* (quorum noviſſimus tranſponit etiam *quid. clari*) cum Alm. Voſſ. 3. et aliquot edd. ut Obr. Male profecto. cf. 4, 1, 43.

depelli. Turic. Camp. *pelli* cum Alm. Andr.

miſeric. — ſimilibusque non. Turic. *m. gratia ſ. n.* Camp. *m. gratia v. i. ſ. n.* cum Andr. Sed Bodl. *m. gratia ſ. rebus n.* Guelf. *m. v. i. aut ſimilibus n.* Equidem *gratiam* loco ſupereſſe cenſeo, quippe ſubjectam miſericordiae; unde tamen advenerit, adhuc requiro.

1. *clari — auctores.* Recte ad partes vocant Ariſtotelem Rhet. 1, 1, 4.

ſolum — docere. cf. 4, 5, 6.

a veritate depelli. Et falli, et injuſtum reddi. Ineſt enim *veritatis* vocabulo, etiam juſtitiae ſignificatio.

ira, ſimilibusque, non oporteret: et voluptatem audientium petere, cum vincendi tantum gratia diceretur, non modo agenti ſupervacuum, ſed vix etiam viro dignum, arbitrabantur. Plures vero, qui nec ab illis
69 ſine dubio partibus rationem orandi ſummoverent, hoc tamen proprium, atque praecipuum crederent opus, ſua confirmare, et, quae ex adverſo proponerentur, refutare. Utrumcunque eſt (neque enim hoc loco
5 meam interpono ſententiam), hic erit liber illorum opinione maxime neceſſarius, quo toto haec ſola tractantur: quibus ſane et ea, quae de judicialibus cauſis jam dicta ſunt, ſerviunt. Nam neque *prooemii*, neque *nar-*
4 *rationis* eſt alius uſus, quam ut judicem

et volupt. Turic. *nec v.* cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. Hoc in ſuis libris omnibus inventum correxit Regius. Bona ſcriptura eſt in Vall. ref. Badio, item in Guelf. Camp. Goth. aliisque fortaſſe qui tacentur.

ſed — dignum. Abſunt haec a Turic. et Alm. cf. 4, 5, 13 not. 1.

2. *ex adverſo.* Turic. om. ex cum Alm. Voſſ. 1. 3. Jenſ. (neque enim hic *e diverſo* ut refert Geſn.) et edd. ante Ald. exc. Ven. quae ſic: *adverſario* itidem ſine *ex.* Turic. tamen a ſec. manu *ab adverſo* pro quo Andr. *ab adverſario.* Goth. *e diverſo.* Noſtrum quod repoſuit Regius eſt in Guelf. Camp. aliisque fortaſſe multis ante Reg. *refutare.* Guelf. *infirmare*, ſolus. Mire! cf. Cic. de Or. 2, 27. *confirmare — infirmare.*

3. *Utrumcunque.* Turic. Camp. *Utrumque* cum Voſſ. 3. Bern. *neque en.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bern. Reliqui *nec e.* cf. 4, 2, 109. 5, 9, 6. *quo toto.* Turic. Camp. *quia t.* cum Alm.

3. *quae — jam dicta ſunt.* Libro tertio a nono inde capite.

praeparent: et ſtatus noſſe, atque ea, de quibus ſupra ſcripſimus, intueri, ſupervacuum foret, niſi ad hanc perveniremus. Denique ex quinque, quas iudicialis materiae fecimus, partibus, quaecunque alia poteſt aliquando neceſſaria cauſae non eſſe: lis nulla eſt, cui probatione opus non ſit. Ejus praecepta ſic optime diviſuri videmur, ut prius quae in commune ad omnes quaeſtiones pertinent, oſtendamus: deinde, quae in quoque cauſae genere propria ſunt, exequamur.

I. Ac prima quidem illa partitio, ab Ariſtotele tradita, conſenſum fere omnium

4. *praeparent.* Turic. *praeparentis* (a ſec. manu *praeparantis*) cum Alm. cf. § 1. not. 5. Sed haec varietas nihil adjuvat vid. not. ex. *ad hanc.*

5. *videmur.* Turic. Camp. *videamur* cum Alm.

quae in commune. Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Bern. edd. ante Gryph. et pluribus profecto quam memorantur Codd. Recentiores *in commune quae.*

4. *ea — ſupra ſcripſimus.* Reſpici maxime puto 3, 11 integrum,

intueri. Hoc verbo in primis delectatur Qu. ſignificatu improprio et ad animi curam translato, cujus formae exempla plurima miniſtrabit index. cf. 3, 11, 1 ubi idem in eodem loco.

ad hanc. Facile eſt, quid voluerit Qu., conjicere et ſubaudire vel, quod ſuadet Capper., *orationis partem*, vel *probationem.* Neque tamen orationis Quintilianeae integritatem et diligentiam hic quisquam agnoſcat. Quare excidiſſe arbitror vel ante vel poſt *praeparent* vocem hanc: *probationi*, quo deinde reſpiciet pronomen *hanc.* cf. 5, 7, 37. not. crit.

5. *quinque — partibus.* cf. 3, 9, 1. 4, pr. 6. 4, 5, 15.

in quoque cauſae genere. Cave hic de iis cogites cauſarum generibus quae habes 3, 3, 15. item 3, 4, 15. Significatur unum genus judiciale, cujus ſingulae cauſae in ſua genera digeruntur. cf. not. ad 4, 1, 40.

1. *Ariſtotele.* Rhetor. 1, 2, 2.

meruit, alias esse *probationes*, quas extra di-
570 cendi rationem acciperet orator; alias, quas ex causa traheret: ipse, et quodam modo gigneret. Ideoque illas ἀτέχνους, id est *inartificiales*; has ἐντέχνους, id est *artificiales*, vocaverunt. Ex illo priore genere sunt 2 *praejudicia*, *rumores*, *tormenta*, *tabulae*, *jusjurandum*, *testes*, in quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Sed, ut ipsa per se carent arte, ita summis eloquentiae viribus et allevanda sunt plerumque, et refellenda. Quare mihi videntur magnopere damnandi, qui totum hoc genus a praeceptis removerunt. Nec tamen in animo est, 5 omnia, quae aut pro his aut contra dici solent, complecti. Non enim communes

1. *probationes*. Turic. Camp. *propositiones* cum Bodl. Bal. Bern. Andr. Male. *has — artificiales*. Haec verba, a Regio rectissime suffecta, absunt a libris meis et scriptis et excusis ante Ald. nec profecto in ullo eorum, qui collati sunt, Codd. inveniuntur. Recte tamen recipiuntur, quia falsae in hisce conjecturae ne locus quidem est. cf. 5, 10, 14.

2. *vir. et all.* Turic. Camp. Guelf. omittunt *et* cum edd. a Stoerio inde usque ad Gesn. qui recte reposuit ex Goth. aliisque apud Burm. Habent *et* Jens. (tac. Gesn.) cum reliquis ante Stoer.

3. *quae aut pro*. Turic. Guelf. Camp. omittunt *aut* cum Goth. et edd. ante Basil. exc. Aldo. Male.

meruit. cf. 4, 2, 125.

2. *praejudicia — testes*. cf. Arist. l. c. et Cic. de Or. 2, 27. A Cicerone eleganter significari argumenta inartificialia, observat Ernestus ad or. pro Flacco c. 11. extr.

allevanda. „i. e. adjuvanda.“ Badius, rectissime.

3. *communes locos*. cf. 2, 1, 11. 2, 4, 27. Cic. de Inv. 2, 16. ad Herenn. 2, 6. 7. 8.

locos tradere deſtinamus, quod eſſet operis infiniti, ſed viam quandam atque rationem. Quibus demonſtratis, non modo in exequendo ſuas quisque vires debet adhibere, ſed etiam inveniendo ſimilia, ut quaeque conditio litium poſcet. Neque enim de omnibus cauſis dicere quisquam poteſt ſaltem praeteritis, ut taceam de futuris.

II. Jam *praejudiciorum* vis omnis tribus 37
in generibus verſatur: *Rebus*, quae aliquando *ex paribus cauſis* ſunt *judicatae*, quae *exempla* rectius dicuntur; ut *de reſciſſis patrum teſtamentis*, vel *contra filios confirmatis*: *Judiciis ad ipſam cauſam* pertinentibus, unde etiam nomen ductum eſt; qualia *in Oppianicum* facta dicuntur, et a ſenatu *adverſus Milonem*: aut, cum *de eadem cauſa*

viam. Turic. Guelf. Camp. *vim*. cum Alm. Bodl. Voſſ. 3. Bern. Andr. Goth. Jenſ. et edd. ante Gryph. Male cf. 2, 17, 41. 7 Praef. 4. 7, 2, 56. it. Cic. Brut. c. 12. de Divin. 2, 1. de Orat. 1, 19. de Finib. 2. 1.

1. *Jam*. Turic. *tam*. Guelf. *Tamen* cum Vall. Voſſ. 1. 3. Bern. Goth. Jenſ. pro quo Regius conjectura repoſuit *Nam* et hoc deinceps eſt in edd. ante Bad. qui noſtrum dedit primus, ex ingenio ut videtur; rectiſſime, et praeivit Camp. Nec obſcurum veterae ſcripturae veſtigium in Turic. Reliqui ſilentur.

vis — generibus. Turic. *de his omnibus in generibus* cum Alm. ſolo. cf. 5 Pr. 4.

quod eſſet. An *q. eſt*? cf. 1, 8, 5. Codd. non variant.

3. *inveniendo*. Non dubito quin ante hanc vocem exciderit *in*. cf. 4, 2, 122.

ſaltem. cf. 1, 1, 24. 6, 2, 19.

1. *in Oppianicum*. Cic. pro Cluent. c. 17. ſq. vid. et 4, 5, 11.

adv. Milonem. pro Mil. c. 5.

pronunciatum eſt, ut *in reis deportatis*, et *aſſertione ſecunda*, et *partibus centumviralium*, quae in duas haſtas diviſae ſunt. Confirmantur praecipue duobus: *auctoritate* a
572 eorum, qui pronunciaverunt, et *ſimilitudine* rerum, de quibus quaeritur: refelluntur autem raro per contumeliam judicum, niſi forte manifeſta in his culpa erit. Vult enim cognoſcentium quisque firmam eſſe alterius ſententiam, et ipſe pronunciaturus; nec libenter exemplum, quod in ſe fortaſſe reci-

2. *nec lib. ex.* Sic Turic. Guelf. Camp. Obr. Levi diſcrimine Goth. (tac. Geſn.) *non lib. ex.* Reliqui *ex. non lib.* ſublata poſt *pronunc.* diſtinctione. Ita *et non* dicitur pro *nec*,

in reis deportatis. Recte poſt Regium Geſnerus ablegat ad digeſt. 48, 22 titulum *de interdictis et relegatis et deportatis*, item 23 *de ſententiam paſſis et reſtitutis.*

aſſertione ſecunda. Qui injuſta ſervitute ſe teneri crederet, circumſpiciebat aſſertorem, in libertatem ſe vindicaturum in judicio; neque enim ipſe videbatur poſſe cauſam orare. Haec eſt cauſa liberalis. Qua ſi cecidiſſet aſſertor, poterat eadem iterum ac tertium agi. cf. 11, 1, 78. Hoc a Juſtiniano ſublatum vid. Codic. 7, 17, 1, 1. „illis „legibus quae dudum et ſe„cunda et tertia vice aſſer„torias lites examinari praeci„piebant, in poſterum con„quieſcentibus.“

partibus centumviralium. Ad genitivum intellige *cauſarum*, eoque refer quod ſequitur *quae*; quanquam vel *partes* potuerunt dici diviſae in *haſtas*, ſi mavis *centumvir. judiciorum.* Haſta, auctoritatis ſignum, judicium hic ſignificat. *Duplicia centumviralia* memorat noſter 11, 1, 78. item Plinius *quadruplicia* Epiſt. 1, 18, 3. 6, 33, 2. Diviſum hoc modo in plures haſtas centumvirale judicium de eadem judicabat re. De *centumviris* vide 4, 2, 5.

2. *et ipſe pronunc.* Cum ipſe quoque ſit pronunciaturus, ſuae mox ſententiae timet, ſi prioris judicis rata non fuerit.

exemplum. cf. 4, 1, 7.

ARGUMENTUM LIBRI V.

Aliquot praeceptores ſolum oratoris officium tradidiſſe DOCERE. *Prooem.* — 2. *Plures praecipuum* — 3. *Unde hunc librum, maxime neceſſarium* — C. 1. *Probationes inartificiales* — C. 2. *Praejudicia* — 2. *auctoritas pronunciantium, ſimilitudo rerum, quomodo refellantur* — C. 3. *Fama quomodo tractetur in utramque partem* — C. 4. *De tormentis generalia* — 2. *Propria cujusque litis* — C. 5. *Tabulas non refelli ſolum, ſed et accuſari, tractis ex cauſa argumentis, aut aliis probationibus aeque inartificialibus* — C. 6. *Jusjurandum offerentibus quid obſtet, quid proſit* — 3. *argumenta pro non recipientibus, deferentibus* — 5. *pro recuſantibus* — 6. *Seniorum praecepta* — C. 7. *Teſtimonia per tabulas data quomodo refellantur* — 3. *Et pro praeſentibus et contra eosdem aut actione aut interrogatione confligi* — 4. *Loco communi contra genera, contra ſingulos* — 7. *Domitium Afrum rectiſſime poſtulaſſe interiorem cauſae notitiam* — 9. *Quomodo producendi teſtes voluntarii* — 12. *Vitandas eorum inſidias* — 15. *Ejus teſtis, cui denunciatum eſt, animum in reum ſi norit accuſator, iniquum* — 17. *propenſum* — 20. *Si ignoret* — 22. *Patronum erutam antea teſtis mentem et conditionem quomodo tractare oporteat oratione continua* — 24. *cauſas laedendi rei exponendas, in generibus teſtium, in ſingulis* — 26. *Patrono interroganti teſtem, primum eſt noſſe* — 28. *Tractandi ſingulos ratio unde maxime ſumatur* — 29. *Fortuna ſcite utendum in interrogando, et caute; nec unquam fraude* — 33. *Diverſa teſtimoniorum genera*

inter se contendenda — 37. *Si qua defecerint, requirenda* — C. 8. *Artificiales probationes vulgo negligi* — 4. *Communia in omni argumentorum genere* — C. 9. *Signa differre ab argumentis* — 5. *Signa ad praecepta artis an pertineant* — 8. *non necessaria, ceteris adjuncta, valere* — 12. *Aliquam speciem signis propria non subjectam, ut signa tractandam* — 15. *Prognostica* — C. 10. *Graecorum et Latinorum ratio in denominandis argumentis* — 9. *Vocabuli varii significatus* — 11. *Oportere esse aliquid in causa quod probatione non egeat* — 15. *Credibilium genera* — 20. *Argumentorum loci* — 23. *A persona, per sortas species* — 32. *A rebus* — 33. *Quare aliquid factum sit* — 37. *Ubi* — 42. *Quando* — 49. *Facultates faciendi* — 52. *Modus, triplici quaestione* — 64. *Duci argumenta ex finitione, per genera, species, differentia, propria* — 62. *Ciceronis dissensus* — 63. *Divisione adjuvari finitionem* — 71. *Argumenta ex initio, incremento, summa* — 73. *Ex dissimilibus, contrariis, pugnantibus consequentibus* — 75. *Consequentia et sequentia* — 80. *Argumentatio a causis* — 86. *majora ex minoribus et vicissim* — 90. *nimis hoc secari in species* — 92. *Exempla, cum enumeratione locorum argumentationis* — 95. *A fictione quoque duci argumenta* — 100. *Nec sufficere et nocere nimiam praeceptorum superstitionem* — 104. *exemplis probatur* — 109. *Caute versandum in proponendo* — 119. *Et praeceptorum et oratorum propria utilitas* — 122. *Exercitatione plurimum profici* — C. 11. *Exemplorum extrinsecus adductorum varia appellatio et finitio* — 6. *Exemplum propria vocatum, simile, dissimile, contrarium, ex majoribus ad minora et vicissim* — 17. *Ratio eorum, quae ex poëticis fabulis ducuntur* — 19. *Fabellae Aesopiae* — 22. *Similitudo* — 26. *Caute in ea versandum* — 50. *Nimia harum rerum partitio* — 32. *Juris similitudo* — 34. *Analogia* — 36. *Auctoritas* — 42. *Deorum* — 43. *Judicis, adversarii, agentis ex diverso. Male haec inartificialibus*

accenſari — C. 12. *Dubiis quatenus uti poſſimus* — 4. *Quae ſingula ſint urgenda, quae univerſa* — 6. *Quaedam argumenta eſſe adjuvanda et per partes ducenda* — 8. *Parcendum argumentorum numero* — 9. *Probationes ductae ex affectibus* — 14. *Quo loco potentiſſima quaeque ponenda* — 15. *Se breviter demonſtraſſe quae fruſtra alii verboſius* — 17. *Vulgo nunc negligi probationem* — C. 13. *Refutatio duplex* — 2. *Quare difficilius defendere quam accuſare* — 4. *Deprecationem ſine ulla ſpecie defenſionis vix eſſe tentandam* — 7. *Silentio vix quidquam profici in rebus quae defendi nequeant* — 11. *Nunc plura ſimul, nunc ſingula invadenda* — 15. *Qualia facile refellantur* — 17. *Talia effiçere adverſarii argumenta, eſſe oratoris* — 19. *Reliqua per conjecturam, finitionem, qualitatem, tractanda* — 22. *Diſſimilitudinem eorum, quae aſſumuntur ab adverſariis, ſedulo ſcrutandam; aut illa quoque ipſa reprehendenda* — 25. *Quam minime efficaciter referenda eſſe adverſarii dicta, nec unquam cum ſua confirmatione* — 28. *Interim totum crimen exponi, interim per partes* — 29. *Communia quomodo fiant contraria; quomodo inveniantur inter ſe pugnantia in actione adverſarii* — 34. *Vitioſe ab adverſario dicta facile reprehendi* — 36. *In contradictionibus nobis oppoſitis utrumque vitium fugiendum et praetereundi et ſuperſtitioſe refutandi* 37. *Agenti ex diverſo plerumque parcendum* — 42. *Non eſſe ſtultum adverſarium fingendum* — 45. *Contradictiones praeſumentem interdum dare de ſe reſpondentibus venuſtiſſimos luſus* — 49. *Poſſe tamen nonnunquam poni aliquid ſimile contradictioni* — 51. *Fiduciam prae ſe ferre debere oratorem* — 53. *Quo ordine confirmanda noſtra, refutanda aliena* — 56. *Adjuvandam probandi refutandique rationem viribus dicentis* — 59. *Inanem Theodorum inter et Apollodorum contentionem agitatam* — C. 14. *Enthymema et argumentum ſignificare et ejusdem elocutionem, eamque duplicem, ex conſequentibus, ex pugnantibus* — 5. *Epichirematis partium aliis alium numerum placere, ſibi ternarium*

— 10. *In his tribus non ſemper eandem formam eſſe* — 14. *Epichirema oratorum, ſyllogismum philoſophorum eſſe* — 17. *Nec omnes ſemper haſce partes poni, nec eodem ordine* — 20. *Quomodo occurratur his tribus* — 24. *Enthymematis et ſyllogismi differentia* — 27. *Non eſſe ſtipandam orationem hiſce dialecticis* — 33. *Ne ipſa quidem argumenta ſemper ornatu eſſe ſpolianda.*

DE

ORATORIA INSTITUTIONE

LIBER QUINTUS.

PROOEMIUM.

Fuerunt, et clari quidem auctores, quibus ſolum videretur oratoris officium docere. Namque et affectus duplici ratione excludendos putabant: primum, quia vitium eſſet omnis animi perturbatio; deinde, quia judicem a veritate depelli miſericordia, vel

1. *quidem.* Turic. Guelf. Camp. *quidam* (quorum noviſſimus tranſponit etiam *quid. clari*) cum Alm. Voſſ. 5. et aliquot edd. ut Obr. Male profecto. cf. 4, 1, 43.

depelli. Turic. Camp. *pelli* cum Alm. Andr.

miſeric. — ſimilibusque non. Turic. *m. gratia ſ. n.* Camp. *m. gratia v. i. ſ. n.* cum Andr. Sed Bodl. *m. gratia ſ. rebus n.* Guelf. *m. v. i. aut ſimilibus n.* Equidem *gratiam* loco ſupereſſe cenſeo, quippe ſubjectam miſericordiae; unde tamen advenerit, adhuc requiro.

1. *clari — auctores.* Recte ad partes vocant Ariſtotelem Rhet. 1, 1, 4.

ſolum — docere. cf. 4, 5, 6.

a veritate depelli. Et falli, et injuſtum reddi. Ineſt enim *veritatis* vocabulo, etiam juſtitiae ſignificatio.

ira, ſimilibusque, non oporteret: et voluptatem audientium petere, cum vincendi tantum gratia diceretur, non modo agenti ſupervacuum, ſed vix etiam viro dignum, arbitrabantur. Plures vero, qui nec ab illis
69 ſine dubio partibus rationem orandi ſummoverent, hoc tamen proprium atque praecipuum crederent opus, ſua confirmare, et quae ex adverſo proponerentur, refutare. Utrumcunque eſt (neque enim hoc loco meam interpono ſententiam), hic erit liber illorum opinione maxime neceſſarius, quo toto haec ſola tractantur: quibus ſane et ea, quae de judicialibus cauſis jam dicta ſunt, ſerviunt. Nam neque *prooemii*, neque *nar-*4 *rationis* eſt alius uſus, quam ut judicem

et volupt. Turic. *nec v.* cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. Hoc in ſuis libris omnibus inventum correxit Regius. Bona ſcriptura eſt in Vall. ref. Badio, item in Guelf. Camp. Goth. aliisque fortaſſe qui tacentur.

ſed — dignum. Abſunt haec a Turic. et Alm. cf. 4, 5, 13 not. 1.

2. *ex adverſo.* Turic. om. ex cum Alm. Voſſ. 1. 3. Jenſ. (neque enim hic *e diverſo* ut refert Geſn.) et edd. ante Ald. exc. Ven. quae ſic: *adverſario* itidem ſine *ex.* Turic. tamen a ſec. manu *ab adverſo* pro quo Andr. *ab adverſario.* Goth. *e diverſo.* Noſtrum quod repoſuit Regius eſt in Guelf. Camp. aliisque fortaſſe multis ante Reg. *refutare.* Guelf. *infirmare*, ſolus. Mire! cf. Cic. de Or. 2, 27. *confirmare — infirmare.*

3. *Utrumcunque.* Turic. Camp. *Utrumque* cum Voſſ. 3. Bern. *neque en.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bern. Reliqui *nec e.* cf. 4, 2, 109. 5, 9, 6. *quo toto.* Turic. Camp. *quia t.* cum Alm.

3. *quae — jam dicta ſunt.* Libro tertio a nono inde capite.

praeparent: et ſtatus noſſe, atque ea, de quibus ſupra ſcripſimus, intueri, ſupervacuum foret, niſi ad hanc perveniremus. Denique ex quinque, quas judicialis materiae fecimus, partibus, quaecunque alia poteſt aliquando neceſſaria cauſae non eſſe: lis nulla eſt, cui probatione opus non ſit. Ejus praecepta ſic optime diviſſuri videmur, ut prius quae in commune ad omnes quaeſtiones pertinent, oſtendamus: deinde, quae in quoque cauſae genere propria ſunt, exequamur.

I. Ac prima quidem illa partitio, ab Ariſtotele tradita, conſenſum fere omnium

4. *praeparent.* Turic. *praeparentis* (a ſec. manu *praeparantis*) cum Alm. cf. § 1. not. 5. Sed haec varietas nihil adjuvat vid. not. ex. *ad hanc.*

5. *videmur.* Turic. Camp. *videamur* cum Alm.

quae in commune. Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Bern. edd. ante Gryph. et pluribus profecto quam memorantur Codd. Recentiores *in commune quae.*

4. *ea — ſupra ſcripſimus.* Reſpici maxime puto 3, 11 integrum,

intueri. Hoc verbo in primis delectatur Qu. ſignificatu improprio et ad animi curam translato, cujus formae exempla plurima miniſtrabit index. cf. 3, 11, 1 ubi idem in eodem loco.

ad hanc. Facile eſt, quid voluerit Qu., conjicere et ſubaudire vel, quod ſuadet Capper., *orationis partem,* vel *probationem.* Neque tamen orationis Quintilianeae integritatem et diligentiam hic quisquam agnoſcat. Quare excidiſſe arbitror vel ante vel poſt *praeparent* vocem hanc: *probationi,* quo deinde reſpiciet pronomen *hanc.* cf. 5, 7, 37. not. crit.

5. *quinque — partibus.* cf. 3, 9, 1. 4, pr. 6. 4, 5, 15.

in quoque cauſae genere. Cave hic de iis cogites cauſarum generibus quae habes 3, 3, 15. item 3, 4, 15. Significatur unum genus judiciale, cujus ſingulae cauſae in ſua genera digeruntur. cf. not. ad 4, 1, 40.

1. *Ariſtotele.* Rhetor. 1, 2, 2.

meruit, alias esse *probationes*, quas extra dicendi rationem acciperet orator; alias, quas ex causa traheret ipse, et quodam modo gigneret. Ideoque illas ἄτεχνους, id est *inartificiales*; has ἐντέχνους, id est *artificiales*, vocaverunt. Ex illo priore genere sunt *praejudicia*, *rumores*, *tormenta*, *tabulae*, *jusjurandum*, *testes*, in quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Sed, ut ipsa per se carent arte, ita summis eloquentiae viribus et allevanda sunt plerumque, et refellenda. Quare mihi videntur magnopere damnandi, qui totum hoc genus a praeceptis removerunt. Nec tamen in animo est, omnia, quae aut pro his aut contra dici solent, complecti. Non enim communes

1. *probationes*. Turic. Camp. *propositiones* cum Bodl. Bal. Bern. Andr. Male. *has — artificiales*. Haec verba, a Regio rectissime suffecta, absunt a libris meis et scriptis et excusis ante Ald. nec profecto in ullo eorum, qui collati sunt, Codd. inveniuntur. Recte tamen recipiuntur, quia falsae in hisce conjecturae ne locus quidem est. cf. 5, 10, 14.

2. *vir. et all.* Turic. Camp. Guelf. omittunt *et* cum edd. a Stoerio inde usque ad Gesn. qui recte reposuit ex Goth. aliisque apud Burm. Habent *et* Jens. (tac. Gesn.) cum reliquis ante Stoer.

3. *quae aut pro*. Turic. Guelf. Camp. omittunt *aut* cum Goth. et edd. ante Basil. exc. Aldo. Male.

meruit. cf. 4, 2, 125.

2. *praejudicia — testes*. cf. Arist. l. c. et Cic. de Or. 2, 27. A Cicerone eleganter significari argumenta inartificialia, observat Ernestus ad or. pro Flacco c. 11. extr.

allevanda. „i. e. adjuvanda.“ Badius, rectissime.

3. *communes locos*. cf. 2, 1, 11, 2, 4, 27. Cic. de Inv. 2, 16. ad Herenn. 2, 6. 7. 8.

locos tradere deſtinamus, quod eſſet operis infiniti, ſed viam quandam atque rationem. Quibus demonſtratis, non modo in exequendo ſuas quisque vires debet adhibere, ſed etiam inveniendo ſimilia, ut quaeque conditio litium poſcet. Neque enim de omnibus cauſis dicere quisquam poteſt ſaltem praeteritis, ut taceam de futuris.

II. Jam *praejudiciorum* vis omnis tribus 37
in generibus verſatur: *Rebus*, quae aliquando *ex paribus cauſis* ſunt *judicatae*, quae *exempla* rectius dicuntur; ut *de reſciſſis patrum teſtamentis*, vel *contra filios confirmatis*: *Judiciis ad ipſam cauſam* pertinentibus, unde etiam nomen ductum eſt; qualia *in Oppianicum* facta dicuntur, et a ſenatu *adverſus Milonem*: aut, cum *de eadem cauſa*

viam. Turic. Guelf. Camp. *vim.* cum Alm. Bodl. Voſſ. 3. Bern. Andr. Goth. Jenſ. et edd. ante Gryph. Male cf. 2, 17, 41. 7 Praef. 4. 7, 2, 56. it. Cic. Brut. c. 12. de Divin. 2, 1. de Orat. 1, 19. de Finib. 2. 1.

1. *Jam.* Turic. *tam.* Guelf. *Tamen* cum Vall. Voſſ. 1. 3. Bern. Goth. Jenſ. pro quo Regius conjectura repoſuit *Nam* et hoc deinceps eſt in edd. ante Bad. qui noſtrum dedit primus, ex ingenio ut videtur; rectiſſime, et praeivit Camp. Nec obſcurum verae ſcripturae veſtigium in Turic. Reliqui ſilentur.

vis — generibus. Turic. *de his omnibus in generibus* cum Alm. ſolo. cf. 5 Pr. 4.

quod eſſet. An *q. eſt*? cf. 1, 8, 5. Codd. non variant.

3. *inveniendo.* Non dubito quin ante hanc vocem exciderit *in.* cf. 4, 2, 122.

ſaltem. cf. 1, 1, 24. 6, 2, 19.

1. *in Oppianicum.* Cic. pro Cluent. c. 17. ſq. vid. et 4, 5, 11.

adv. Milonem. pro Mil. c. 5.

pronunciatum eſt, ut *in reis deportatis*, et *aſſertione ſecunda*, et *partibus centumviralium*, quae in duas haſtas diviſae ſunt. Confirmantur praecipue duobus: *auctoritate* a
372 eorum, qui pronunciaverunt, et *ſimilitudine* rerum, de quibus quaeritur: refelluntur autem raro per contumeliam judicum, niſi forte manifeſta in his culpa erit. Vult enim cognoſcentium quisque firmam eſſe alterius ſententiam, et ipſe pronunciaturus; nec libenter exemplum, quod in ſe fortaſſe reci-

2. *nec lib. ex.* Sic Turic. Guelf. Camp. Obr. Levi diſcrimine Goth. (tac. Geſn.) *non lib. ex.* Reliqui *ex. non lib.* ſublata poſt *pronunc.* diſtinctione. Ita *et non* dicitur pro *nec*,

in reis deportatis. Recte poſt Regium Geſnerus ablegat ad digeſt. 48, 22 titulum *de interdictis et relegatis vt deportatis*, item 25 *de ſententiam paſſis et reſtitutis.*

aſſertione ſecunda. Qui injuſta ſervitute ſe teneri crederet, circumſpiciebat aſſertorem, in libertatem ſe vindicaturum in judicio; neque enim ipſe videbatur poſſe cauſam orare. Haec eſt cauſa liberalis. Qua ſi cecidiſſet aſſertor, poterat eadem iterum ac tertium agi. cf. 11, 1, 78. Hoc a Juſtiniano ſublatum vid. Codic. 7, 17, 1, 1. „illis „legibus quae dudum et ſe„cunda et tertia vice aſſer„torias lites examinari praeci„piebant, in poſterum con„quieſcentibus.“

partibus centumviralium. Ad genitivum intellige *cauſarum*, eoque refer quod ſequitur *quae*; quanquam vel *partes* potuerunt dici diviſae in *haſtas*, ſi mavis *centumvir. judiciorum.* Haſta, auctoritatis ſignum, judicium hic ſignificat. *Duplicia centumviralia* memorat noſter 11, 1, 78. item Plinius *quadruplicia* Epiſt. 1, 18, 3. 6, 33, 2. Diviſum hoc modo in plures haſtas centumvirale judicium de eadem judicabat re. De *centumviris* vide 4, 2, 5.

2. *et ipſe pronunc.* Cum ipſe quoque ſit pronunciaturus, ſuae mox ſententiae timet, ſi prioris judicis rata non fuerit.

exemplum. cf. 4, 1, 7.

3 dat, facit. Confugiendum ergo eſt in duobus ſuperioribus, ſi res feret, ad aliquam diſſimilitudinem cauſae. (Vix autem ulla eſt per omnia alteri ſimilis.) Si id non continget, aut eadem cauſa erit, actionum incu-

parum quidem noſtro uſitatę. In noſtra ratione *et ipſe* eſt *ipſe quoque*. vid. not. ex.

3. *aut — actionum.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (turbante aliquid Geſn.) cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. et edd. ante Ald. In ſuis Codd. dormitatum a Gibſ. qui *aut* affert ex Bodl. Bal. de reliqua varietate tacet. Aldus ex Regii conjectura — *actorum*; a Badio inde jam omnes exprimunt Regii conſtitutionem, ex ingenio factam: *ac eadem cauſa erit, aut actorum. Ac* ante vocalem diu eſt cum ſuſpectum fuit VV. DD. ut Drakenb. ad Liv. 10, 36, 17. Erneſto in Clave Cic. item ſaepe in notis, ut Philipp. 11, 3 not. 14. Oudendorpio ad Sueton. Caeſ. c. 26. not. 4. et ſaepiſſime tam ad Suet. quam ad Appul. velut p. 47. 79. 87. 98 cett. Burmanno Secundo Anthol. Vol. 1. p. 437. Ruhnkenio ad Vellej. 2, 105, 2. 2, 125, 5. Luculentum evitatae cacophoniae exemplum habes Cic. pro Balbo c. 3. „non contra *ac* liceret — ſed contra *atque* „oporteret." Goth. (tac. Geſn.) apud noſtrum 4, 5, 22 pro aliorum *aut etiam* vitioſe *ac etiam*. vid. et 6, 2, 7. Item 11, 2, 41 Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Jenſ. *ac infinitum* pro *ad inf.* Aliquot ejusmodi errores, adhuc obſidentes Quintilianum, nobis erunt emendandi (cf. 5, 14, 17). Alterum *aut* ante *act.* quod omnibus, ut dixi, abeſt Codd. tanto facilius invehebat Regius, qui ſuo loco prius deturbaſſet.

3. *aut eadem cauſa erit.* His verbis tertium praejudiciorum genus deſignat, quod majore etiam arte indiget ad refellendum; „*duo ſuperiora*" modo memorata ſunt „res ex „paribus cauſis judicatae" et „judicia ad ipſam cauſam per„tinentia."

actionum — perſonarum. De *actione* cf. 4, 1, 32. 6, 4, 4. 3, 6, 69 not. ex. *secidiſſe — formula.* Eſt enim idem ac formula. Bona cauſa litigator cecidiſſe poteſt dici propterea quod prava actionis formula comprehenſa fuerit ejus cauſa a patrono. Huic ſubjungitur *perſona*, ipſa etiam abſtracti (ut cum ſchola loquar) ſignificatu pro conditione, ſtatu, ſi mulier, pupillus fuerit, qui cauſa cecidit. Neque enim cogimur recentiorem illam

on, etiam innocentiſſimo, poſſit acci-
de inimicorum, falſa vulgantium.
inque non deerunt.

tormentis quoque, qui eſt
us: cum pars altera quae-
neceſſitatem, vocet, al-
ſam falſa dicendi, quod
ile mendacium faciat, aliis
neceſſarium. Quid attinet de his
Plenae ſunt orationes veterum ac

c. III. *vulgantium.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *vulgarium* cum edd. ante Ald. Noſtrum rectiſſime repoſuit Regius, cui obloqui Badium non attinebat, qui hoc ipſum in margine Vallenſis aſcriptum narrat.

1. *plura? Plenae.* Turic. Camp. inſerunt *quibus* quanquam ille a prima manu pro eo *quid.* Non prorſus ſobrietatem Quintilianeam ſapere mihi videtur abrupta reliquorum oratio ſine *quibus.*

ſed ad omne hoc *famam atque rumores.* cf. 4, 2, 3. 5, 14, 1. 6, 2, 30.

1. *cauſam falſa dicendi.* Ad convellendam tormentorum auctoritatem egregie facit locus, quem apponit Geſnerus Cic. pro Sulla. c. 28. „Quae„ſtiones nobis ſervorum ac „tormenta minitatur: in qui„bus quanquam nihil periculi „ſuſpicamur; tamen illa tor„menta gubernat dolor, mo„deratur natura cujusque „tum animi, tum corporis, „regit quaeſitor, flectit libido, „corrumpit ſpes, infirmat me„tus, ut in tot rerum angu„ſtiis nihil veritati loci relin„quatur. Vita P. Sullae tor„queatur: ex ea quaeratur" cet. cf. Ulpian. Digeſt. 48, 18, 1, 23 indicante Pſeudo-Turnebo, ſed ex Regio. Ad Digeſtorum locum Gothofredus praeter noſtrum citat Cornif. ad Herenn. 2, 7. Cic. Partitt. 14. Valer. Max. 8, 4. Aelian. Var. hiſt. 7, 18. item noſtrum 5, 10, 70. Quod autem ponit ex Ciceronis de inventione lib. 2. „Ex quae„ſtione ſuſpicioſior veritas" adhuc fruſtra quaerebam. Adde Ariſtot. Rhet. 1, 15, 26.

Plenae — novorum. Exempla dat Geſnerus pro Roſc. Am. c. 41. 42. pro Milone

Rogandi etiam judices, ut rem potius intueantur ipſam, quam jurijuvando alieno ſuum donent. Adverſus conſulta autem ſenatus, et decreta principum vel magiſtratuum, remedium nullum eſt, niſi aut inventa quantulacunque cauſae differentia, aut aliqua vel eorundem, vel ejusdem poteſtatis hominum, poſterior conſtitutio, quae ſit priori contraria: quae ſi deerunt, lis non erit.

III. *Famam* atque *rumores* pars altera 37
conſenſum civitatis, et velut publicum teſtimonium vocat: altera ſermonem, ſine ullo certo auctore diſperſum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas: quod

5. *inventa quantulacunque.* Turic. Camp. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) *i. quantulumcunque* cum Voſſ. 1. 3. Bern. et edd. ante Bad. niſi quod Ald. etiam *inventae* pro *inventa*, in utraque. Ferri nequit quamvis trahas ad *remedium*.

eorund. vel ejusdem pot. Turic. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *eorund. pot.* cum Alm. Voſſ. 1. 3. et edd. ante Ald. Refert Geſn. omittere Goth. *vel eorundem*, ſed ſuſpicor et ipſum et me dormitaſſe, cum abeſſet quod a reliquis: *vel ejusdem*.

„intuliſſet" i. e. Clodium. cf. 4, 2, 88. Catilina et incesti reus fuit A. U. C. 682 L. Gellio Poplicola et Cn. Cornelio Lentulo coſſ., et repetundarum A. U. C. 688 M' Aemilio Lepido et L. Volcatio Tullo coſſ. Prius periculum evaſit propter Terentiae, Ciceronis uxoris, gratiam, cujus ſorori Fabiae Veſtali Catilina objiciebatur; alterum praevaricante accuſatore Clodio. vid. Cic. in fragm. apud Aſc. Pedianum in Orat. Cic. contra C. Antonium p. 145. 151. item Cic. de Haruſp. reſp. c. 20. quanquam ſpuriae orationis ſolius nulla auctoritas.

5. *poteſtatis.* cf. 4, 5, 10.

c. III. *quod.* referendum hoc non quidem ad *ſermonem*

nulli non, etiam innocentiſſimo, poſſit accidere fraude inimicorum, falſa vulgantium. Exempla utrinque non deerunt.

IV. Sicut *in tormentis* quoque, qui eſt locus frequentiſſimus: cum pars altera quaeſtionem, verâ fatendi neceſſitatem, vocet, altera ſaepe etiam cauſam falſa dicendi, quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas neceſſarium. Quid attinet de his plura? Plenae ſunt orationes veterum ac

c. III. *vulgantium.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *vulgarium* cum edd. ante Ald. Noſtrum rectiſſime repoſuit Regius, cui obloqui Badium non attinebat, qui hoc ipſum in margine Vallenſis aſcriptum narrat.

1. *plura? Plenae.* Turic. Camp. inſerunt *quibus* quamquam ille a prima manu pro eo *quid.* Non prorſus ſobrietatem Quintilianeam ſapere mihi videtur abrupta reliquorum oratio ſine *quibus.*

ſed ad omne hoc *famam atque rumores.* cf. 4, 2, 3. 5, 14, 1. 6, 2, 30.

1. *cauſam falſa dicendi.* Ad convellendam tormentorum auctoritatem egregie facit locus, quem apponit Geſnerus Cic. pro Sulla. c. 28. „Quae„ſtiones nobis ſervorum ac „tormenta minitatur: in qui„bus quamquam nihil periculi „ſuſpicamur; tamen illa tor„menta gubernat dolor, mo„deratur natura cujusque „tum animi, tum corporis, „regit quaeſitor, flectit libido, „corrumpit ſpes, infirmat me„tus, ut in tot rerum angu„ſtiis nihil veritati loci relin„quatur. Vita P. Sullae tor„queatur: ex ea quaeratur" cet. cf. Ulpian. Digeſt. 48, 18, 1, 23. indicante Pſeudo-Turnebo, ſed ex Regio. Ad Digeſtorum locum Gothofredus praeter noſtrum citat Cornif. ad Herenn. 2, 7. Cic. Partitt. 14. Valer. Max. 8, 4. Aelian. Var. hiſt. 7, 18. item noſtrum 5, 10, 70. Quod autem ponit ex Ciceronis de inventione lib. 2. „Ex quae„ſtione ſuſpicioſior veritas" adhuc fruſtra quaerebam. Adde Ariſtot. Rhet. 1, 15, 26.

Plenae — novorum. Exempla dat Geſnerus pro Roſc. Am. c. 41. 42. pro Milone

novorum. Quaedam tamen in hac parte erunt propria cujusque litis. Nam, ſive de habenda quaeſtione agetur, plurimum interęrit, *quis*, et *quem poſtulet*, aut *offerat*? et *in quem*, et *ex qua cauſa*? ſive jam erit habita, *quis ei praefuerit*? *quis*, et *quomodo ſit tortus*? *incredibilia dixerit*, *an inter ſe conſtantia*? *perſeveraverit in eo*, *quod coeperat*, *an aliquid dolore mutarit*? *prima parte quaeſtionis*, *an procedente cruciatu*? Quae utrinque tam infinita ſunt, quam ipſa rerum varietas.

V. Contra *tabulas* quoque ſaepe dictum, ſaepe dicendum eſt, cum eas non ſolum refelli, ſed etiam accuſari, ſciamus eſſe uſi-

2. *incredibilia*. Turic. Camp. *an incredibilia*, ex Alm. *an incredibile*. Reliqui *an credibilia*. Apparet *incr.* recte ſcribi, ſed ſequente mox altero *an* prius hic debebat omitti. Sic Senec. Quaeſt. Nat. 2, 14. „an aër an hic jam“ expunge prius *an*. Alibi quoque *an* et *in* ſibi officiunt invicem. cf. 2, 4, 37. Apud Senecam Quaeſt. Nat. l. 3. praef. (p. Bip. 229) pro *an ſuperabile* lege *an inſuperabile*, item l. 3. c. 26. (p. 253.) *an idem* pro *an in idem*. cf. 5, 13, 11.

1. *ſaepe dictum*. Turic. Camp. omittunt cum Alm. Sed Guelf. *ſaepe dicendum* non habet. Poteras ſane in doctrinali opere carere iſtis hiſtoricis *ſaepe dictum*, ſed numerus libb. perſuadet. *eſt, cum*. Turic. inſerit *quod*, Alm. *quid*. Camp. pro *cum* dat *quod*, nec ullius eorum rationem aſſequor.

accuſari. Camp. *recuſari*. Male.

c. 21. 22. De *veteribus* et *novis* cf. 4, 2, 118.

1. *Contra tabulas*. Contra tabulas locus eſt Cic. pro Arch. c. 4. 5. pro tabulis in Verr. 2, 76. 77. citante Geſn. adde Ariſtot. Rhet. 1, 15, 20 — 25.

refelli accuſari. Non tantum amoliri ſolent tabulas ſed ultro in criminis loco habere, ut ſuppoſitas.

tatum. Cum sit autem in his aut *scelus* signatorum, aut *ignorantia*: tutius ac facilius id, quod secundo loco diximus, tractatur, quo pauciores rei fiunt. Sed hoc ipsum[2] argumenta ex causa trahit, si forte aut incredibile est, id actum esse, quod tabulae continent; aut (quod frequentius evenit) aliis probationibus aeque inartificialibus solvitur; si aut is, in quem signatum est, aut aliquis signator dicitur abfuisse, vel prius esse defunctus; si tempora non congruunt; si vel antecedentia vel insequentia tabulis repugnant. *Inspectio* ipsa saepe etiam falsum deprehendit.

575 VI. *Jusjurandum*[1] litigatores aut *offerunt* suum, aut *non recipiunt* oblatum: aut ab adversario *exigunt*, aut *recusant*, cum ab ipsis exigatur. *Offerre* suum sine illa condi-

quo pauciores. Sic Camp. et a secunda manu Turic. a priore enim *quod*, et hoc est in omnibus reliquis. Sed Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Leid. praeterea inserunt *scilicet*. Male.

2. *aut (quod.* Sic Camp. et Turic. a sec. manu. Nam hic a priore *aut freq.* inde natum arbitror quod reliqui dant omnes *aut ut fr.* cf. 5, 12, 14.

1. *recipiunt.* Jens. (tac. Gesn.) *respuunt* posterioresque edd. ante Bad. Male. *sine illa.* Turic. Guelf. Camp. *s. alla* cum edd. ante Ald. Recepta ex sola Regii conjectura.

2. *hoc ipsum — trahit. Hoc ipsum* est omne refellendi et accusandi tabulas negotium; *ex causa habere argumenta* dicitur ne quis generalia hic expectet praecepta.

1. *Jusjurandum.* cf. Aristot. Rhet. 1, 15, 27 ad fin. item, monente Philandro, Rhet. ad Alex. p. Buhl. 85. De jurejurando vid. Digest. 12, 2.

tione, ut vel adverſarius juret, fere improbum eſt. Qui tamen id faciet, aut vita ſe tuebitur, ut eum non ſit credibile pejeraturum; aut ipſa vi religionis (in qua plus fidei conſequetur, ſi id egerit, ut non cupide ad hoc deſcendere, ſed ne hoc quidem recuſare videatur); aut, ſi cauſa patietur, modo litis, propter quam devoturus ſe ipſe non fuerit: aut praeter alia cauſae inſtrumenta adjicit ex abundanti hanc quoque conſcientiae ſuae fiduciam. Qui *non recipiet*, et iniquam conditionem, et a multis contemni jurisjurandi

2. *pejeraturum.* Turic. Jenſ. (tac. Geſn.) ab eoque edd. ante Ald. quo acc. Bad. *pejerare* cum Alm. *conſequetur.* Turic. Camp. Guelf. *conſequitur* cum Goth. aliquot Codd. et edd. ante Bad. *patietur, modo.* Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) edd. ante Gryph. Reliqui *modo patietur.* Unus Baſil. *modo* bis ponit et ante et poſt *patietur.* Male. *aut praeter.* Sic Turic. cum Alm. cf. 5, 2, 4. Reliqui inſerunt *ſi.* Hoc omnem orationem turbat; refertur enim hoc *aut* ad priora illa „aut vita ſe tuebitur — aut — „modo litis — aut — adjicit.“ ubi vides nullum τῷ *ſi* eſſe locum. Fateor pro *adjicit* in hac ſtructura melius videri *adjiciet*, ſed hoc nusquam reperio. *inſtrumenta.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) edd. ante Ald. *inſtrumentum* cum Alm. Vall. Voſſ. 1. 3. et multis profecto qui tacentur; nullo, quantum quidem video, ſenſu.

ſuae. Turic. Camp. *noſtrae.* Ex compendio *nrae.* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Ald. acc. Bad. omittunt pronomen.

2. *modo litis* h. e. tuebitur ſe tenuitate et levitate litis, propter quam in deorum iram incurrere nemo voluerit.

inſtrumenta. cf. 4, 2, 55.

ex abundanti. cf. 4, 5, 15.

3. *iniquam conditionem.* Si ipſe argumentis plurimis et probationibus operoſe rem gerat, alter jurando defungatur. Mox idem fere eſt quod dicitur „velle. de cauſa ſua pro„nunciare.“

metum dicet: cum etiam philoſophi quidam ſint reperti, qui deos agere rerum humanarum curam negarent: eum vero: qui nullo
876 deferente jurare ſit paratus, et ipſum velle de cauſa ſua pronunciare, et, quam id, quod offert, leve ac facile credat, oſtendere. At is, *qui defert*, alioqui agere modeſte videtur, cum litis adverſarium judicem fa-

3. *agere.* Sic ſcripſi ex conjectura Burmanni, cum Turic. Guelf. Camp. dent *ac* cum Palatino Gebhardi, Voſſ. 2. Goth. et plerisque profecto qui ſilentur, nullo diſerte aliud dare perhibito. Edd. quidem omnes praeterea meae *habere*, quod unde profectum ſit, nemo oſtendit. *Curam habere* dicunt ſane veteres velut, praeter memoratos Burmanno, noſter 1, 1, 7 Plin. H. N. 12, 31. 26, 9. Sed frequentiſſimum *agere curam* multis ad noſtrum locum exemplis docet Burm. inter haec noſtri 8 Prooem. 18; quo in genere hoc praecipuum eſt, quod e Plin. H. N. 2, 7 apparet ſolennem fuiſſe formulam: „deos „rerum humanarum agere curam" quod et Petronius uſurpat. vid. et 5, 10, 89. Volebat ſane Gebhardus acquieſci in illa Codd. ſcriptura „deos ac — curam negarent" ſed hoc jejunum nec pro conſilio Quintiliani. *Habere* et *agere* ſaepiſſime confundi a librariis docent Burm. ad Vellej. 2, 31, 1. 109, 2. Drakenb. ad Liv. 30, 45, 2. cf. noſtr. 10, 3, 5.

deferente. Sic Turic. (nisi quod *differente*, a ſec. manu *defferente*, quo acc. Voſſ. 1. 3. dantes *efferente*) Camp. cum Vall. Steph. Obr. Geſn. Bip. Reliqui *offerente*.

4. *defert alioqui agere.* Sic Turic. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Gryph. Reliqui omittunt *alioqui*, inter quos Vall. memorat Badius.

philoſophi — negarent. cf. Plin. H. N. 2, 7. qui ipſe eſt Epicureus.

4. *alioqui — liberat.* Praeter id, quod modeſte agere videtur, etiam onere liberat cognoſcentem. Neque enim ad deferentis modeſtiam pertinet, quod liberat onere pronunciandi judicem, qualis eſt ſententia apud eos, qui malunt conjunctivum *liberet*. cf. not crit. Haec de jusjurandum deferente hauſiſſe ex Ariſtot. Rhet. 1, 15, 31 videtur Victorio p. 268. ἔτι οὐδὲν δεῖ αὐτὸν

ciat, et eum, cujus cognitio eſt, onere liberat, qui profecto alieno jurejurando ſtari, quam ſuo, mavult. Quo difficilior *recuſatio* eſt, niſi forte res eſt ea, quam credibile ſit notam ipſi non eſſe. Quae excuſatio ſi deerit, hoc unum relinquetur, ut invidiam ſibi quaeri ab adverſario dicat, atque id agi, ut in cauſa, in qua vincere non poſſit, queri poſſit. Itaque hominem quidem malum occupaturum hanc conditionem fuiſſe, ſe autem probare malle, quae affirmet, quam dubium cuiquam relinquere, an pejerarit.

liberat. Sic Guelf. Camp. cum Voſſ. 1. 3. Alm. hoc ipſum volente Turic. ſed per errorem dante *laborat.* Reliqui *liberet.*

ſtari. Turic. *ſtare* cum Alm. aliisque et edd. ante Baſil. praeter Camp. Sunt tamen et Codd. qui noſtram dent, et eſt exigua differentia ad literas (cf. 4, 2, 115. item 5, 7, 37), ad ſenſum ſatis magna. *mavult.* Sic Guelf. Camp. et edd. ante Gryph. cum Goth. Reliqui *malit.* Turic. *mavolit.* Alm. *mavelit* in quibus noſtrum ipſum latere cenſeo. Neque enim locus conjunctivo.

5. *hoc unum.* Turic. omittit *hoc* cum Alm. Non quidem ineleganter. *probare malle.* Turic. *probarē alie.* et ſic Alm. niſi quod abeſt apex in *e.* Recepta ipſa eſt in iſtis.

an pejerarit. Turic. inſerit *ſe* cum Alm. neque tamen Locat. et Ald. ut refert Burm. Mirum pronomen, et dicas habere aliquid Francogallici coloris: *ſe parjurer*, quod tamen vix cadit in horum Codd. vetuſtatem. Suſpicor *ſe* natum ex *ne* in *anne.* Sic addes hunc locum Bentlejanis ad Horat. Carm. 1, 12, 35.

ἄλλων κριτῶν δεῖσθαι· αὐτῷ γὰρ δίδωσι κρίνειν. Ad *alioqui* cf. 4 Prooem. 6.

alieno — quam ſuo. Jurati enim in conſilium mittuntur judices, et quidquid de ſua ſententia pronunciarunt, id ipſorum jurejurando nititur.

5. *dubium — an.* cf. 1, 3, 46. 9, 2, 107. 9, 3, 65. 93.

Sed nobis adoleſcentibus ſeniores in agendo 6 facti praecipere ſolebant, *ne unquam jusjurandum deferremus*: ſicut neque optio judicis adverſario eſſet permittenda; nec ex advocatis partis adverſae judex eligendus. nam, ſi dicere contraria turpe advocato videretur, certe turpius habendum, facere, quod noceat.

577 VII. Maximus tamen patronis circa *teſtimonia* ſudor eſt. Ea dicuntur aut per *tabulas*, aut *a praeſentibus*. Simplicior *contra tabulas* pugna. Nam et minus obſtitiſſe videtur pudor inter paucos ſignatores, et pro diffidentia premitur abſentia. Si reprehenſionem non capit ipſa perſona, infamare ſigna-

1. *aut a praeſentibus*. Turic. *aut praeſ.* cum Alm. ſed a ſec. manu ille *a. pr. teſtibus*. Camp. *a. a pr. teſtibus* cum Bodl. Andr. Ald. *teſtibus* natum profecto ex poſtremis prioris vocabuli literis.

6. *ſeniores facti in agendo*. qui ergo pravitatem litigatorum experimento, per longum judiciorum uſum, cognoviſſent; neque tam bene de genere humano ſperarent et ſentirent, quam ſolent juniores et malos experti pauciores.

ex advocatis. Hic quidem de patrono et cauſidico ne cogita (ut alias ſaepe apud noſtrum cf. 4, 1, 7. item mox hac ipſa §); intelliguntur quos Aſconius in Divinationem p. 20 ait aut jus ſuggeſſiſſe litigantibus amicis aut ſuam modo praeſentiam in judiciis commodaſſe. Seneca pater p. 301 Bip. *patrono* opponit *advocatum* hac profecto poteſtate.

1. *teſtimonia*. Ablegat Philander ad Ariſt. 1, 15, 13 — 19. Cic. Partitt. c. 14. Valer. Max. 8, 5. (Poterat adjicere Cornif. ad Herenn. 2, 7. de Inv. 2, 16.) Almelovenius ad Dig. 22, 5.

inter paucos ſignatores, quam in frequentia judicii.

ipſa perſona. Si dignitas et conditio teſtis eſt talis, ut ea

tores licet. Tacita praeterea quaedam cogitatio refragatur his omnibus, quod nemo *per tabulas* dat teſtimonium, niſi ſua voluntate: quo ipſo non eſſe amicum ei ſe, contra quem dicit, fatetur. Neque tamen protinus ceſſerit orator, quo minus et amicus pro amico, et inimicus contra inimicum poſſit verum (ſi integra ſit ei fides) dicere. Sed late locus

quaedam cogitatio. Sic Turic. a pr. manu (a ſec. enim *quadam cogitatione*) cum Alm. (cf. 5, 6, 2 not. 4) Sed Jenſ. (tac. Geſn.) *quadam ſignificatio.* Loc. *quaedam ſignificatio* cum edd. ante Badium, qui dat *quadam ſignificatione* obtemperantibus reliquis. Apparet ablativum male ſcribi qui tamen in Codd. videtur eſſe plerisque. Etiam Camp. habet *ſignificatione* ſed omittit *quadam.* Sed et in mutanda voce duorum Codd. auctoritatem ſolam recte videor ſecutus. Unde enim hoc niſi in vetuſtiſſimo libro inventum? Et eſt longe convenientius altero. *ſignificatio* debebat eſſe ipſorum per tabulas teſtium. At ſatius erat deſignare, quid in judicum animis fieret per omne hoc negotium, quam quid teſtes illi taciti h. e. inviti ſignificarent (quae ne ſignificatio quidem poteſt dici). *His omnibus* (qui teſtimonia faciunt per tabulas) *refragatur tacita* (non quidem *ipſorum ſignificatio*, ſed judicum, patronorum, omnium praeſentium) *cogitatio, quod nemo — dat.* Haec enim eſt iſta cogitatio. Neque pro vulgata poteſt urgeri *fatetur* in fine ſententiae. Non enim quodcunque aliquis *fatetur*, id etiam *tacite ſignificat. Cogitatio* autem illa *tacita* appellatur, quia in uniuscujusque animo ſponte nata oſtenditur. cf. 6, 1, 45.

ipſa, nullis praeterea adminiculis ſubnixa, omnem excludat reprehenſionem. Aliud eſt *ipſa perſona* quam ſi dixiſſet *ipſius perſona.*

2. *Tacita — cogitatio.* vid. not. crit.

ceſſerit — quo minus. Et uſus verbi *cedendi* qui hic eſt quodammodo tranſitivus pro *concedendo*, et ſtructura τῶν *quo minus*, ubi nulla praeceſſit prohibitionis ſignificatio, debet attendi. Hujus ſimile quid habes apud Salluſt. Bell. Cat. p. Telleri 44 „Hanc ego „cauſam — quo minus novum „conſilium capiamus, in pri„mis magnam puto.

uterque tractatur. Cum praesentibus vero3 ingens dimicatio est, ideoque velut duplici contra eos, proque iis acie confligitur, *actionum*, et *interrogationum*. In *actionibus* primum generaliter *pro testibus*, atque *in testes* dici solet. Est hic communis locus, cum4 pars altera nullam firmiorem probationem esse contendit, quam quae sit hominum scientia nixa; altera, ad detrahendam illis fidem, omnia, per quae fieri soleant falsa testimonia, enumerat. Sequens ratio est,5 cum specialiter quidem, sed tamen multos
578 pariter invadere patroni solent. Nam et gentium simul universarum elevata testimonia ab oratoribus scimus, et tota genera testimoniorum: ut *de auditionibus*; non enim

3. *proque iis*. Sic Goth. (tac. Gesn.) item Turic. quanquam *pro quae is*. Reliqui *p. his*. Concinnitati hoc concessi. cf. 4, 5, 20. 5, 10, 20.

4. *scientia*. Sic Turic. Camp. et Codd. ut quidem videntur omnes, cum Jens. (tac. Gesn.) det *sententia* cum edd. ante Ald. pro quo nostrum conjecit Regius, nisi forte, id quod imputat ei Badius, dissimulavit auctoritatem exempli Vallensis.

3. *actionum — interrogationum*. vide § 8 ubi pro *actione* etiam *oratio perpetua*. Latius quam *interrogatio*, quae testium est solorum, patet *altercatio*. cf. 2, 4, 28.

4. *locus communis*. cf. 5, 2, 3.

5. *specialiter*. cf. modo § 4 *generaliter*.

gentium — universarum. Cic. pro Flacco c. 4. Graecorum omnium c. 27. Asiaticorum. pro Fontejo c. 9 extr. 10. Gallorum.

de auditionibus. Cum aliquis testatur se certos sermones audisse.

ipſos eſſe teſtes, ſed injuratorum afferre voces: ut in cauſis repetundarum, qui ſe reo numeraſſe pecunias jurant, litigatorum, non
6 teſtium, habendos loco. Interim adverſus ſingulos dirigitur actio: quod inſectationis genus et permixtum defenſioni legimus in orationibus plurimis, et ſeparatim editum, ſicut *in Vatinium teſtem.* Totum igitur excutiamus locum, quando univerſam inſtitutio-
7 nem aggreſſi ſumus. Sufficiebant alioqui libri duo a Domitio Afro in hanc rem compoſiti, quem adoleſcentulus ſenem colui: ut non lecta mihi tantum ea, ſed pleraque ex ipſo ſint cognita. Is veriſſime praecepit, primum eſſe in hac parte officium oratoris, ut

5. *injuratorum.* Camp. cum edd. ante Ald. *injuriatorum.* Habent probam ſcripturam Turic. Guelf. quam ſumtam e Vallenſi pro ſua emendatione venditaſſe Regium criminatur Badius. Goth. *injuriatorum.*

qui ſe — jurant. Ejusmodi teſtis apud Cic. pro Flacco Falcidius c. 36 extr. ad fin. 37. ſed hic ne juratus quidem teſtabatur, verum per epiſtolam.

6. *in Vatinium teſtem.* „Qui „P. Sextium a Cicerone defen„ſum teſtimonio ſuo oppugna„verat, quem per eam occa„ſionem vehementer a ſe exa„gitatum ipſe memorat ad „Lentulum 1, 9.“ (item ad Qu. fratr. 2, 4.) „Sed extat „ipſa quoque oratio.“ Geſnerus.

7. *a Domitio Afro.* cf. 1, 5, 24 not. ex. Celeberrimus hujus aetatis rhetor qui, cum ſub Tiberio inclaruiſſet A. U. C. 779. C. Calviſio Sabino, Cn. Cornelio Lentulo Gaetulico Coſſ., mortuus eſt ſub Nerone A. U. C. 812 C. Vipſanio, C. Fontejo Capitone Coſſ. Praeter noſtri loca plurima de hoc ſunt conſulendi Plin. Epiſt. 2, 14, 10. 8, 18, 5. Tacit. Annal. 4, 52, 66. 14, 19. Scriptor Dialogi de Oratt. c. 13. 15. Dio Caſſius p. Reim. 922. 23. 24. 972.

totam causam familiariter norit: quod sine dubio ad omnia pertinet. Id quomodo con-8
tingat, explicabimus, cum ad destinatum huic parti locum venerimus. Ea res suggeret materiam interrogationi, et veluti tela ad manum sumministrabit: eadem docebit, ad quae judicis animus actione sit praeparandus. Debet enim vel fieri, vel detrahi testibus fides oratione perpetua: quia sic
379 quisque dictis movetur, ut est ad credendum vel non credendum ante formatus. Et, quo-9
niam duo genera sunt testium, aut *voluntariorum*, aut *eorum*, *quibus judex in judiciis publicis lege denunciare solet*; quorum altero

8. *pertinet. Id quom.* Turic. Camp. *p. et q.* cum Aldo. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et rell. edd. ante Bad. omittunt *id*, quod de conjectura inseruit Regius. In veterum et latet *Id.* cf. 6, 3, 81. Oudend. Suet. Oth. 3.

sumministrabit. Sic Goth. (tac. Gesn.) Guelf. *adminiſtrabit* reliqui *subminiſtrabit.* cf. 4, 4, 4.

9. *quibus — solet.* Sic Camp. nisi quod omittit *in.* Guelf. Goth. Bern. Jens. Leid. Burm. *denunciari.* Turic. *q. judiciis publicis legem nuntiatur et.* Alm. *q. in judiciis publicis lege denunciatur* cum Obr. Reliqui mei nostram dant nisi quod ante Ald. fere omittunt *in*, plerique autem transponunt *publ. jud.* quod ego secundum vetustissimos auctores dedi, eo quoque ut appareret omittendi *in* occasio. Obrechti ratio blanditur et bono nititur auctore, cui tamen cum hic non examussim respondeat Turic. (cf. § 2.) malui cum plurimis stare, hoc praesertim et Alm. dantibus *et* in quo latere puto *solet.* cf. § 15 ubi est *denunciatur.*

familiariter norit. Eadem locutio 6, 4, 8 unde minus fidas conjecturae nostrae ad 2, 7, 3.

ad omnia opponitur hoc *ei* quod modo *in hac parte.*

8. *destinatum — locum.* l. 12, c. 8.

movetur. vid. 4, 5, 14.

9. *lege denunciare.* Denunciat testimonium judex ea lege, qua in singulis judiciis

pars utraque utitur, alterum accusatoribus tantum concessum est: separemus officium 10 dantis testes, et refellentis. Qui *voluntarium* producit, scire, quid is dicturus sit, potest: ideoque faciliorem videtur in rogando habere rationem. Sed haec quoque pars acumen ac vigilantiam poscit: providendumque, ne *timidus*, ne *inconstans*, ne 11 *imprudens testis* sit. turbantur enim, et a patronis diversae partis induuntur in laqueum,

pars utraque. Hoc ordine Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Obr. Reliqui *u. p.* *accusatoribus.* Jens. (tac. Gesn.) *excusatoribus* cum edd. ante Ald. corrigente Regio.

10. *volunt. producit.* Turic. inserit *cum* quod Alm. antevertit τῷ *vol.* (cf. § 2). Si modo pro *testes dantis* fuisset *testem d.* interpreter *cum, eum.* *ac vigil.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Ald. Reliqui *et v.*

11. *induuntur.* Turic. *indicuntur* a sec. manu *inducuntur*, et sic mei quidem et scripti et excusi (de Goth. Jens. tac. Gesn.) ante Obr. omnes. Gebhardus e Cod. Palatino produxit *induenitur* quod et ipse et ad Senec. Hercul. furentem v. 1312. Gronovius mutare suadet in *induuntur*. Hoc vel in Turic. prima manu latet. cf. 3, 8, 50. item Drakenborch. ad Liv. 30, 13, 12. *in laqueum.* Turic. *in latus* cum Pal. quod

publicis sortitur praetor. cf. 3, 10, 1.

alterum — concessum est. Apposite Turnebus, cujus nomine quis hic quidem lateat ignoro, profert locum Plinii Epistol. 6, 5. quo debebat adjicere 5, 20. ubi in causa repetundarum, i. e. in judicio publico, pro Varenō reo dicitur impetratum („res nec lege „comprehensa, nec satis usi„tata, justa tamen") ut ei defensionis causa evocare testes liceret, quod mox sequenti senatu, cum de rebus aliis referretur, sera et intempestiva oratione improbavit Licinius Nepos. Vide et Ascon. Ped. in Orat. Cic. in Verr. de Praetura Urb. p. 78 ubi docet nullos fuisse defensoris testes, neque esse potuisse.

et plus deprehenſi nocent, quam firmi et interriti profuiſſent. Multum igitur domi ante verſandi; variis peroontationibus, quales haberi ab adverſario poſſint, explorandi ſunt. Sic fit, ut aut conſtent ſibi, aut, ſi quid titubaverint, opportuna rurſus ejus, a quo producti ſunt, interrogatione velut in gradum reponantur. In his quoque adhuc, qui conſtiterint ſibi, vitandae ſunt inſidiae. nam frequenter ſubjici ab adverſario ſolent, et, omnia profutura polliciti, diverſa reſpondent, et auctoritatem habent non arguentium illa, ſed confitentium. Explorandum igitur, quas cauſas laedendi adverſarium afferant: nec id ſat eſt, inimicos

fruſtra tuetur Gebhardus. Ex Alm. affertur *in. catus*, per errorem ſane conferentis. *et plus.* Turic. *ſed et p.* cum Goth. Voſſ. 2. et plerisque meis ante Stoer. Guelf. *ſed p.* cum Voſſ. 3. Baſil. Per errorem alieno loco ponendae vocis quae mox ſuo deeſt Camp. *domi ſed et p.*

deprehenſi. Turic. *deprenſi.* Jenſ (tac. Geſn.) *deprehendi*, quod correxit Regius. Sed reliqui dant bonam ſcripturam.

verſandi; variis. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 1. 3. Jenſ. (tac. Geſn.). Reliqui inſerunt *ac* Ald. *et.*

hab. — poſſint. Sic Turic. Camp. et correctione ab antiqua manu facta Jenſ. Reliqui *h. — poſſunt.*

titubaverint. Camp. *turbaverint.* ſolus, non contemnenda, niſi melior aſſit, ſcriptura.

12. *qui — inſ.* Turic. *qui conſtiterant* (quod placet) *ſibi vit. inſidias.* et ſic, praeter indicativum, Guelf. Voſſ. 3. edd. ante Bad. Sed Camp. *q. c. ſunt v. i.* quod in Jenſ. invexit manus antiqua, cum Vall. Paulo aliter Goth. Voſſ. 2. *q. c. v. ſunt inſ.*

11. *ſi quid titubaverint.* ipſo in teſtibus vocabulo utentem. Commodum ad partes vocant Cic. pro Flacco c. 10. hoc

fuiſſe, ſed an deſierint, an per hoc ipſum reconciliari velint, ne corrupti ſint, ne poenitentia propoſitum mutaverint. quod cum in iis quoque, qui ea, quae dicturi videntur, re vera ſciunt, neceſſarium eſt praecavere; tum multo magis in iis, qui ſe

13. *tum multo.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *tum.* Mala.

13. *ne — ne.* Uſus conjunctionis hujus poſt *explorandum* mirus poteſt videri. Geſnerus pro *an* illud dici putans ablegat nos ad ea, quae dixerit ad 1, 6, 38. Quae ut parum firma videntur, ita ne hic quidem *ne* dubitandi vel interrogandi poteſtate uſurpatum ducam. Locus, quo utitur, Plinii Epiſt. 10, 119. „haereo ne cujusquam — ha„beatur ratio," aliam quoque patitur interpretationem. Equidem prohibendi vim etiam hic agnoſcam, e verbo *explorandi* comprehenſam profecto ſignificationem eliciens, *videndi*, *cavendi*, quod ipſum mox ponitur *praecavere*. Nec alia eſt ratio locorum, quibus nititur in Indice ſcriptorum Ruſticorum Geſnerus, praeterquam quod ea ſunt pleraque horridoris aetatis. cf. 4, 3, 14. Tale loquendi ſchema ubi, quod proprie verbo alicui non ineſt, cum tamen cognatum ſit ſolitae ſignificationi, ipſi per ſtructuram tribuitur, plus ſemel in utriusque linguae ſcriptoribus inveniri, docent quos teſtes producit Brunckius ad Soph. Electr. v. 435. μὴ quoque Graecorum ſaepiſſime in talibus habet levem quendam dubitationis colorem.

re vera. In hac ſcriptura, etſi conſtans eſt omnium librorum, non equidem acquieſco. Malim abeſſe *re*; ſic *vera* erit accuſativus, quod quanto praeſtet vulgato quivis admonitus ſentiat. *Res* ut ſaepe obliteratum vidimus ad 3, 11, 1 ita abundare ſolet vitioſe allitum vid. Drakenb. et Gron. ad Liv. 26, 31, 4. Hic vel caſus poterat aſpergere ex voce *videntur* extrema, vel prava librarii ſedulitas infercire, quale eſt quod Sueton. Caeſ. c. 9. bonae notae codex, Vindobonenſis pr., pro „De „hac ſignificare videtur et „Cicero" dat. „De hac re" cet. ubi librarius, oblitus reſpici ad „conjurationem," de ſuo aliquid addidit.

qui ſe — pollicentur. Vereor ut recte hoc loco Rollinus defendat Quintilianum a crimine

dicturos, quae falsa sunt, pollicentur. Nam 14
et frequentior eorum poenitentia est, et promissum suspectius; et, si perseveraverint, responsio facilior. Eorum vero, quibus 15
denunciatur, pars testium est, quae reum *laedere velit*, pars, quae *nolit*; idque interim *scit accusator*, interim *nescit*. fingamus in praesentia *scire*. in utroque tamen genere summis artibus interrogantis opus est. Nam, 16
38 si habet testem *cupidum laedendi*, cavere debet hoc ipsum, ne cupiditas ejus appareat; nec statim de eo, quod in judicium venit, rogare, sed aliquo circuitu ad id pervenire,

14. *responsio*. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Steph. et Basil. margine. Reliqui *reprehensio*. cf. 3, 5, 15. 5, 13, 38.

15. *tamen*. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Ioann. Alm. Voss. 1. 2. 5. et aliquot edd. Reliqui mei *enim*.

16. *aliquo — ad id*. Turic. Camp. *ab eo circuitu quodam ad id*. cum Alm. non quidem inconsulto ut appareat; quo tamen sensu, non dicam.

toleratae, imo laudatae, improbitatis et fraudis; quod et Badius agnoscit in nota. Quanquam cf. § 32 quo Rollinus ablegat. In omni, quam patrono suadet, testium tractatione § 26 probitatis non multa vestigia. cf. nos in Epistola operi praemissa.

14. *responsio* i. e. confutatio, quae fit ab alterius partis patrono. vid. si tanti not. crit. item cf. 11, 1, 18. Illud levius quod modo pro *perseveraverint* Turic. dat *perseverarint*, sed verum credo.

15. *Eorum — pars testium*. Malim sane postremas voces transpositas. Contorta enim est et affectata oratio in hoc ordine. cf. 4, 2, 112. Transpositionis exemplum vid. 4, 2, 28 not. crit. 6. Libri quidem consentiunt.

in utroque — genere: sive testis vult reum laedere, sive non vult. Ad alteram enim divisionem, scientis nescientisve accusatoris hoc non pertinet. cf. § 20.

ut illi, quod maxime dicere voluit, videatur expreſſum; nec nimium inſtare interrogationi, ne ad omnia reſpondendo teſtis fidem ſuam minuat; ſed in tantum evocare eum,
17 quantum ſumere ex uno ſatis ſit. At in eo, qui verum *invitus* dicturus eſt, prima felicitas interrogantis eſt, extorquere, quod is noluerit. Hoc non alio modo fieri poteſt, quam longius interrogatione repetita. Reſpondebit enim, quae nocere cauſae non arbitrabitur: ex pluribus deinde, quae confeſſus erit, eo perducetur, ut, quod dicere
18 non vult, negare non poſſit. Nam, ut in oratione ſparſa plerumque colligimus argu-

16. 17. *ſit. At in eo.* Turic. *ſita idoneo.* cum Alm. cf. § 10. 25. *interr. eſt extorq.* Turic. omittit *eſt* cum Alm. et Voſſ. 3. Fortaſſe nec male.

Hoc non alio. Turic. *haec ratio.* Alm. *hoc ratio.* cf. § 16. 17. Nihil eſt quod eruit inde Burm. *hoc raro alio. Ratio* ortum ex *non alio*, quod obſervatum in tempore magnam fortaſſe lucem inferat deſperato alicubi loco.

18. *ſparſa.* Turic. *far proſa* (a ſec. manu *vel fabuloſa*, priore vocabulo a librario haud dubie adjecto) Guelf. *proſa* cum Voſſ. 1. 3. Sed Goth. *peroſa* cum Vall. *plura* eſt in Camp. Ceteri vulgatam dant quam nonniſi invitus ſervavi, cum conferentium ſilentio in reliquis MSS. nequaquam ſit fidendum. Ne Alm. quidem memoratur, e quo diſcere libeat, quid ſit illud monſtri in Turic. *far.* Nimius alioqui conſenſus eſt librorum *proſa* dantium, quin commovearis. Mihi quidem in mentem venit *proſam orationem* hic quidem non *verſibus* oppoſitam interpretari, verum *ſciſſae*, *interpellatae* h. e. altercationi vel interrogationi. cf. not. ex. ad § 3. *Sparſa* ut nunc eſt ad *argumenta* debet trahi, parum ſane commoda ſententia.

17. *prima felicitas.* vid. 1, 1, 8 collata mox § 19.

18. *ſparſa — argumenta.* cf. not. crit.

menta, quae per ſe nihil reum aggravare videantur, congregatione deinde eorum factum convincimus: ita hujusmodi teſtis multa de *anteactis*, multa de *inſecutis*, *loco*, *tempore*, *perſona*, ceteris eſt interrogandus, ut in aliquod reſponſum incidat, poſt quod illi vel fateri, quae volumus, neceſſe ſit, vel iis, quae jam dixerit, repugnare. Id ſi non 19
contingit, reliquum erit, ut eum nolle dicere manifeſtum ſit: protrahendusque, ut in aliquo, quod vel extra cauſam ſit, deprehendatur: tenendus etiam diutius, ut, omnia ac plura, quam res deſiderat, pro reo dicendo, ſuſpectus judici fiat: quo non minus nocebit, quam ſi vera in reum dixiſſet. At, ſi (quod 20
ſecundo loco diximus) *neſciet* actor, quid propoſiti teſtis attulerit: paulatim, et (ut dicitur) pedetentim interrogando experietur
582 animum ejus, et ad id reſponſum, quod eliciendum erit, per gradus ducet. Sed, 21
quia nonnunquam ſunt hae quoque teſtium artes, ut primo ad voluntatem reſpondeant,

ubi malis Campani ſcripturam *plura*, quanquam et ipſam a correctore profectam. *ceteris*. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Obr. Reliqui *ceterisque* ut et Turic. a ſec. manu.

20. *neſciet*. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Voſſ. 1. et edd. ante Leid. niſi quod poſt Camp. ante Bad. ſec. (exc. Aldo) per errorem dant *neſciret*. Goth. *neſciat* cum Obr. Reliqui *neſcit*.

19. *protrahendusque*. Subeſt rei militaris imago. cf. 6, 4, 17 „ut — adverſarium „trahas et ire quam longiſ- „me cogas." vide et mox § 26.

20. *actor* plane quod modo § 15 *accuſator* cf. 4, 2, 6.

quo majore fide diverſa poſtea dicant: eſt oratoris, ſuſpectum teſtem, dum prodeſt, 22 dimittere. Patronorum in parte *expeditior*, in parte *difficilior* interrogatio eſt. *Difficilior* hoc, quod raro unquam poſſunt ante judicium ſcire, quid teſtis dicturus ſit; *expeditior*, quod, cum interrogandus eſt, 23 ſciunt, quid dixerit. Itaque quod in eo incertum eſt, cura et inquiſitione opus eſt, quis reum premat? quas, et quibus ex cauſis inimicitias habeat? eaque in oratione praedicenda atque amolienda ſunt, ſive odio conflatos teſtes, ſive invidia, ſive gratia, ſive

21. *oratoris.* Sic omnes mei praeter Ald. Bad. Gryph. qui receperunt Regii correctionem *accuſatoris.*

23. *quod in eo — cura.* Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. Sed Goth. (tac. Geſn.) *inc. eſt quod in eo cura*, perturbate. Regius de conjectura tranſpoſuit: *in eo quod incertum eſt, cura* et ſic reliqui. Non attinebat proletariam formam pro exquiſita obtrudere. *eſt, cura et inq.* ſic mutabis, ſi me audias: *et cura et inq.*

21. *oratoris* h. e. perfecti in hoc genere artificis.

22. *Patronorum.* Intelliguntur defenſores. A § 9 enim accuſatoris in interrogando teſte provinciam tractavit.

raro unquam. cf. 4, 1, 4.

23. *quod in eo — cura. In eo* non tam ad *teſtem* referes, quam interpretaberis: *in hoc negotio.* Totam locutionem intellige: quod attinet ad partem negotii incertam. Pro *eſt tamen* ante *cura* malim *et.* Eſt enim inſuavis iteratio mox *opus eſt.* cf. not. crit.

quis reum premat. Hoc, antequam in judicium venerit patronus, et cura et inquiſitione eruendum eſt; ut oratione perpetua, ante interrogationem, talibus teſtibus poſſit contra iri. Apparet, quam bene careamus Geſneriana mutatione: *qui reum premat quas* cet. Cogitabat Geſnerus de tempore, quo jam interrogatus fuerit teſtis; fruſtra ille. *a qua rea premebatur* Suet. Ner. 7.

pecunia, videri volumus. Et, si deficietur numero pars diversa, *paucitatem;* si abundabit, *conspirationem;* si humiles producet, *vilitatem;* si potentes, *gratiam* oportebit incessere. Plus tamen proderit causas, propter 24
quas reum laedant, exponere: quae sunt variae, et pro conditione cujusque litis aut litigatoris. Nam contra illa, quae supra
583 diximus, simili ratione responderi locis communibus solet: quia et in paucis atque humilibus accusator *simplicitate* gloriari potest, quod neminem praeter eos, qui possint scire, quae fierit: et multos atque honestos commendare aliquanto est facilius. Verum interim 25
et singulos, ut exornare, ita destruere con-

deficietur. Turic. Camp. *deficiet.* cum Goth. Sed Voss. 1. 3. *deficit.* cf. 4 Prooem. extr. *vilitatem.* Guelf. Camp. *utilitatem* cum aliquot Codd. et edd. vulgari errore. cf. § 32. Sed Turic. recte.

24. *et in paucis.* Turic. Guelf. *ut i. p.* cum Goth. Voss. 1. 3. et edd. (quarum hic est et Tarv. cujus in meo exemplo satis multae plagulae exciderant a 4, 2, 6 ad 5, 7, 16.) ante Rusc. qui omittit *et in.* Ab Aldo inde obtinet *et* quod conjecerat Regius, sed est in Camp. si recte tacui. Equidem longe magis probem: *ut in p. — ita multos*, pro *et mult.* Praecedente *quaesierit* facillimus erat error.

possint. Sic Turic. a sec. manu (a pr. *possunt*) et Camp. Codd. fere *possunt* quod a Stoerio inde est in edd. contra grammaticam. Jens. *putent.* Tarv. *putant* cum edd. ante Ald. qui Regianam conjecturam recepit *quos putarit*, bonam sane; accedd. ante Stoer. *est fac.* Turic. Camp. *sit fac.* cf. ad 4, 5, 4. Possis intelligere potentiali modo.

24. *locis communibus.* cf. § 4. *et in paucis — et multos.* cf. not. crit.

tingit, aut recitatis in actione, aut nominatis teſtibus. Quod iis temporibus, quibus teſtis non poſt finitas actiones rogabatur,

25. *non poſt fin.* Sic Guelf. Goth. cum Alm. Voſſ. 5, Bern. Vall. ed. Ald. Recedit Turic. ab Alm. (cf. § 17. 5. 8. 1) dans haec: *non opus fin.* et a ſec. manu *non ob fin.*, quorum hoc etiam in Camp. Priorem ſcripturam corruptam eſſe e noſtra facile credo, inde autem corrigendo effictam alteram, ſenſu et ipſam carentem. Jenſ. cum reliquis ante Ald. *non poteſt infin.* Quod cum inveniret Regius, correxit

25. *aut recitatis — teſtibus.* In hoc loco certiſſime corrupto, nihil praefidii eſt in MSS. Ipſi nos expedire cogimur. Turnebus (quisquis tandem hic loquitur) et Geſnerus ſoli haerere ſe confeſſi ſunt; quorum hic ſibi non ſatis facit dum ſtudet dirimere ſignificationem *recitandi* et *nominandi*. Equidem *recitare teſtes* pro *recitando teſtimonia eorum* dici poſſe non credo, quo Geſneri redit interpretatio. Aliquid excidiſſe cenſeo. Levis fluctuatio eſt in libris quorum antiquiſſimi plerique ordinem dant, quem exhibui. Alii (et horum eſt Guelf. cum ſat multis excuſis neque ſpernendis iis) ſic ordinant poſtrema duo vocabula: *teſtibus nominatis*. Apparet, in hoc ordine participium utrumque ad *teſtes* referri plane non poſſe. Quapropter poſt *actione* inferam *teſtationibus* (cf. § 33. 5. 13. 49.) quod optimum facit χιασμὸν ſi ſequimur ordinem Cod. Guelferbytani et tot edd., poterat autem facillime omitti ab oculo aberrante. Aut *recitantur in actione* (i. e. oratione perpetua, ante interrogationem teſtium cf. § 23) *teſtationes, aut nominantur teſtes*. Si nihil hinc excidiſſet, quidni, quaeſo, poſt *ſingulos* accuſativum, pro iſtis ablativis *recitatis, nominatis teſtibus*, poſuiſſet accuſativos in iisdem vocabulis omiſſo *teſtium* nomine, quod ſic non attinebat repeti? *Singulos* autem generibus teſtium opponit, quae locis communibus peti docuerat.

iis temporibus — rogabatur. Quae fuerint ea tempora, non quidem facile dictu. Ciceronis enim aetate ante actionem vel inter eam interrogari ſolitos eſſe teſtes, nullis vel ipſius orationum locis, vel aliorum ſcriptorum teſtimoniis, appareret. Hoc tamen manifeſtum, talem teſtium vel commendationem vel invidiam, iſta judiciorum conditione longe fuiſſe faciliorem, quippe cognitis jam interrogatione teſtibus et teſtationibus.

et facilius et frequentius fuit. Quid autem in quemque teſtium dicendum ſit, ſumi niſi ex ipſorum perſonis non poteſt. Reliquae 26
interrogandi ſunt partes. Qua in re primum eſt, *noſſe teſtem.* nam timidus terreri, ſtultus decipi, iracundus concitari, ambitioſus
584 inflari, longus protrahi poteſt: prudens vero et conſtans, vel tanquam inimicus et pervicax dimittendus ſtatim, vel non interrogatione, ſed brevi interlocutione patroni refutandus eſt; aut aliquo, ſi continget, urbane dicto refrigerandus; aut, ſi quid in ejus vitam dici poterit, infamia criminum deſtruendus.

hunc in modum: *niſi poſt ſin.* Badius *modo* ponens pro *non* dat *modo poſt ſin.* Mox emendando Regianam correctionem ſcripſerunt *non niſi poſt ſin.* quod inde a Bad. ſecund. eſt in meis omnibus. Audaciſſima profecto conjectura, qua plane contraria obtruditur ſententia, nequaquam neceſſario, cum antiqua ſcriptura etiam longe magis ſit conſentanea. cf. de *niſi* 5, 9, 4. *et facil.* Turic. Camp. omittunt *et* cum Alm. *ut f.* Guelf. Voſſ. 3. cf. § 24 *et in pauc.*

26. *longus protrahi.* Turic. *longum p.* ſed a ſec. manu noſtrum. Jenſ. (tac. Geſn.) *in longum p.* cum edd. ante Ald. Hic noſtras voces omittit cum Stoerio Chouet. Leid. Noſtram ſcripturam dant reliqui Codd. ut et Vall.

tanquam. Turic. Camp. *quaſi jam* cum Alm.

vel non. Turic. Camp. *et non* cum Alm. et Obr. male.

26. *Reliquae — partes.* In *defenſore;* neque enim adhuc de oratione perpetua ſolum egerat, ſed multa de interrogando expoſuerat, verum in *accuſatore.*

longus i. e. verboſus et a propoſito aberrans. De *protrahendo* cf. § 19.

refrigerandus; in riſum dandus. Locus huic illuſtrando egregie faciens eſt Velleji 2, 83 ubi Plancus Antonio et Cleopatrae ſaltans Glaucum dicitur *refrigeratus,* quod Ruhnkenius noſtri loci non immemor interpretatur „frigide exceptus, ut ſaltationem

27 Probos quosdam et verecundos non aspere incessere profuit. nam saepe, qui adversus insectantem pugnassent, modestia mitigantur. Omnis autem interrogatio *aut in causa* est, *aut extra causam*. *In causa*, sicut accusatori praecepimus, patronus quoque altius, et unde nihil suspecti sit, repetita percontatione, priora sequentibus applicando, saepe eo perducit homines, ut invitis, quod prosit, ex-
28 torqueat. Ejus rei sine dubio neque disciplina ulla in scholis, neque exercitatio traditur: et naturali magis acumine, aut usu contingit haec virtus. Si quod tamen exemplum ad imitationem demonstrandum sit, solum est, quod *ex dialogis Socraticorum*, maximeque *Platonis*, duci potest: in quibus adeo scitae sunt interrogationes, ut, cum plerisque bene respondeatur, res tamen ad id,
29 quod volunt efficere, perveniat. Illud fortuna interim praestat, ut aliquid, quod inter se parum consentiat, a teste dicatur: interim (quod saepius evenit) ut testis testi diversa dicat. Acuta autem interrogatio ad hoc,

27. *aut in causa*. Turic. Guelf. Camp. *a. ex c.* cum Goth. Voss. 1. 3. Mox tamen omnes *In causa*.

28. *neque disc. — neque exerc.* Sic Turic. Reliqui fere *nec d. — nec e.* cf. 4, 2, 111. 5, 8, 4.

„suam parum placere senti„ret." Suet. vita Luc. „re„*frigerandi* sui causa." Mox § 31 „interrogantis non leve „frigus est." i. e. interrogans magnopere refrigeratur.

27. *accusatori praecepimus*. cf. § 17. 18.

28. *bene respondeatur* i. e. recte, sine errore respondentis.

29. *Acuta interrogatio*. Apposite locum Ciceronis hic ponit Gesnerus, habentem lau-

quod casu fieri solet, etiam ratione perducet. *Extra causam* quoque multa, quae prosint, 30
rogari solent, de vita testium aliorum, de
585 sua quisque, si turpitudo, si humilitas, si amicitia accusatoris, si inimicitiae cum reo, in quibus aut dicant aliquid, quod prosit, aut in mendacio vel cupiditate laedendi deprehendantur. Sed in primis *interrogatio debet* 31
esse circumspecta, quia multa contra patronos venuste testis saepe respondet, eique praecipue vulgo favetur; tum verbis quam maxime ex medio sumtis, ut, qui rogatur (is autem saepius imperitus), intelligat, aut ne intelligere se neget, quod interrogantis non leve frigus est. Illae vero pessimae artes, 32
testem subornatum in subsellia adversarii mittere, ut inde excitatus plus noceat, vel

31. *aut saep. imp.* Sic Turic. Paulo aliter Camp. *est aut. saep. imp.* Obr. *a. est s. i.* Reliqui *a. est s. et imp.* ubi *et* alienum.

des talis acuminis; pro Flacco c. 10. „Illa laus oratoris, „quae vel in accusatore antea, „vel in patrono spectari solet „bat? Bene testem interroga„vit: callide accessit: repre„hendit: quo voluit, addu„xit: convicit et eliminem „reddidit."

30. *multa — rogari solent.* Praestat *multa* accusativum accipere et subjectum facere *testes*, qui *rogari soleant*. Ita mox bene coit: *de sua quisque. si turpitudo — cum reo.* Abruptior forma, ubi subaudias: *sit in teste.* Philander Castilioneus ablegat ad Paulum Recept. Sententt. 1. 5. tit. 15 *de testibus* qui „in testibus" ait „et vitae qualitas spectari „debet et dignitas." Idem Paulus ibidem „testes — quos „— vitae *humilitas* infamave„rit." p. Schulting. Jurispr. Antejust. 488.

31. *verbis — ex medio sumtis.* „Tantum *de medio sumtis* accedit honoris." Hor. ad Pis. 243.

dicendo contra reum, cum quo ſederit; vel, cum adjuviſſe teſtimonio videbitur, faciendo ex induſtria multa immodeſte atque intemperanter, per quae non a ſe tantum dictis detrahat fidem, ſed ceteris quoque, qui profuerant, auferat auctoritatem. quorum mentionem habui, non ut fierent, ſed ut vitarentur. Saepe inter ſe collidi ſolent, inde teſtatio, hinc teſtes: locus utrinque: haec enim ſe pars jurejurando, illa conſenſu
33 ſignantium tuetur. Saepe inter teſtes et argumenta quaeſitum eſt. inde, ſcientiam in teſtibus et religionem; ingenia eſſe in argumentis dicitur: hinc, teſtem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri; argumenta ex natura duci: in his judicem 386

32. *auferat auctoritatem.* Turic. *a. vilitatem* cum Alm. et Palat. Gebh. Sed Guelf. *a. atilitatem* cum Voſſ. 1. Bodl. Ioann. Obr. Tacuit Geſn. Goth. dantem *afferat auct.* Gebhardus, quem non cepit Burm., ex ſuo Cod. volebat ſcribi *afferat* (hoc quidem per conjecturam) *vilitatem*, etſi in ipſis ejus Crepundiis non minus quam apud Burm. expreſſum eſt: *aff. atilitatem*, ſed manifeſto operarum vitio. Hoc ipſum deinde conjecit Burm., ſcripturam elegantem profecto, et recepta meliorem. Jacet enim hoc ταυτολόγως dictum *detrahat fidem — auferat auctoritatem.* cf. § 25.

33. *fieri.* Camp. *ferri* et hoc manus antiqua corrigendo invexit in meum Jenſ. exemplum. Habet quod blandiatur, ſed caſurum ſi excuſſeris.

32. *auferat auctoritatem.* cf. not. crit.

33. *teſtatio.* Scriptum in tabulis teſtimonium. cf. § 25. item Salmaſ. Obſervv. ad Jus Atticum et Rom. c. 30. Regius et poſt eum Pithoeus ablegant nos ad Digeſt. 22, 5, 3 § 3. 4. ubi Hadriani eſt reſcriptum, teſtes teſtimoniis h. e. teſtationibus praeferentis.

ſibi; in illis alii credere. Communia haec pluribus cauſis, multumque jactata ſunt, ſemper tamen jactabuntur. Aliquando utrinque ſunt teſtes, et quaeſtio ſequitur, ex ipſis, *Utri meliores viri?* ex cauſis, *Utri magis credibilia dixerint?* ex litigatoribus, *Utri gratia magis valuerint?* His adjicere ſi quis volet ea, quae *divina teſtimonia* vocantur, *ex reſponſis, oraculis, ominibus:* duplicem ſciat eorum eſſe tractatum, *generalem* alterum, in quo inter Stoïcos et Epicuri ſectam ſecutos pugna perpetua eſt, *Regaturne providentia mundus? ſpecialem* alterum, contra partem divinationis, ut quaeque in quaeſtionem

34. *ſemper tamen jact.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 3. Bodl. Ioann. Andr. Levi diſcrimine Goth. *ſemperque t. j.* cum Jenſ. et edd. ante Gryph. Hic cum reliquis *ſemperque j.* Bern. Obr. *ſemper, tum j.* Alieno loco eſt *ſemper* in hac ratione. cf. 5, 5, 1.

35. *partem divinationis.* Turic. Guelf. Camp. *partis divinationem* cum Alm. Vall. Voſſ. 1. 2. 3, Bern. Jenſ. (tac. Gefn.) et edd. ante Ald. Hic primus noſtram recepit, conjecturam Regianam, quam mox Gryph. paulum immutavit *parteis divi-*

34. *Utri — valuerint.* Malis ſane *uter — valuerit.* Sed nec libri variant, et pluralis ſequioribus in hac forma uſitatus. cf. 5, 10, 43.

35. *Regaturne — mundus.* cf. 3, 5, 6. Stoïcos divinationem probare, notum. Copioſa hujus loci, ſed nulla divinationis ratione habita, tractatio eſt apud Theonem Sophiſten p. Camerar. 100 — 102. unde colligas, frequenter et de induſtria agitari hoc ſolitum in rhetorum ſcholis.

contra partem divinationis. Cum non magis impugnandi quam defendendi hic praecepta expectentur et mox (§ 36.) ponatur utrumque et *confirmari* et *refelli*, apparet nullum locum eſſe τῷ *contra*. Invitis igitur libris omnibus legendum *circa*. cf. 4, 2, 19. not. crit.

36 cadit. Aliter enim *oraculorum*, aliter *aruſpicum*, *augurum*, *conjectorum*, *mathematicorum* fides confirmari, aut refelli poteſt, cum ſit rerum ipſarum ratio diverſa. Circa ejusmodi quoque inſtrumenta firmanda, vel deſtruenda, multum habet operis oratio: ſi quae ſint voces per vinum, ſomnum, dementiam emiſſae, vel excepta parvulorum indicia, quos pars altera nihil fingere, altera nihil
37 judicare dictura eſt. Nec tantum praeſtari

nationis ſequentibus reliquis, niſi quod ab Obr. inde minus affectate *partes d.* Fortaſſe nec opus erat Regii correctione et *partis divinatio* poterat intelligi *divinatio de parte aliquâ*, ut aruſpicum de extis, augurum de avibus cet. Goth. ſilemus et Geſn. et ego; neque tamen credo eum deſerere omnium Codd. inter hos Voſſ. 2. ſui ſcripturam.

36. *conject. mathem.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 1. Reliqui inſerunt *et*.

ipſarum. Sic Turic. Camp. Reliqui *earum*.

quae ſint. Turic. Guelf. Camp. *q. ſunt* cum Voſſ. 3.

indicia. Turic. *indicta* (a ſec. manu *dicta*, quod ipſum dat Obr. non male profecto, et facili errore primae manus) cum Alm.

37. *praeſtari.* Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *praeſtare* cum Alm. Voſſ. 1, Bern. edd. ante Ald. Facilis emendatio et neceſſaria (cf. 5, 6, 4.) et jam habet Camp.

36. *conjectorum.* Recte Capperonnerius ablegat ad 3, 6, 30.

inſtrumenta. cf. 5, 6, 2.

indicia. cf. not. crit.

quos — judicare. Relativum non ad *parvulos* ſpectat ſolos, ſed ad ebrios quoque, dormientes cet. *judicare*, etſi lubrica ſemper eſt hujus vocis ſcriptura (nam et hic aliquot libri *indicare*), optime videtur opponi *fingendo*. Judicio enim opus eſt vel in recte referendo, quae videris et audieris.

37. *Nec tantum — deſiderari ſolet. Hoc genus* cave referas ad proxima de divinatione; ſignificatur omne hoc genus probandi, quod verſatur in teſtibus producendis. *Potenter* autem utrique junge et *praeſtando* et *deſiderando*. Non ſolum producti teſtes va-

hoc genus potenter, sed etiam, ubi non est, desiderari solet: *Pecuniam dedisti: quis numeravit? ubi? unde? Venenum arguis: ubi*
587 *emi? a quo? quanti? per quem dedi? quo conscio?* Quae fere omnia pro Cluentio Cicero in crimine veneficii excutit. Haec *de inartificialibus*, quam brevissime potui.

VIII. Pars altera probationum, quae est tota *in arte*, constatque rebus ad faciendam fidem appositis, plerumque aut omnino negli-

potenter. Sic Turic. Guelf. cum Vallae Codice (cujus scriptura unde Burm. innotuerit ignoro, in Badii editione saltem non relata) Alm. (quanquam per compendium *potent'*) Voss. 3. A secunda quidem manu Turic. *poterit* et mox a Camp. inde editi omnes multique profecto Codd. *potest*. Nostrum quanto praestet, apparet eo maxime quod ad *praestari* longe melius *solet* intelligitur, quam *potest*, cujus verbi summus in hoc loco est languor.

inartif. quam. Turic. a sec. manu *inartif. probationibus q.* Camp. *artificialibus probationibus q.* Sed prima Turic. manus cum Alm. reliquisque omittunt *probationibus* quod per se quidem non displiceret. cf. 5 Prooem. 4.

1. *faciendam.* Camp. et Ald. *faciendum*, cum Goth. a pr. manu (tac. Gesn.). *fidem appositis.* Stoer. Chouet.

lere solent ad efficiendum quod intenditur, sed et, ficubi accusator nullos habuerit, desideratio eorum dexterrime refellit ejus criminationes. Noster etiam 12, 10, 72 „dicat — ad efficiendum quod „intendit, *potenter*." Item Decl. Quintil. 274 (p. Bip. 214. Vol. 4.) „in comparatione legum illud *potentissimo* dicamus, eam legem „magis esse servandam, quae „Deorum gratia scripta sit, „quam quae hominum." Apparet *potenter* dici cum vi persuadendi.

pro Cluentio — excutit. Huc maxime aut unice pertinet caput ejus orationis 60 extremum, ubi de veneno, quo perierit Balbutius; etsi ne ibi quidem omnia haec excutiuntur. Nam in reliquo veneficiorum tractatu nihil tale.

gitur, aut leviſſime attingitur ab iis, qui argumenta, velut horrida et confragoſa, vitantes, amoenioribus locis deſident: neque aliter quam qui traduntur a poëtis guſtu cujusdam apud Lotophagos graminis, et Sirenum cantu 388

Leid. *fidem poſitis*, neſcio cujus mutandi prurigine. cf. 2, 15, 3. 5. *quam qui*. Sic Turic. cum Alm. (cf. 5, 7, 25. § 2.) et expreſſit Obr. Elegantius profecto quam reliquorum *q. ii q.* *et Sirenum*. Omittunt haec Turic. Camp. cum Alm. ſine ſenſu.

1. *apud Lotophagos graminis*. Nihil hic mutandum eſſe in omnium librorum ſilentio, fortiter aſſeverarim. Suadent enim VV. DD. reponere *germinis* pro *graminis*, leniſſima ſane mutatione, quaeque ſexcenties locum habeat in MSS. Hoc ipſum autem pro arbore ejusve fructu dici, durum eſt profecto. Utrum Quintilianus, *gramen* uſurpans de Lotophagorum cibo, in errore verſatus ſit, id quidem difficilius eſt ad dirimendum. Cum enim hiſtoriae naturalis periti fructum quo veſcerentur Lotophagi apud Homerum, aſſignent fere arbori, eamque diligenter ſecernant ab herba, quae apud eundem pabulo eſt equis, nullam adhuc certam in poëta quidem notam deprehendi, quae equorum hominumque cibum ſegregare cogeret. Sunt ibi et equi λωτὸν ἐρεπτόμενοι (Iliad. 2, 776) ſunt et homines (Odyſſ. 9, 97.). Et recte Geſnerus ut ἄνθινον εἶδας (Odyſſ. 9, 84) ad herbam vergere monet, ita καρπὸν (94) eandem excludere negat. De loto accurate agit Curtius Sprengel in Antiquitatibus botanicis §§ 62—95. Cui accedit I. H. Voſſius ad Georg. 2, 84. Quorum ut optimis auctoribus firmata mihi videtur et omnibus numeris abſoluta doctrina, a qua nec Schneiderus recedat in Lex. Gr. voce λωτός, ita, Homerum rectene ceperint recentiores eo inter veteres, adhuc haereo. Geſnerus ad hunc locum, Dammius in Lexico Homerico Euſtathium ſecutus (in hoc quidem loco; alibi enim alia de loto dat Euſtathius, diverſos profecto ſcriptores exprimens), Quintilianus ipſe nihil praeter herbam agnoverunt in poëta, qui ſane potuerunt deſtitui ab accurata naturae peritia. Cum loto herba ab Homero jungitur cyperum Iliad. 21, 351. Odyſſ. 4, 603. item Hymn. in Merc. 107. Hujus quidem ſpecies (Linnaeo *cype-*

deliniti, voluptatem ſaluti praetuliſſe, dum laudis falſam imaginem perſequuntur, ipſa, propter quam dicitur, victoria cedunt. Atqui cetera, quae continuo magis orationis tractu
889 decurrunt, in auxilium atque ornamentum argumentorum comparantur, nervisque illis, quibus cauſa continetur, adjiciunt ſuperinducti corporis ſpeciem: ut, ſi forte quid factum *ira*, vel *metu*, vel *cupiditate* dicatur, latius, quae cujusque affectus natura ſit,

perſequuntur. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 2. edd. ante Gryph. accedentibus Gibſ. Obr. *proſeq.* Cod. Goth. Reliqui *ſequuntur.*

2. *orn. argumentorum comp.* Turic. mediam vocem omittit. Solus quantum video (cf. § 1. item mox). Male.

ſuperinducti. Turic. Guelf. *inductis ſuper.* cum Voſſ. 1. 3. Sed Camp. *inducti ſuper* cum Alm. et edd. ante Gryph. Auctorem ſcripturae noſtrae veterem deſidero; nec videtur abhorrere a latinitate haec praepoſitionis anaſtrophe. Exemplo tamen deſtituor; et tutior ceteris eſt transpoſitionum correctio cf. 4, 2, 128. Similis error in Turic. 4, 2, 92.

rus eſculentus) a Seſtinio V. C. in Epiſtolis e Sicilia et Turcia ſcriptis (T. 5. Epiſt. 3.) etiam hominum cibo inſervire narratur; quam cum a Saracenis ex Africa in Siciliam translatam cenſeat, ne ipſam quidem a loto Homerica plane alienam ſibi videri coram mihi affirmavit vir eruditiſſimus, qui et indicavit locum Herodoti, in hac diſputatione fere neglectum l. 2. c. 92. ubi memorantur κρίνεα — τὰ Αἰγύπτιοι καλέουσι λωτόν. Si enim maxime alter ille hujus ſcriptoris locus (4, 177), id quod periti viderint, arborem deſignat; nihil tamen hic ejusmodi. Nec quisquam in longinquarum regionum opibus memorandis ſummam Homeri expectet diligentiam. Quin rhamni loti Linnaeanae fructum vere ederint Lotophagi, nequaquam dubito in tanto eorum conſenſu, qui recentiore tempore iter fecerunt per iſtas regiones, quibus accedit Mungo Parcus p. 99. editionis Londinenſis anni 1799. 4.

2. *adjiciunt — ſpeciem.* cf. Prooem. tot. op. 24. item 6, 12, 6, 18.

profequamur. Iisdem *laudamus*, *incuſamus*, *augemus*, *minuimus*, *deſcribimus*, *deterre-* 5 *mus*, *querimur*, *conſolamur*, *hortamur*. Sed horum eſſe opera in rebus aut certis, aut de quibus tanquam certis loquimur, poteſt. Nec abnuerim eſſe aliquid in *delectatione*, multum vero in *commovendis affectibus*. ſed haec ipſa plus valent, cum ſe didiciſſe judex putat: quod conſequi niſi argumentatione, aliaque omni fide rerum, non poſſumus. 4 Quorum priusquam partiamur ſpecies, indicandum reor, eſſe quaedam in omni probationum genere communia. Nam neque ulla quaeſtio eſt quae non ſit aut *in re*, aut *in per-*

proſequamur. Alm. *ſequamur*, ſolus (cf. modo et § 5.).

3. *omni*. Turic. omittit cum Alm. et Obr. Non male.

4. *partiamur*. Sic Turic. Camp. cum Alm. Goth. Ceteri etiam Jenſ. (contra quam narrat Geſn.) *partior*. Convenientior huic loco pluralis habens gravitatem praecipientis, ſuamque rationem (quae mox eſt in iſtis: „indicandum *reor*") a communi reliquorum rhetorum ſegregantis. cf. 6, 2, 30. De indicativo an conjunctivo poſt *priusquam* cf. 4, 1, 52.

reor eſſe. Turic. omittit *reor* cum Alm. Voſſ. 1. 3. At Guelf. pro *reor eſſe* dat *erit* cum Baſil. marg. Omittunt *eſſe* Goth. (tac. Geſn.) Bad. Edd. ante Gryph. transponunt *eſſe reor*, unde impedita efficitur ſtructura (cf. modo § 2.). Procedit quidem oratio ſine *reor*; hoc tamen verum cenſeo.

neque ulla. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *nec u.* cf. 5, 7, 28 item mox hac §. *quaeſt. eſt quae*. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Burm. Hic cum recentioribus omittit *eſt*.

Iisdem. ſcil. *ceteris iſtis* bene monente Capper. ne quis de *argumentis* cogitet.

deſcribimus. cf. 3, 4, 3.

3. *aliaque — fide*. i. e. probationibus inartificialibus.

ſona; neque eſſe argumentorum loci poſſunt, niſi in iis, quae *rebus* aut *perſonis* accidunt: eaque aut per ſe inſpici ſolent, aut ad aliud referri; nec ulla confirmatio, niſi aut *ex conſequentibus*, aut *ex repugnantibus:* et haec neceſſe eſt aut *ex praeterito tempore*, aut *ex conjuncto*, aut *ex ſequenti* petere: nec ulla

neque eſſe. Sic Turic. Guelf. Camp. Ald. *non eſſe* dant edd. ante Ald. *nec* reliqui cf. modo hac §. it. mox § 5.

loci. Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 3. Bern. *loco.* Male.

5. *nec ulla confirmatio.* Turic. Camp. *neque u. confirmari* cum Alm. niſi quod ex hoc affertur *nec.* Malui hic cum reliquis omnibus *nec*, ob id quod ſequitur *nec ulla res*, in quo nulla varietas. cf. modo § 4. item 5, 9, 7.

aut ex conſeq. Sic Turic. Camp. cum Alm. Vall. Voſſ. 1. 3. Bern. Goth. (Voſſ. 2. ſiletur, ut et Britannici) edd. ante Ald. In Guelf. poſt *niſi* (prius § 4) ad *aut ex conſ.* omittuntur omnia. Reliqui ex Regii conjectura *aut ex antecedentibus aut ex conſeq.*

ſequenti. Turic. *conſequentibus* cum Alm. Bern. *ſequentibus.* Guelf. Voſſ. 1. *conſequenti.* Camp.

petere. Turic. *perte*, a ſec. manu *petat;* nec male, referendo ad *confirmatio.*

5. *aut ex conſequentibus — repugnantibus.* Regius hoc loco inferendum putabat: *aut ex antecedentibus*, quod Quintilianus ponere debuerit ex Ariſtotelis ratione. Hic enim Analyt. prior. l. 1. c. 27. (p. Buhl. 251. 52.). Δεῖ δὲ ait τὰς προτάσεις περὶ ἑκαστου οὕτως ἐνλαμβάνειν ὑποτιθέμενον — ὅσα ἔστιται τῷ πράγματι, καὶ πάλιν οἷς τὸ πρᾶγμα ἀκολουθεῖ, καὶ ὅσα μὴ ἐνδέχεται αὐτῷ ὑπάρχειν. Noſter et ipſe 6, 3, 66 dum recenſet unde riſus poſſit duci, jungit eodem modo *conſ. antec. rep.* Sic et Cic. Top. c. 4. c. 12. extr. item De Orat. 2, 39 extr. ubi *praecurrentia* idem eſſe videntur quod hic *antecedentia*, quanquam additur *quaſi.* Sed cum noſtro loco faciunt alii duo in hoc Qu. opere 5, 10, 2. 5, 14, 1. 25. ubi nulla *antecedentium* mentio. Ac ſatis oſtendit ſcriptor, comprehendere ſe ipſa *antecedentia* in *conſequentibus* 5, 10, 76. quae ipſius quoque Regii ſuſpicio fuit, et in hac erat acquieſcendum.

res probari nisi ex alia potest: eaque sit opor-
6 tet aut *major*, aut *par*, aut *minor*. *Argumenta* vero reperiuntur aut in *quaestionibus*, quae etiam separatae a complexu rerum personarumque spectari per se possint: aut *in ipsa causa*, cum invenitur aliquid in ea, non ex communi ratione ductum, sed ejus judicii, de quo cognoscitur, proprium. *Probationum* praeterea omnium aliae sunt *necessariae*, aliae *credibiles*, aliae *non repugnantes*.
7 Et adhuc, omnium probationum quadruplex ratio est, ut vel, quia est aliquid, aliud non sit, ut, *Dies est; nox non est:* vel, quia est aliquid, et aliud sit; *Sol est super terram, dies est:* vel, quia aliquid non est, aliud sit,

ex alia. Turic. *ex illa* cum Alm. (cf. § 2. 5, 9, 4.)

6. *possint.* Turic. Camp. cum Goth. Loc. Ven. Rusc. *possunt.* Haud facile decernas. *ea non ex comm.* Guelf. omittit *non ex* cum Voss. 1. 3. Sed Bern. *non* solum et mox *comm.* De *non* omisso cf. 4, 2, 29. *alia cred.* Guelf. omittit haec cum Voss. 1. 3.

7. *Et adhuc.* Sic Turic. Guelf. cum Voss. 1. 3. Ald. Reliqui omittunt *Et.* Lenior tamen eo fit oratio, referendo *adhuc* ad id quod praecesserat *praeterea.*

est aliquid aliud non. Sic Turic. Camp. Reliqui *al. est a, n. aliquid et aliud.* Sic Turic. Guelf. cum edd. ante Burm. exc. Camp. qui hic multa turbat. Recentiores exc. Bip. male omittunt *et.* *sit Sol.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Voss. 2. et edd. ante Basil. Reliqui inserunt *ut*, quorum Bad. Gryph. Stoer. Chouet. etiam magis praepostere *ut quia.*

aliquid non. Turic. Camp. cum Alm. Voss. 1. 3. Bern. *aliud non.* *sit Nox.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui inserunt *ut.* Omisi, ut supra.

6. *separatae — personarumque.* vid. 2, 1, 9. it. 6, 10, 53.

7. *Dies est.* Hoc exemplum frequentatur apud Sext. Emp. 2, 109. 8, 113 et passim.

Nox non eſt, dies eſt: vel; quia aliquid non eſt, nec aliud ſit, *Non eſt rationalis, nec homo eſt.* His in univerſum praedictis partes ſubjiciam.

IX. Omnis igitur probatio artificialis conſtat aut *ſignis*, aut *argumentis*, aut *exemplis*. 391 Nec ignoro plerisque videri *ſigna* partem argumentorum: quae mihi ſeparandi ratio haec fuit prima, quod ſunt paene ex illis inartificialibus: *cruenta* enim *veſtis*, et *clamor*, et *livor*, et talia, ſunt *inſtrumenta*, qualia *tabulae*, *rumores*, *teſtes*; nec inveniuntur ab oratore, ſed ad eum cum ipſa cauſa deferuntur: altera, quod *ſigna*, ſive indubitata ſunt, non ſunt argumenta; quia, ubi illa ſunt, quaeſtio non eſt; argumento autem, niſi in re controverſa, locus eſſe non poteſt: ſive dubia, non ſunt argumenta, ſed

aliquid non. Guelf. *aliud non* cum Jenſ. et edd. ante Bad.

ſit Non eſt. Turic. *ſ. Nox.* (a ſec. manu *ſ. nox nec*) Alm. *ſ. ut nox eſt* (male excerptus profecto) Camp. *ſ. nec.* Omittunt plerumque *ut* Voſſ. 2. Bern. Jenſ. et edd. ante Bad. Aliquot etiam hic *ut quia.* *rationalis.* Sic Turic. Guelf. cum Alm. Voſſ. 3. Bern. Jenſ. et edd. ante Bad. Reliqui neutrum, quorum Vall. Goth. Camp. Vidov. marg. *rationabile.* cf. 2, 16, 16. Neutrum genus placere poteſt ut reſpondens *Porphyriano* λογικὸν (cf. nos ad 2, 16, 12) et poſitum a noſtro 5, 10, 57. Sed apud Graecum et Qu. *animal* additur, quod hic difficilius intelligitur.

2. *ſive indub.* Turic. Camp. *ſi ind.* cum Alm.

ſunt. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *ſint.*

1. *plerisque.* Horum eſt *quae — ſeparandi.* Cave Cicero, qui in Topic. *argumentis* ſubjicit *adjuncta* c. 4. *adjunctis* autem *ſigna* c. 12. *quae* accipias femininum. *inſtrumenta.* cf. 5, 7, 36.

ipsa argumentis egent. Dividuntur autem in has primas duas species, quod eorum alia sunt, ut dixi, quae *necessaria* sunt, alia quae *non necessaria*. Priora illa sunt, quae aliter habere se non possunt, quae Graeci vocant τεκμήρια, ἄλυτα σημεῖα, quae mihi vix pertinere ad praecepta artis videntur: nam, ubi est

3. *necessaria — quae mihi.* Aliquid hic concessum est conjecturae Gesnerianae, in ceteris fere expressa Codd. optimorum scriptura. Turic. *nec. s. quaeque a. h. s. n. p. q. G. tecmeria vocant alia similia q. m.* Camp. plane sic usque ad *vocant.* deinceps: *quae sunt α αυτα σημεια q. m.* Guelf. *nec. priora illa sunt q. a. se habere n. p. q. graeci tecmeria v. quae sunt alita semina q. m.* Goth. plane sic, nisi quod post *nec.* habet *sunt*, et expressa dat Graeca ἄλυτα σημεῖα. Jens. *nec. s. p. i. s. q. a. h. s. n. p. q. g. v.* (lacuna) *alia quae* (lacuna) *q. m.* cum edd. ante Ald. nisi quod illae lacunarum locis ponunt: τεκμήρια, σημεῖα. Haec eadem praeferre narratur Alm., sed pro *alia quae σημεῖα* cum Turic.: *alia similia.* Apparet ab antiquissimis (Turic. Camp. profecto et Alm.) abesse *priora illa sunt*, ab omnibus autem *alia quae non necessaria*, quae de conjectura inferere suasit Gesnerus; rectissime ille. Hujus est constitutio, in nota tantum proposita: *n. a. q. n. n. s. P. i. s. q. a. h. n. p. q. G. τ. v. quae sunt* (haec duo vocabula dant Guelf. Goth. Camp.) *ἄ. σ. q. m.* Hanc, lectore non monito, dedit Andres, repetiitque Blassius. Quid in ea et quare ego mutarim, facile apparebit. Potest displicere quod τεκμήρια *vocant*, ut est in antiquis, transponere malui, ad excusorum modum; item quod continuantur Graeca ista τεκμήρια, ἄλυτα σημεῖα sine copula interjecta. Sed integrum sensum quaesivi cum minima vestigiorum veterum defertione. Ab Aldo inde omnes dederunt Regianam conjecturam, ab ipso non sine dubitatione propositam: *nec s. quae Graeci vocant τεκμήρια: alia non necessaria, quae σημεῖα. Priora illa sunt, quae aliter habere se non possunt, quae mihi.* Quae autem est illa tanta, malum, Gibsoni oscitantia, nihil de suis Codd. monentis! cf. not. ex. item not. crit. 5, 10, 64.

3. *ut dixi.* Modo (§ 2) *sive indubitata — sive dubia.*

ſignum inſolubile, ibi ne lis quidem eſt.
592 Id autem accidit, cum quid aut neceſſe eſt 4
fieri, factumve eſſe; aut omnino non poteſt
fieri, vel eſſe factum: quo in cauſis poſito,
non eſt lis facti. Hoc genus per omnia tem- 5

ſignum inſolubile. Turic. *ſ.* aĭ (cf. 4, 5, 3. 5, 10, 9.) *inviolabile.* (a pr. manu, a ſec. *ſ. aliquod inviol.*) Alm. *ſ. at* (litera t prominere non narratur) *inviolabile.* Camp. *ſ. aliquod inviolabile.* Bodl. *ſ. alias aliquòd inviolabile.* Andr. *ſ. aliquid inviolabile.* *Inſolubile* contra praeſtantiſſimos libros tenendum eſt, ob ἄλυτον. Nec *aliquod* quidem inſeri placet.

ne lis quidem. Turic. *neceſſitas quaedam* cum Alm. Camp. (Vett. edd. ut Jenſ. Tarv. Ald. Baſil. *nec l. q.* cf. 1, 5, 38). Merum errorem interpretor pro vulgata.

4. *aut omnino.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Alm. Obr. Reliqui inferunt *certe*, ſine ſenſu.

quo — poſito. Turic. *quo* (ſed a ſec. manu: *quod*) — *poſitum* cum Alm. (cf. 5, 8, 5. item mox.)

non eſt lis facti. Turic. *n. e. aliis* (a ſec. manu *alius*) *niſi f.* cum Alm. (cf. modo, item 13.) Camp. *n. e. l. niſi f.* cum Goth. Ald. Obr. Levi diſcrimine Guelf. *n. e. his* (ut et modo § 3) *niſi f.* Reliqui *lis n. e. niſi f.* De Pſeudo-Turnebi et

inſolubile. cf. 5, 10, 74. *ſign. immutabile.* Noſtro vocabulo redditur Graecum ἄλυτον, quod eſt apud Ariſtotelem ipſum Rhet. 1, 2, 18. item 2, 25, 14 et Analyt. pr. 2, 29, 8 quo in utroque Rhetoricorum loco ipſe ablegat. Capperonnerius Maximum memorat rhetorem, cujus opus extet in bibliotheca Pariſina MS. περὶ ἀλύτων, δυσλύτων καὶ εὐλύτων. Ariſtoteles loco primum poſito τεκμήριον ait eſſe σημεῖον ἄλυτον, ut ejus maxime doctrinam et hic ſequi videatur Qu. Praeterea eodem *pariendi* (cf. § 5) utitur exemplo, quanquam paulo aliter ac noſter, et magis ad noſtri formam Cicero de Invent. 1, 29 ad quem locum Marii Victorini (p. Pithoei 161) annotationem, negantis hoc eſſe neceſſarium argumentum ſecundum Chriſtianorum opinionem, probat Capperonnerius.

4. *non eſt lis facti.* Non eſt ſtatus conjecturalis cauſa.

pora perpendi ſolet. Nam et *coiſſe eam cum viro, quae peperit* (quod eſt praeteriti) et *fluctus eſſe, cum magna vis venti in mare incubuit* (quod conjuncti) et *eum mori, cujus cor eſt vulneratum* (quod futuri) neceſſe eſt. Nec fieri poteſt, ut *ibi meſſis ſit, ubi ſatum non eſt;* ut *quis Romae ſit, cum eſt Athenis;* ut *ſit ferro vulneratus, qui ſine cicatrice eſt.* 6 Sed quaedam et retrorſum idem valent, ut, *vivere hominem, qui ſpirat;* et *ſpirare, qui vivit:* quaedam in contrarium non recurrunt. neque enim, *quia movetur, qui ingreditur,* 7 *iccirco qui movetur ingreditur.* Quare poteſt

Geſneri conjectura contra libros omnes expunxi *niſi*. Repetit Geſn. errorem ex caſu iterante *lis*. Equidem conſulto hoc peccatum eſſe arbitror ab eo, qui, *aliis* vel *alius* (cf. 5, 10, 103 ubi idem in *lite* error) inveniens in vetuſto libro, aliquid otioſe hariolaretur. Nihil agit Capper. defendens *niſi*, et *facti* interpretans *facti illius prioris*, quod ſi probatum fuerit, id ipſum, de quo agetur, manifeſtum eſſe. Quis enim omittat *prioris* vel *alterius*, qui hoc velit ſignificare? cf. male inſertum *niſi* 5, 7, 25.

5. *meſſ. ſit.* Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. Reliqui *ſ. m.*

6. *retrorſum.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Voſſ. 1. Ald. Baſil. Reliqui *retrorſus.* *neque en.* Sic ſcripſi ex analogia. Libri quidem mei omnes *nec e.* cf. 5 Prooem. 5. 5, 10, 26. *iccirco — ingreditur.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Sed Guelf. *etiam ingreditur qui movetur* cum Voſſ. 1. 3. Ald. Baſ. Paulo aliter Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *icc. ingr. q. mov.* cum edd. reliquis ante Gryph. qui primus conjungit *icc.* et *etiam* ſic: *icc. etiam ingr. q. mov.* cum reliquis. Alterutrum proſcribi debebat, et noſter ordo elegantem habet χιασμόν. In ſcriptura *iccirco* pro *idcirco* hic quidem auctores habeo MSS. nullos, editos ſolum a Jenſ. ad Gryph. usque; ſed ſequor Cellarium et analogiam.

6. *retrorſum — valent.* cf. 5, 10, 49.

et *coisse cum viro, quae non peperit;* et *non esse ventus in mari, cum esset fluctus; neque utique cor ejus vulneratum esse, qui perit:* ac similiter *fatum fuisse* potest, *ubi non fuit messis; nec fuisse Romae, qui non fuit Athenis; nec fuisse ferro vulneratus, qui habet cicatricem.* Alia sunt signa non necessaria, quae εἰκότα Graeci vocant: quae,

7. *neque utique.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *nec ut.* cf. 5, 8, 5. 5, 10, 81. *cor ejus vuln.* Turic. Camp. *cum vuln.* cum Alm. ex mero errore. *perit.* Camp. *periit.*, solus; male, ni fallor. *nec fuisse — Ath.* Sic Turic. Camp. Alm. (nisi quod hi tres *fuisset* pro *fuit*) cum Goth. Voss. 1. 2. 3. Bern. (quanquam *non* ex iis non memoratur) et edd. ante Gryph. Hic omittit *non* cum Guelf. (et fortasse Voss. 1. 3. Bern.) Mox Stoer. et *nec* desiderat, cum reliqui ante Gesn. *Non* omissum cf. ad 4, 2, 29.

vulneratus. Sic Turic. Camp. Obr. Capper. Bip. cum Alm. Voss. 1. 3. Ald. Reliqui *vulneratum*, sine sensu.

8. εἰκότα. Turic. Goth. (tac. Gesn.) Camp. εικοια. Guelf, εἰκία. Vall. et Colb. ἰχνεια, ἰχνεα. Alm. εἰκαῖα cum edd. ante Stoer. (exc. Basil.) quo acc. Roll. Levis discrepantia, α dantium an ο, non videtur observata in Alm. Ipsa, quam cum recentioribus posui, vox, legitur 5, 10, 15. ubi fere in vetustis libris latinae litt. ut Turic. *eicota* Camp. Goth. (tac. Gesn.) *icota.* Sed Guelf. expresse ibi εικοτα. Quaerat sane aliquis, cur hic tantum in hoc vocabulo fuerit peccatum. Nihil tamen agunt qui defendunt εἰκαῖα, quod in rhetoribus Graecis nemo usquam legit.

7. *cum esset fluctus.* An: *e. est f.?*

8. εἰκότα. Cum haec sit probatissima scriptura, agnoscenda quidem est in Quintiliano Aristoteleae doctrinae quaedam incuria. Neque enim Aristoteles εἰκὸς et σημεῖον unius generis facit species Analyt. pr. 2, 27. Εἰκὸς — καὶ σημεῖον οὐ ταυτόν ἐστιν. cf. Rhet. 1, 2, 15. 16. Nec profecto nihil habet difficultatis quod noster mox in *argumentorum* tractatione (quam quidem hic se inchoare negat) ponit εἰκότα, 5, 10, 15. cum praesertim dicat in iis partem

etiamsi ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen adjuncta ceteris, plurimum 393
9 valent. *Signum* vocant (ut dixi) σημεῖον, quanquam id quidam *indicium*, quidam *vestigium* nominaverunt, per quod alia res intelligitur, ut *per sanguinem caedes*. At, quia sanguis vel ex hostia respersisse vestem potest, vel e naribus profluxisse: non utique, qui vestem cruentam habuerit, homi-
10 cidium fecerit. Sed, ut per se non sufficit, ita ceteris adjunctum, testimonii loco ducitur, *si inimicus*, *si minatus ante*, *si eodem*

9. *adjuncta*. Turic. *adjuta* (sed a sec. manu nostrum) cum Goth. Voss. 2. 3. Bern. et aliquot edd. Appellat Gesn. § 11. *extrinsecus adjuvantur.* σημεῖον. Guelf. τεκμήριον. Solus, nata, ut suspicor, varietate ex lacuna postmodum memoriter expleta. *quid.* — *vestig.* Omittit *ind. quid.* Guelf. cum Voss. 2. 3. Goth. (tac. Gesn.) sed hic *quidem* pro *quidam*. *At quia sang.* Turic. Guelf. *ac s.* cum Alm. *at s.* Camp. cum Goth. Voss. 3. et edd. ante Bad. Unde ascitum sit *quia*, necessarium profecto, non liquet. Damnum quidem sententiae resarciunt Turic. et Camp. ante *non utique* inserentes *ac*, soli; nec tantundem elegantiae in structura.

10. *adjunctum*. Turic. a pr. manu *ad* cum lacuna pro *junctum*, a sec. nostrum. Goth. *adjutum* cum Voss. 2. et Vall. a sec. manu, cum prima dedisset nostrum., quod recte hic defendit Badius. *ducitur*, Ita Turic. Guelf. Camp. cum Bodl. Bal. Voss. 1. 3. et edd. Ald. Basil. ceterisque ante Leid.

maximam argumentationis confistere (§ 19. c. 10.). An censebimus εἰκότα σημεῖα longe differre ab εἰκόσι sic, nullo additamento, dictis? Hoc nonnisi manifesto Graecorum rhetorum usu poterit declarari. Interim tenendum, scripturam librorum hic non usquequaque esse expeditam.

9. *ut dixi*. Locus, quo remittimur, nullus esse potest nisi § 3. Sed quid hoc est sententiae, hoc maxime loco interpositae? De iis qui *indicium* nominarint cf. 5, 10, 11.

loco fuit: quibus ſignum cum acceſſit, effi-
cit, ut, quae ſuſpecta erant, certa videan-
tur. Alioqui ſunt quaedam ſigna utrique 11
parti communia, ut *livores tumores* (nam
videri poſſunt et *veneficii* et *cruditatis*), et
vulnus in pectore, ſua manu, et aliena periſſe
dicentibus, in quo eſt. Haec perinde firma
habentur, atque extrinſecus adjuvantur.
Eorum autem, quae *ſigna* ſunt quidem, ſed 12
non neceſſaria, genus Hermagoras putat, *non
eſſe virginem Atalantam, quia cum juveni-
bus per ſilvas vagetur.* Quod ſi receperi-
mus, vereor, ne omnia, quae ex facto du-
cuntur, ſigna faciamus. Eadem tamen ra-

accedunt Gibſ. Obr. Roll. Capp. Bip. Reliqui *dicitur* quod bene revincit Gibſ.

11. *in quo.* Ita Turic. Guelf. Camp. cum Codd. (praeter Voſſ. 2. qui ſiletur) omnibus et edd. ante Leidenſem. Reliqui *in aequo.* Schrevelius unde arripuerit mutationem, per ſe quidem ingenioſam, hinc tamen alienam, ignoro. Nam Gronovium ſuaſiſſe vix credo. Fraudi fuit quod parentheſin neglexerunt, quam primus uncis demonſtravi. In recentiorum conſtitutione deficit ſubjectum *ad periſſe*, quod antiqua habet in relativo *in quo*.

perinde. Turic. *proinde* cum edd. ante Ald. quod correxit Regius. Noſtrum dant Guelf. Goth. Camp.

11. *ſua manu — in quo eſt.* „Dum dicunt eum, *in quo* „*eſt* vulnus in pectore, ſua „manu periſſe, et viciſſim „aliena.“ Malo enim abſolutum accipere ablativum in *dicentibus*, quam dativum referre ad praecedens ante parentheſin *communia*, quod tamen nec ipſum ſit abſurdum. cf. not. crit.

12. *Atalantam.* Victorius ad Ariſt. Rhet. lib. I. p. 56. (ed. Flor.) reprehendit Quintilianum, quod ſignum hoc dixerit, cum ſit εἰκός. Sed Hermagorae haec eſt ratio, a Quintiliano improbata.

13 tione, qua ſigna, tractantur. Nec mihi videntur Areopagitae, cum damnaverunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud judicaſſe, quam id ſignum eſſe perniciosiſſimae mentis, multisque malo futurae, ſi adoleviſſet. Unde Spurii Maelii, Marcique Manlii popularitas, ſignum affectati regni eſt 394
14 exiſtimatum. Sed vereor, ne longe nimium nos ducat haec via. Nam, ſi eſt ſignum adulterae, lavari cum viris; erit et convivere cum adoleſcentibus, deinde etiam fami-

13. *Maelii.* Libri quidem *Melii* niſi quod Voſſ. 1. 3. *Emilii* ſed cf. 3, 7, 20. *Marcique.* Guelf. *M. Q.* Goth. (tac. Geſn.) *M. que.* Camp. *Q.* Jenſ. (tac. Geſn.) *M.* cum edd. ante Ald. qui facit cum Goth. ut et Bad. Sed Tarv. cum Guelf. In genitivo non ſum auſus unam literam ponere, non praeeunte Turic. nec quoquam modo *Sp.* dante. cf. 4, 2, 2. 5, 11, 39. *regni.* Turic. *regnum* cum Alm. (cf. § 4. 14.). Nihil niſi error proxima continuantis librarii, dum refert ad *exiſtimatum.* vid. I. H. Voſſ. ad Virgil. Ecl. 8, 74. Sic Turic. Alm. *heredis* pro *heres* 3, 6, 102. cf. 4, 2, 88. Item Turic. *juſtitiorum* pro *juſtiora* 3, 7, 18. mox § 16 pro *majora minorum.* Guelf. *m. minora.* Burm. pro *affectati* in hac ratione malit *affectationis;* fruſtra. cf. 5, 11, 12.

eſt exiſt. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. exc. Aldo *fuit ex.* Nec diſplicet.

13. *Areopagitae.* Hiſtoria mihi quidem aliunde non nota. Potuit puer ille coturnices alere ad ludum Graecis valde uſurpatum ὀρτυγοκοπίαν de qua conferre Geſnerus jubet Pollucem, in onomaſtico 7, 156. 9, 108.

Maelii — Manlii. cf. 5, 7, 20. it. 5, 13, 24.

exiſtimatum. Nihil eſt quod Francius malit *exiſtimata.* Sic enim veteres, reſpiciendo ad potiorem vocem magis quam pro ſevera logica. cf. dicta ad 2, 18, 1.

14. *convivere.* In hac voce cf. 1, 6, 44. 7, 3, 31.

liariter alicujus amicitia uti: ut fortaſſe corpus vulſum, fractum inceſſum, veſtem muliebrem, dixerit mollis et parum viri ſigna, ſi cui (cum ſignum id proprie ſit, quod ex eo, de quo quaeritur, natum ſub oculos venit), ut ſanguis e caede, ita illa ex impudicitia, fluere videantur. Ea quoque 15
quae, quia plerumque obſervata ſunt, vulgo ſigna creduntur, ut prognoſtica,

—— vento — rubet aurea Phoebe;

Et,

— cornix plena pluviam vocat improba voce;

ſi cauſas ex qualitate coeli trahunt, ſane ita appellentur. Nam, ſi vento rubet Luna, 16

14. *am. uti: ut. fort.* Turic. *am. aut fort.* cum Alm. cf. § 13. item hac §. Sed ille a ſec. manu *aut. am. aut fort.* cum Camp. Sed Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *am. uti fort.* cum Voſſ. 3. *am. uti aut fort.* Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Gryph. qui tranſpoſuit *am. uti famil. ut fort.* Mox Stoer primus noſtram, quae profecto vera; et quomodo in corruptis iſtis lateat, facile apparet. Jam Regius pro *aut* conjecit *ut.*

dixerit. Camp. *dixerim* cum Goth. Vall. Voſſ. 2. quod bene revincit Badius. vid. not. ex. Propoſuerat jam Regius.

et parum. Turic. inſerit *aut* cum Alm. (cf. modo hac ipſa § item mox eadem). Pro *et* Camp. *aut.*

e caede, ita. Turic. *caedis lita.* Alm. *caedis ita.* (cf. modo hac §. item 5, 10, 6.) Ante Stoer. fere *ex c.* Sed Camp. et Guelf. nobiscum faciunt. Omittunt praepoſitionem Voſſ. 1. 3.

15. *appellentur.* Jenſ. (tac. Geſn.) *appellantur* cum edd. ante Ald. Jam Regius correxit, cui addicere videntur Codd. omnes.

14. *corpus vulſum.* vid. 2, 5, 12. Suet. Oth. 12.

dixerit. Hujus verbi ſubjectum eſt in pronomine *ſi cui.*

15. *ita appellentur.* Non quidem *prognoſtica* appellentur, ſed *ſigna.* Loca Virgiliana ſunt e Georgicis 1, 431. 388. 422.

ſignum venti eſt rubor. Et ſi, ut idem poëta colligit, denſatus et laxatus aër facit, ut ſit inde *ille avium concentus*, idem ſentiemus. Sunt autem ſigna etiam parva magnorum, ut vel haec ipſa cornix: nam, majora minorum eſſe, nemo miratur.

X. Nunc *de argumentis*. Hoc enim no- 395
mine complectimur omnia, quae Graeci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant, quanquam apud illos eſt aliqua horum nominum differentia, etiamſi vis eodem fere tendit. Nam *enthymema* (quod nos *commentum* ſane, aut *commentationem* interpretemur, quia aliter non poſſumus, Graeco melius uſuri) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta ſignificat; ſed nunc de eo non loquimur: alterum, quo ſententiam cum

16. *ſi, ut.* Turic. Camp. *ſicut* cum Alm. Male.

ut vel. Camp. *velut.* (cf. 4, 2, 61.) Guelf. om. *ut.* Contra Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *vel* omittunt cum Voſſ. 3. et edd. ante Leid. exc. Aldo. De confuſis *ut* et *vel* cf. 4, 3, 12. Turic. tuetur noſtram.

1. *interprètemur.* Ita Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Vall. Bad. Steph. (hic bene commemorato a Capper.) Gryph. Reliqui *interpretamur* cf. 3, 5, 18. item praef. noſtr. p. 85. quo adde 6, 2, 29. *ſane* alienum eſt ab indicativo.

uſuri. Turic. Camp. *uti* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Ad ſenſum ferri poteſt, ſed ſtructura eſt abrupta, nec pro Quintiliani elegantia. Noſtrae vindex eſt Guelf. cum multis profecto aliis.

1. *omnia mente concepta.* cf. Cic. Topica c. 13. „non „quod non omnis ſententia „proprio nomine enthymema „dicatur."

ſententiam cum ratione. Ariſt. Rhet. 2, 21, 2. τοῦτο μὲν οὖν γνώμη· προστεθείσης δὲ τῆς αἰτίας, καὶ τοῦ διὰ τί, ἐνθύμημα ἔσται τὸ ἅπαν. Figuram

ratione: tertium, quo certam quandam argumenti concluſionem, vel ex conſequentibus, vel ex repugnantibus. quanquam de hoc parum convenit. Sunt enim, qui illud prius *epichirema* dicant: pluresque invenies in ea opinione, ut id demum, quod pugna conſtat, *enthymema* accipi velint. et ideo illud Cornificius *contrarium* appellat. Hunc alii

2. *epichirema.* Sic ubique ſcribo, quotiès latinis literis utor, ducibus plerumque Guelf. Camp. interdum et Turic. aliquotque editis. Horum plurimi *epicherema.*

invenies. Ita Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *invenias.*

quod pugna. Ita Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. Capper. Reliqui *quo p.* Obtemperandum erat vel levi librorum auctoritati, in frequenti praeſertim confuſione vid. Drakenb. ad Liv. 36, 33, 3. cf. not. ex.

3. *Hunc.* Turic. Camp. *hinc.* cum Andr. Par. Vaſc. Steph. Gryph. Stoer. Chonet. ſuos Codd. male tacente Burmanno. Aldus quidem ſolus, ſed in utraque ed., *nunc.*

facit Julius Rufinianus p. 217. in Ruhnk. ed. Lupi.

2. *ex conſeq. — ex repugn.* cf. 5, 8, 5.

illud prius, quod ex conſequentibus concluditur.

quod pugna conſtat. cf. 5, 14, 2. „Ex pugnantibus, „quod etiam *ſolum* enthymema quidam vocant.“ Cic. Top. l. c. „illa rhetorum — ex „contrariis concluſa, quae ipſi „enthymemata appellant. — „cum omnis ſententia enthymema dicatur, quia videtur „ea, quae ex contrariis con„ficiatur, acutiſſima, *ſola* „proprie nomen commune „poſſidet.“ Quem Ciceronis locum exprimit noſter 8, 5, 9. Julius Rufinianus p. 217. (ed. Ruhnk. Rutilii Lupi) „Enthymema ſit cum periodos „orationis *ex contrariis* ſententiis aſtringitur.“

Cornificius. vid. 3, 1, 21. Locum ipſum habes apud Script. ad Herenn. 4, 18.

3. *Hunc — vocaverunt.* Ariſtot. Anal. pr. 2, 29 ἐνθύμημα — ἐστὶ συλλογισμὸς ἀτελής. idem Rhet. 1, 2, 8. καλῶ — ἐνθύμημα — ῥητορικὸν συλλογισμόν. cf. noſtr. 1, 10, 38. 5, 14, 24. item 5, 14, 1. Ad ſecundum horum locorum non immerito reprehendit Quintilianum Victorius

rhetoricum ſyllogiſmum, alii *imperfectum ſyllogiſmum* vocaverunt, quia nec diſtinctis, nec totidem partibus concluderetur: quod 396
ſane non utique ab oratore deſideratur.
4 *Epichirema* Valgius *aggreſſionem* vocat; Celſus autem judicat, non noſtram adminiſtra-

quia nec. Turic. Guelf. Camp. omittunt *nec* cum Alm. Voſſ. 1. 3. et edd. ante Ald. qui haec dat *q. non d. t. p.* *Nec* de conjectura inſeruit Regius; neceſſario profecto. Sed cf. ad 4, 2, 29. Vindices negationis manifeſti adhuc quidem ſoli Vall. (ref. Badio) et Goth.

4. *Celſus — judicat.* Guelf. *Verius — judico* cum Voſſ. 1. 3. Bern. item edd. aliquot in marg. Sed Baſil. (quod ipſum (p. 39) quod parum accurate dixerit et hic et illic ab „*aliis* „rhet. ſyll. ab *aliis* imperf. „vel partem ſyllogiſmi voca„tum enthymema“ cum ipſe Ariſtoteles utroque modo appellet. Deinceps his appellationibus uſi ſunt *Artigraphi* quales vocat Caſſiodorus in Rhett. Pithoeanis p. 340. quorum aliquot recenſet Erneſtus ſub hac voce in utroque Lexico. Diſtinctionem plerarumque editionum deſerui. Neque enim ferri poterat, id quod faciebant illae, ut *illud* et *hunc* ad diverſa redderentur; prius ad *enthymema*, poſterius ad *epichirema*. Utrumque neceſſario ſpectat ad *enthymema*. Hoc de Cornificio, pro interjecta ſententia accipiendum, ſtructuram non mutante.

4. *Epichirema Valgius.* De *Valgio* cf. 3, 1, 18. *Epichirematis* etymon, quod exprimere conatus eſt Valgius, non ſatis expeditum inveni a rhetoribus antiquis. Ariſtoteles Topic. 8, 3, 1 (p. Buhl. 379) ἐπιχειρεῖν opponit et ὑπέχειν i. e. *defendere*. Idem Topic. 8, 9, 16. (p. 402) ἐπιχείρημα ait (ἐστὶ) συλλογισμὸς διαλεκτικός. Argumentationes a Graecis ἐπιχειρήματα appellatas etiam Cornificius commemorat ad Herenn. 2, 2. Alia loca, ſed in etymo nequaquam occupata, plena manu miniſtrat Erneſtus in utroque Lexico h. v. Non quidem liquet *aggreſſio* deſignata ſit a Valgio *rei quam tractamus*, an *adverſarii*; prius tamen praefero. cf. 5, 14, 27.

noſtram adminiſtrationem. Capperonnerius recte remittit nos ad 2, 18, 5. unde intelligamus *adminiſtrationem* dici pro πράξει quatenus opponitur θεωρίᾳ.

tionem, ſed ipſam rem, quam aggredimur, id eſt argumentum, quo aliquid probaturi ſumus, etiamſi nondum verbis explanatum, jam tamen mente conceptum, *epichirema* dici. Aliis videtur, non deſtinatam, vel inchoatam, ſed perfectam probationem hoc nomen accipere, et ultimam ſpeciem: ideo-

in marg. habent complures) *Verrius* pro *Celſus*, non mutata perſona verbi. Mire profecto, cum ceteroqui nulla *Verrii Flacci* apud Qu. mentio fiat.

5. *deſtinatam — inchoatam — perfectam probationem.* Guelf. *deſtinata — inchoata — perfecta oratio.* cum Bern. et edd. a Gryphio inde ad Obr. Ante Gryph. ed. Jenſ. (tac. Geſn.) et reliquae ſic; ſed *orationem* pro *probationem*, cum Codd. Goth. Voſſ. 2. Integram noſtram primus repraeſentavit Obr. obſequentibus recentioribus, et eſt in Turic. Camp. Alm. item in Bodl. Andr., ut ſuſpicor, quanquam Gibſ. refert *deſtinatam et inchoatam probationem* (non *orationem*, ut ex eo Burm.) velut mutilam ſcripturam. Nominativus invectus eſt in Codd. ab argutantibus librariis. cf. not. ex.

et ultimam ſpeciem. Guelf. *ultima ſpecie.* cum Baſil. (niſi quod hic addit *et*) Gryph. et rell. ante Obr. Noſtra in Turic. Camp. Alm. Bodl. Voſſ. 2. Goth. Andr.

Aliis videtur — ultimam ſpeciem. Hi contra ac Celſus de re judicaſſe dicuntur. Neque aliud quidquam hac definitione ſatis verboſa ſignificare voluit Qu. Quod autem *ultimam ſpeciem hoc nomen accipere* ait, eſt ea *ultima ſpecies* argumentorum, ſic conformata, ut jam *epichirema* recte dicatur, neque ullam aliam ſibi ſubjectam habeat; τὸ ἀδιαιρώτατον εἶδος ex Porphyrii appellatione (vid. Ariſt. ed. Buhl. Vol. 1. p. 377). Eodem vocabulo utitur mox § 56. 7, 1, 23. Structuram τοῦ *videtur* cum accuſativo ſequente attende. Ne recte quidem poterat hic poni nominativus, quia in *videtur* eſt *placet*, et oratio redit eodem ac ſi ſcripſiſſet: „Alii jubent hoc „nomen dare probationi cet.“ Ea quidem vis plerumque eſt verbo *videndi*, cum ita accuſativo jungitur, quod ex plurimis Livii locis apparet. Quanquam nec in ſolita ſignificatione a ponendo accuſative

que propria ejus appellatio, et maxime in uſu poſita eſt, qua ſignificatur certa quaedam ſententiae comprehenſio, quae ex tribus minimum partibus conſtat. Quidam *epichirema rationem* appellarunt; Cicero melius, *ratiocinationem:* quanquam et ille nomen hoc

comprehenſio. Turic. Guelf. Camp. *compreſſio* cum Alm. Voſſ. 1. 3. Goth. et edd. ante Ald. quod pro tempore ingenioſe profecto correxit Regius. Vallam ſcribere *compraenſio* narrat Badius. cf. 8, 3, 67. *minimum.* Turic. *minime.* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) omittunt vocem cum Bern. et edd. ante Obr. Narratur Alm. dare *minime in* (cf. 5, 9, 14. item mox § 7.). Burm. Obrechtum primum repraeſentantem *minimum* recte probat (cf. 5, 14, 6.). Poterat et *minime* ferri hac poteſtate vid. Turſell. p. 470.

6. *ratiocinationem.* Turic. Guelf. Camp. *ratiocinativum* cum Goth. Alm. Voſſ. 1. 3. et edd. ante Bad. ſec. Noſtram repo-

abhorrent Romani, quod dudum docuerunt in primis Dukerus ad Florum 2, 6, 45. et Oudendorpius ad Sueton. Otho. c. 7. cf. 6, 1, 31.

5. *ex tribus minimum partibus.* Burmannus recte ad partes vocat Cic. de Inv. 1, 34. „partim *quinque* ejus partes „eſſe dixerunt, partim non „plus quam in *tres* partes „poſſe diſtribui putaverunt.“ cf. et noſtr. 5, 14, 6.

6. *ratiocinationem.* Qui hoc nomine appellarint epichirema, hodie ignoramus.

Cicero. de Inv. 1, 31. 34. Recte autem Qu. ſubjicit, Ciceronis vocem latinam reddere magis συλλογισμὸν quam ἐπιχείρημα. Ciceronis quidem definitio (c. 34. init.) non

prorſus abhorret ab Ariſtotelis Topic. 1, 1, 3. Ἔστι δὴ συλλογισμὸς λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. Hujus autem ipſa verba poſuit Alcinous de doctrina Platonis fol. 5. ed. graecae Vaſcoſani 1532. niſi quod poſtrema ſic: δι' αὐτῶν τῶν τεθέντων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει. Eadem Ariſtotelis latine repetiit A. Gellius 15, 26. Latine retulit Alcinoi verba Almeloveenius ad h. l. quaſi juſtam epichirematis definitionem dantia, quod ſecus eſt, cum et hic συλλογισμὸν memoret, non ἐπιχείρημα. Redit ſane eodem res, et ex hodierna ratione ſyllogiſmus id ipſum eſt, quod Quintiliano aliisque epichirema.

duxiſſe magis a ſyllogiſmo videtur. Nam et ſtatum ſyllogiſticum, *ratiocinativum* appellat, 397 exemplisque utitur philoſophorum. Et, quoniam eſt quaedam inter *ſyllogiſmum* et *epichirema* vicinitas, poteſt videri hoc nomine recte abuſus. Ἀπόδειξις eſt *evidens probatio*, ideoque apud Geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. Hanc et ab *epichiremate* Caecilius putat differre ſolo genere concluſionis, et eſſe *apodixin imperfectum epichirema*, eadem

ſuit conjiciendo Philander, cum locum Ciceronis Regius deſignaſſet. Neceſſaria fuit mutatio invitis, ut ſuſpicor, MSS. omnibus. *exemplisque.* Turic. Guelf. Camp. Goth. (tae. Geſn.) omittunt copulam; non male fortaſſe.

7. γραμμικαὶ ἀποδείξεις. Camp. γραμματικὴ ἀποδιξις. cf. not. crit. ad 1, 10, 38. Alm. hic quoque γραμματικαὶ dare narratur. In Turic. nihil ejusmodi (cf. § 6. 8.).

Caecil. put. diff. Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Gryph. Reliqui *diff. Caec. put.* cf. de tranſpoſitionibus librariorum 5, 8, 2. item mox § 9.

ratiocinativum. cf. 3, 6, 15.

exemplisque — philoſophorum. Hoc a Cicerone fit ubi argumentationem tractat de Inv. 1, 34. Apparet autem epichirema proprium eſſe oratorum, ſyllogiſmum philoſophorum.

abuſus. cf. 4, 2, 112.

7. γραμμικαὶ ἀποδείξεις. cf. 2, 10, 38. 49. Definitionem ἀποδείξεως habes apud Ariſtot. Top. 1, 1, 4. Ἀπόδειξις — ἐστὶν ὅταν ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων ὁ συλλογισμὸς ᾖ κ. τ. λ. item Analyt. poſt. 1, 2, 4 ubi Ἀπόδειξιν δὲ λέγω συλλογισμὸν ἐπιστημονικόν.

Caecilius. cf. 3, 1, 16.

apodixin imperfectum epichirema. Si eadem cauſa qua enthymema ſyllogiſmo, apodixi epichirema diverſum eſſe dicitur, poteſt videri, ut enthymema imperfectus ſyllogiſmus, ſic epichirema imperfecta eſſe apodixis. Haec ratio Geſnerum movit, ut pro *imperfectum* legendum conjiceret *imperfectam* trahendo adjectivum ad *apodixin*, non, ut nunc eſt, ad *epichirema*. Sed

causa, qua diximus *enthymema syllogismo* distare. Nam et *enthymema* syllogismi pars est. Quidam inesse epichiremati apodixin putant, et esse partem ejus confirmantem. 8 Utrumque autem, quanquam diversi auctores, eodem modo finiunt, ut sit ratio per ea, quae certa sunt, incertis fidem non dubiam afferens: quae natura est omnium argumen-

1. *enthym. syllog.* Sic sine praepositione *a* omnes mei et scripti et excusi ante Gryph. quos non attinebat deserere Capperonnerium, quem non solum poëticam hanc esse scripturam recte docet Burm. in Epistola p. 50. Vel soni causa debebat omitti *a*.

8. *ut sit — afferens.* Turic. *scilicet rationem — afferentem* cum Alm. Andr. Goth. quo acc. Camp. nisi quod *incerta* per errorem dat pro *certa*. Hoc quo minus reponerem, bonis auctoribus stabilitum, obstitit usus parum probatus vocis

obstat, Rhetorum Pithoeanorum auctoritas, qui, cum sua e prioribus hausisse videantur, epichirema latiorem probationem definiunt vid. p. 67. 341. Est igitur, in hoc diversitatis modo, inversa ratio tenenda, ut, quanto perfectior enthymemate rhetorico est dialecticus syllogismus, tanto epichirema rhetoricum plenius sit apodixi dialectica. Mox cum *inesse* epichiremati dicitur apodixis, latius apodixi epichirema ostenditur.

et enthymema. Pro hac voce libri quidem omnes veteres dant *epichirema*; duram sane scripturam. Hanc Vascosanus primus deseruit, obsecundantibus aliquot ejus civibus, quos tandem Gesnerus est secutus. Cogere videtur profecto res ipsa. Quanquam non omnino procedit ratio, si, ut enthymema syllogismi, ita apodixis epichirematis pars est. Poterat carere his verbis, quae fortasse sunt allita ab eo, cui nimis obscure videretur significatum hoc ipsum in praecedentibus: *eadem — distare.*

8. *ratio — afferens.* vid. Cic. Acad. 2, 8. „ἀπόδειξις ita „definitur: Ratio, quae ex re„bus perceptis ad id, quod „non percipiebatur, adducit.“ vid et Diog. Laert. 7, 45. cf. § 6 *Cicero.* Suidas in voce ἀπόδειξις sua sumsit ex Philopono ad Aristot. de Anima.

torum. neque enim certa incertis declarantur. Haec omnia generaliter πίστεις appellant: quod etiamsi propria interpretatione
598 dicere *fidem* possumus, apertius tamen *probationem* interpretabimur. Sed *argumentum* quoque plura significat. Nam et fabulae ad actum
9 scenarum compositae, *argumenta* dicuntur: et orationum Ciceronis velut thema ipse expo-

scilicet, Valla (Eleg. lat. ferm. 2, 66) recte negante „apud „doctissimos reperiri vulgo usitatissimum modum, cum ea quae „confuse dicta sunt per singula postea exponimus: quale esset, „Quatuor sunt virtutes, *scilicet*, Prudentia cet.“ Bodl. *u. f. r. p. e. q. o. f. i. f. u. d. afferentem*, in qua scriptura nihil a nostra diversi vides praeter accusativum in participio, errore nato ut 6, 9, 13 *regni*. Ex simili Codicis scriptura suam eruisse videtur Obr. et haec ipsa nostra est. Guelf. *u. f. r. p. e. q. c. f. fidem dubiis afferens* cum Vall. (ref. Badio) et edd. a Badio inde exc. Obr. Nostra etiam Jens. (tac. Gesn.) et rell. est ante Bad. nisi quod *oratio* dant pro *ratio*. Guelferbytani aliorumque constitutionem, elegantem sane, praetulissem nisi tot veteres libri plura haberent, quae facilius quidem excidebant quam addebantur. *etiamsi*. Sic Vall. (ref. Badio) Camp. Turic. (a sec. manu, nam a pr. cum Alm. *etiam si* est § 7. 10.) Ante Ald. edd. et Goth. *etiam* sine *si* quod Regius explevit. Sed ab Aldo inde *etsi* (exc. Bad. pr.) Guelf. *Quid enim sit.* cum Bern.

9. *actum*. Sic Turic. Guelf. Camp. Obr. cum Voss. 1. 2, Goth. Reliqui *actus*. *ipse exponens*. Turic. Guelf. Camp. *i. exponit* cum Goth. Voss. 1. Bern. nec dubito quin omnibus, modo oculati iis contigissent collatores; it. edd. ante Ald. a quo jam nostra obtinet, nisi quod Bad. utraque ed. *exponat*, quod alios dare narrat idem in notis, nec tamen quos. Haec profecto lenior mutatio quam illa ponendi participium. Restat difficultas in ἐαυτῷ *ipse*, alieno, quoque te verte-

9. *fabulae — compositae*. vid. 2, 4, 2.
velut thema. Addidit *velut* quia thema scholae est proprie, non fori. cf. 4, 2, 28.
ipse exponens. cf. not. erit.

nens Pedianus, *Argumentum*, inquit, *tale eſt*: et ipſe Cicero ad Brutum ita ſcribit, *Veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum transferremus illinc mali quid, etſi argu-*

ris. Optime mox in Cicerone dicitur, oppoſito illo ad noſtrum Pedianum; quod tamen ipſum facit ad proſcribendam vocem noſtro loco. Nihil magnopere deſideres, ſi, expuncto *ipſe*, lagas *exponat*.

Arg. inqu. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *inq. arg.* cum edd. ante Bad. ſec. quod primus transpoſuit Regius, in nota quae non debebat omitti a Schrevelio et Burm. Recte ex conferentium ſilentio videor colligere noſtrum ordinem eſſe in Turic. cf. § 7. 19.

ita ſcr. Turic. *ita ſcr.* a ſec. autem manu *inter alia ſcr.* quod profecto non diſpliceat. cf. 5, 9, 3. Solus memoratur hujus ſcriptnrae vindex. *ita* omitti a Goth. et Jenſ. narrat Geſn., in poſteriore quidem lapſus.

transferremus. Sic Turic. a ſec. manu (a pr. cum Alm. Camp. Voſſ. 3. *transferemus*) Guelf. Goth. Ald. Bad. pr. Reliqui *transferamus* ut et fragmentorum Cic. editores.

illinc — quid, etſi. Turic. Camp. *illi — quidem, etſi.* Guelf. *illi — quid etſi* cum Alm. Voſſ. Jenſ. et edd. ante Bad. ſec. *illi* omnes videntur dare libri, pro quo *illinc* de conjectura repoſuit Regius. Ald. mox: *quid eſt, etſi.* Nihil fane ſtatui poteſt in tam laceris fragmentis. Facilius tamen erat corrigere: *illius mali aliquid*, vel *illius aliquid*. *Aliquid* etiam vulgo in fragmentis Ciceronianis. Sed inter *quid* et *etſi* fuiſſe aliquid, argumento ſunt Turic. Camp.

Pedianus. vid. 1, 7, 24. Verba quidem iſta: *Arg. tale eſt*, in reliquiis Pediani fruſtra quaeras, etſi in omnibus Oratt. ſuperſcriptum eſt *Arg.* Legimus tamen initio Expoſitionis in Orat. contra Pis. „*Argumentum* hujus orationis „breve admodum eſt.“ p. 154.

Cic. ad Brut. vid. 2, 20, 10.

ita ſcribit. cf. not. crit. Locum Ciceronianum nexu exemtum extricare non poſſumus. cf. not. crit. ad *illinc — etſi.*

mentum ſimile non erat. Quo apparet, omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam ita appellari. Nec mirum, cum id inter opifices quoque vulgatum ſit. unde Virgilius, *Argumentum ingens:* vulgoque paulo numeroſius opus dicitur *argumentoſum.* Sed nunc de eo dicendum *argumento* eſt, quod *probationem*, *indicium*, *fidem*, *aggreſſionem*, ejusdem rei nomina, facit; parum diſtincte, ut

10. *vulg. ſit.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *ſit* cum Alm. Voſſ. 3. *argumentoſum.* Turic. Camp. *argumentum* cum Alm. Habent tamen Guelf. et Goth. et vetuſtiſſimus quisque excuſorum vocem noſtram; nec expleat ſenſum ſubſtantivum. Alioqui cf. 4, 3, 12. ſed et 5, 12, 21.

indicium. Turic. *radicium* cum Alm. (cf. § 8. 22.) Sed a ſec. manu ille *rationum* et hoc ipſum, non quidem pro *indicium* ponit, ſed ſuperaddit ſequenti *fidem* Obr.

10. *Virgilius.* Aen. 7, 791. vid. et. Cic. in Verr. 4, 56. Similem uſum habet Ovid. Metam. 6, 69.

argumentoſum. Videtur hoc uno loco transmiſſum nobis adjectivum, vid. Drakenb. ad Liv. 7, 2, 8 item cf. not. crit. *numeroſius opus* cf. ad 2, 12, 3.

quod probationem — facit. Deeſſe hic nomen ejus, quem mox reprehendat Fabius, rectiſſime vidit Regius, idemque ingenioſe, *Celſum* fortaſſe hic alicubi reponendum, conjecit. Obtemperaverunt ei aliquot recentiorum editorum, quorum exempla primus deſeruit Burm. cum Obrechtus ipſe ſecutus eſſet. Veteres quidem libri vel ſcripti vel excuſi nihil tale oſtendunt: Neque prorſus expeditur locus, nomine aliquo inſerendo. Quis enim dixit: „Sempronius argumentum facit probationem — ejusdem rei nomina?“ Sic tamen ſtruere cogimur orationem ut *facit* dictum ſit pro *appellat*, *denominat*, quia mox (§ 11 *quod ille indicium vocat*) apparet, eum qui notetur a Qu. hoc nominis dediſſe rei, ſimulque Romanum, non Graecum, fuiſſe. Is quin omnium aptiſſime Celſus intelligatur, nequaquam dubito.

11 arbitror. Nam *probatio* et *fides* efficitur non tantum per haec, quae ſunt rationis, ſed etiam per inartificialia. *Signum* autem, quod ille *indicium* vocat, ab argumentis jam ſeparavi. Ergo, cum ſit *argumentum*, *ratio probationem praeſtans*, *qua colligitur aliquid per aliud*, *et quae*, *quod eſt dubium*, *per id*, *quod dubium non eſt*, *confirmat*: neceſſe eſt eſſe aliquid in cauſa, quod probatione non
12 egeat. Alioqui nihil erit, quo probemus, 399
niſi fuerit, quod aut ſit verum, aut videatur, ex quo dubiis fides fiat. Pro certis autem habemus primum, quae ſenſibus percipiuntur, ut, quae videmus, audimus; qualia ſunt *ſigna:* deinde ea, in quae communi
13 opinione conſenſum eſt, *Deos eſſe*, *Praeſtandam pietatem parentibus:* praeterea, quae legibus cauta ſunt: quae perſuaſione, etiamſi non omnium hominum, ejus tamen civitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta ſunt; ut pleraque in jure, non legi-

11. *efficitur.* Turic. Guelf. *effici* cum Voſſ. 3. quo pertinere videtur quod mox pro *ſunt* Turic. *ſint.* Sed ferri nequit.

aliquid per. Sic ſcripſi contra MSS. et Camp. ducibus Jenſ. et edd. ante Gryph. Reliqui *aliud p.* cf. 5, 8, 7.

12. *quo prob.* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *quod pr.* cum edd. ante Bad. ſec. exc. Aldo. correxit Regius, probante Badio Aſcenſio, cujus notam, alia docentem, in Burm. ed. poſitam, equidem deſidero. Turic. veram ſcripturam habere videtur. *ea in quae.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ea quae*, cum Alm. Voſſ. 1. 3. edd. ante Ald. qui Regii conjecturam recepit.

11. *ſeparavi.* vid. 5, 9, 2.

bus, ſed moribus conſtant: ſi quid inter utramque partem convenit: ſi quid probatum eſt: denique, cuicunque adverſarius non contradicit. Sic enim fiet argumentum, *Cum providentia mundus regatur; adminiſtranda eſt respublica:* ut adminiſtranda respublica ſit, ſi liquebit mundum providentia regi. Debet etiam nota eſſe recte argumenta tractaturo, vis et natura omnium rerum, et quid quaeque earum plerumque efficiat. hinc enim ſunt, quae εἰκότα dicuntur. *Credibilium* autem genera ſunt tria: unum firmiſſimum, quia fere accidit, ut, *Liberos a parentibus amari:* alterum velut propenſius, *Eum, qui recte valeat, in cra-*

14. 15. 16.

14. *adminiſtranda — adminiſtranda.* Quae hiſce interjiciuntur abſunt a meis omnibus ante Ald. qui ex palmaria Regii conjectura recepit. Quorum librorum defectus non notatur a conferentibus, ii negligenter ſunt excuſſi. cf. 5, 1, 1.

liquebit. Turic. *licèbit.* cf. ad 4, 2, 83.

15. *hinc.* Pro hoc *nihil* eſt in omnibus meis ante Ald. qui Regii etiam hic praeſtantem emendationem expreſſit. Turic. pro *efficiat* habet *efficit.*

16. *quia.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 1. 2. Bern. et edd. ante Bad. ſec. exc. Aldo. Reliqui *quod* ex conjectura Regii, quam recte improbat Badius. Additur enim cauſa, quare firmiſſimum ſit.

14. *cum providentia.* vide 5, 7, 35.

15. εἰκότα. cf. 5, 9, 8. Dicas autem h. l. excidiſſe *credibilia* ante *quae*, cum vix videatur latino vocabulo mox uſurus fuiſſe, niſi hoc jam poſuiſſet. vide exempla ſic ponendi graeca poſt verſionem ad 3, 5, 4 propoſita in not. crit.

16. *propenſius.* Hoc vocabulo noſter videtur uſus primus et ſolus, ita ut nihil adderet. Nam Cicero De Nat. D. 3, 40 extr. *ad veritatis ſimilitudinem — propenſior,* dixit et de Divin. 1, 5 *ad ve-*

ſtinum perventurum: tertium tantum non repugnans, *In domo furtum factum ab eo,*
17 *qui domi fuit.* Ideoque Ariſtoteles in ſecundo de Arte Rhetorica libro diligentiſſime eſt executus, quid cuique rei, et quid cuique homini ſoleat accidere; et quas res, quosque homines, quibus rebus, aut hominibus, vel conciliaſſet, vel alienaſſet ipſa natura: ut, *divitias quid ſequatur*, aut *ambitum*, aut

17. *ſoleat.* Turic. Guelf. Camp. *ſolet* cum Goth. Voſſ. 3. et edd. ante Loc. Correxit Regius; poterat et *quod* ſcribere pro *quid.* Sed maxime conveniat *ſoleret*, ob *executus*, et id quod ſequitur *conciliaſſet*, *alienaſſet*, non *conciliarit*, *alienarit.*

quid ſeq. Turic. Guelf. Camp. *qui ſ.* cum Goth. et edd. ante Ald. et poſt Baſil. ad Burm. usque, et profecto MSS. omnibus. Regius correxit; veriſſime cf. Ariſtot. Rhet. 2, 16, 1. τῷ δὲ πλούτῳ ἃ ἕπεται.

ritatem — propenſior, obſervante Burmanno. Sed mitigavit addendo *velut.*

17. *Ariſtoteles.* Fit hoc ſeptemdecim primis ejus libri capitibus.

ſoleat. cf. not. crit.

divitias quid ſeq. — ſoleat. vid. Ariſtot. Rhet. 2, 16. In hoc loco, quem ſecuri tranſierunt interpretes, me diu fruſtra occupatum magnopere conſolatus eſt Victorius, eadem, qua et ego, difficultate preſſus. Sic enim ille ad Ariſtot. Rhet. l. 2. p. 419. „Expo„nendum videtur“ inquit „quod mihi ſaepe in mentem „venit, ac non parum mole„ſtum fuit: Quintilianus enim „in V libro ubi de argumen„tis diſputat, oſtendit Ariſto„telem plenius uberiusque „hunc locum tractaſſe, ac „multa ad naturam, moresque „hominum pertinentia expo„ſuiſſe, quae nunc hic nullo „modo leguntur. Verba ejus „haec ſunt:“ Ideoque — ap„peti ſoleat: „et quae ſequun„tur: ubi enim hic agitur de „ambitu, aut ſuperſtitione? „Quod verbum ab Ariſtotele „factum eſt de militibus aut „ruſticis? Quid igitur dice„mus? Hanc hujus libri par„tem laceram ac fractam eſſe? „eaque omnia deſiderari, quae „a Quintiliano ſignificantur, „an magnum illum rhetorem „lapſum eſſe? et quae tractari „hic credebat, cum in manu-

ſuperſtitionem; quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid ruſtici; quo quaeque modo res vitari vel appeti ſoleat. Verum 18
hoc exequi mitto: non enim longum tantum, ſed etiam impoſſibile, aut potius infinitum eſt: praeterea poſitum in communi omnium intellectu. Si quis tamen deſideraverit, a quo peteret, oſtendi. Omnia autem 19
credibilia, in quibus pars maxima conſiſtit argumentationis, ex hujusmodi fontibus fluunt, *An credibile ſit, a filio patrem occi-*

18. *aut potius.* Sic dedi ex Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2, et edd. rell. ante Gryph. exc. Aldo. Reliqui *ac*, quod ſenſum impedit.

19. *fluunt.* Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *fiunt* cum Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Noſtrum ex Regii conjectura; ſin minus neceſſaria, eleganti tamen et leni. Camp. tamen jam dare noſtrum videtur. cf. mox § 24.

„bus librum non haberet, non „quae vere traderentur, no„minaſſe? Omnino res dura; „neque enim in hoc libro hia„tus ullus apparet, ſed con„tra continuata rerum ſeries „admirabilis. nec temere de„bemus, non omnino contem„nendum ſcriptorem" (paulo ante: *magnum rhetorem*, ſed cum irriſione) „tantae negli„gentiae condemnare, quam„vis quaedam hic a philoſo„pho tradantur, quae in ea „re explicanda omittere ipſe „non debuit. quare ut illa „imprudenter praeteriit, ita „potuit alia, quae minime hic „tractata unquam fuerunt, „nominare, et quaſi pro ipſis „ſupponere." Non uno quidem loco vidimus videbimusque Quintilianum memoriae vitio e libris afferentem, quae in iis non plane eadem legerentur. cf. 4, 2, 132.

18. *Verum — mitto.* Victorius ad Ariſtot. Rhet. l. 2, p. 390 ſatis aſpere „Ne" ait „quod ipſe ſimulque omnes rhe„tores praeſtare non potuiſſent, „ab eruditiſſimo viro eximio „factum, laudem haberet." Etiam Geſnerus malit ſibi notationes morum tales dari a Qu. quam haec technica ſpinis oppleta.

impoſſibile. cf. 3, 8, 15. 5, 13, 34.

ſum, inceſtum cum filia commiſſum? et contra, *veneficium in noverca, adulterium in luxurioſo?* illa quoque, *An ſcelus palam factum? An falſum propter exiguam ſummam?* quia ſuos quidque horum velut mores habet: plerumque tamen, non ſemper: alioqui indubitata eſſent, non argumenta. Excutiamus nunc argumentorum locos: quanquam quibusdam hi quoque, de quibus 401

Illa quoque. Turic. *quoque illa.* Solus, ut ſuſpicor. cf. pravam tranſpoſitionem ad § 9. 27.

falſum propter. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. 3. et edd. ante Ald. Hic primus inſerit *dixerit* obſecundantibus poſterioribus, ſed Cod. profecto nullo auctore. Et debebat ſaltem ſcribi *dixiſſe* cf. not. ex. Vall. (Bad. ref.) *factum* pro *falſum* quod illi placet. Male.

quidque. Hoc dedi (mirum) ex conjectura Francii (cf. § 122. not. ex.), quam praeſumſerant tamen ii, quos Badius ait dubitare, an *quicque* (i. e. *quidque*) legendum ſit. Reliqui *quisque.* Hoc niſi mutatur, interjecta ea „*Illa* — „*ſummam*" proſcribi debent, quoniam inanima tanguntur, ad quae *quisque* referri nequeat. Sunt tamen proba ea et nequaquam eximi merentia. cf. § 40.

20. *hi quoque.* Sic Turic. Guelf. Camp. Baſil. Reliqui *ii. q.* cf. 5, 7, 3. item hic § 121.

19. *et contra.* Intellige: „an incredibile." Nam ut parum credibilia priora, ſic veriſimilia haec.

falſum. Intellige „factum „eſſe." Agitur de falſa teſtatione, teſtamento, tabula, quam non eſt credibile factam propter exiguam ſummam. vid. Digeſt. 48, 10 de lege Cornelia de falſis.

quidque horum. Varia haec, quae propoſuit, debent ſingula ex ſua natura judicari, et hoc dixit *mores* ea *ſuos habere;* ſed mitigavit audaciorem formam addendo *velut.*

indubitata — non argumenta. cf. 5, 9, 2.

20. *hi quoque — dixi.* De quibus ſupra dixerit Qu., Geſnerus recte videtur deſignaſſe ea, quae prioribus capitibus (malim priore ſolo) tractarit. Si enim *ſigna* pars ſunt argumentorum (vid. 5,

ſupra dixi, videntur. *Locos* appello, non, ut vulgo nunc intelliguntur, *in luxuriam*, et *adulterium*, et ſimilia; ſed *ſedes argumentorum*, *in quibus latent*, *ex quibus ſunt petenda*. Nam, ut in terra non omni gene- 21
rantur omnia, nec avem aut feram reperias, ubi quaeque naſci aut morari ſoleat, ignarus; et piſcium quoque genera alia planis gaudent, alia ſaxoſis, regionibus etiam litoribusque diſcreta ſunt, nec helopem noſtro mari, aut
02 ſcarum ducas: ita non omne argumentum

intell. in luxuriam. Turic. Guelf. Camp. *i. ut lux.* cum edd. ante Ald. qui Regii conjecturam recepit *in* pro *ut*. Mox multi male ſimul utrumque *ut in*. E meis MSS. et Camp. Bip. dedi *luxuriam* pro aliorum *luxuriem*.

latent, ex. Sic Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Obr. Reliqui inſerunt *et*, quod tamen, niſi caecutii, eſt in Camp. *petenda.* Turic. Guelf. Camp. *petendi* cum Alm. ad *locos* retulerunt; male. cf. 5, 10, 8. not, 1.

21. *helopem.* Guelf. *ellopem.* Camp. *elopem.* Geminant fere Graeci L, ſed hoc vetat fieri verſus Ovidianus. Secutus ſum Turic. et plerorumque ſcripturam. *ſcarum.* Turic. Guelf. Camp. *ſcaurum* cum Goth. Voſſ. 3. Jenſ. Quantitas penultimae apud Ovidium, Martialem, Petronium brevis; apud Ennium in Phageticis p. Column. 158 longa: „Scarum „praeterii cerebrum Jovi' paene ſupremei."

9, 1) etiam horum tractatio poteſt videri locus aliquis argumentorum, quoniam inter ſigna tum petentur argumenta. Quod maſculinum (*hi*) ponit, pro neutro, quod expectes, ſit e natura veteris ſermonis, de quo egi ad 2, 18, 1.

in luxuriam. vid. 2, 4, 22. 5, 12, 16. 5, 13, 57.

21. *helopem — ſcarum.* vid. Ovid. in fragm. Halieut. v. 96. „Et pretioſus helops „noſtris incognitus undis." quo cf. Plin. H. N. 32, 10 extr. Colum. 8, 16, 9. „Helops — Pamphilio profundo „nec alio paſcitur" (cf. Aelian. de animall. 8, 28.) „— ſcarus qui totius Aſiae „Graeciaeque litoribus, Sicilia

undique venit; ideoque non paſſim quae-
22 rendum eſt. Multus alioqui error, et exhauſto labore, quod non ratione ſcrutabimur, non poterimus invenire niſi caſu. At ſi ſcierimus, ubi quodque naſcatur: cum ad locum ventum erit, facile, quod in eo eſt,
23 pervidebimus. In primis igitur argumenta *a perſona* ducenda ſunt: cum ſit, ut dixi, diviſio, ut omnia in haec duo partiamur, *res* atque *perſonas*: ut *cauſa*, *tempus*, *locus*, *occaſio*, *inſtrumentum*, *modus*, et cetera, rerum ſint accidentia. *Perſonis* autem non,

22. *error, et exh.* Turic. Guelf. *e. eſt e.* cum Alm. Voſſ. 1. 3. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. Hic pro noſtro *et* habet *in* et Turic. a ſec. manu *e. eſt in e.* Reliqui fere *e. eſt et e.* Goth. Voſſ. 2. noſtram dant. Ea in illis etiam latet, ubi pro noſtro *et* legitur *eſt*.

quodque. Sic Guelf. Goth. cum Alm. Bern. Ald. *quaeque naſcuntur* Camp. cum Bodl. Andr. Obr. niſi quod hi *naſcantur*. Turic. *quoque naſcantur*. (cf. § 10. 24.) Reliqui fere editi *quidque*.

23. *argumenta a.* Sic Turic. Camp. Reliqui inſerunt *ſaepe*, quod, ex *a* et *pe* natum, ut ſuſpicor, alienum eſt in praecipiendo et dividendo poſt *In primis*.

„tenus, frequentiſſimus exit, „nunquam in Liguſticum, nec „per Gallias enavit ad Hiberi„cum mare.“ Hunc et noſtrum quomodo latere potuerit res a Plinio relata, cujus locum mox ponam, eruditi quaerunt: H. N. 9, 17. „Advectos (ſca„ros) Tiberio Claudio prin„cipe, Optatius Elipertius „praefectus claſſis, inter „Oſtienſem et Campaniae „oram ſparſos diſſeminavit. „Quinquennio fere cura eſt „adhibita, ut capti redderen„tur mari. Poſtea frequentes „inveniuntur Italiae in litore, „non antea ibi capti.“ Schneiderus ad Colum. nihil de hac re.

22. *error.* Eleganter dictum de inconſiderata quaerentis vagatione.

23. *ut dixi.* vid. 5, 8, 4.

cauſa — modus. cf. 5, 9, 1.

quidquid accidit, exequendum mihi est, ut plerique fecerunt, sed, unde argumenta sumi possunt. Ea porro sunt, *Genus;* nam simi- 24
les parentibus ac majoribus suis plerumque creduntur; et nonnunquam ad honeste turpiterque vivendum inde causae sunt: *Natio;* nam et gentibus proprii mores sunt, nec
403 idem in Barbaro, Romano, Graeco, probabile est: *Patria;* quia similiter etiam civita- 25
tum leges, instituta, opiniones habent differentiam: *Sexus;* ut latrocinium facilius in viro, veneficium in femina credas: *Aetas;* quia aliud aliis annis magis convenit:

est — fec. Turic. *est pl. fec.* cum Alm. Sed ille a sec. manu *e. pl. hoc. fec.* et sic Camp. Obr. Nec male.

24. *suis pler.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voss. 1. 3. Reliqui inferunt *filii,* *sunt.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *fluunt.* cf. § 19. *idem in.* Turic. inserit *qui sunt* cum Alm. (cf. § 22. 26) *iidem sint in.* Camp. Videtur error librarii male interpretantis *idem* (*mores*) pluralem, et aliquid de suo addentis, cum praesertim in *prob. est* nihil varietur.

25. *op. habent.* Turic. *op. sunt h.* Camp. *op. sunt sed h.* An forte antiquitus: *op. suam h.?*

24. *Genus.* Ad singula haec Rollinus, ad aliquot autem Turnebus, exempla ponunt Ciceroniana, quae repetere juvat. Verrin. 5, 12. de filio Verris. 5, 52 de ejusdem patre, sed non sentiente cum ipso utroque. Pro Sextio c. 3. Pro Murena c. 31. extr. Philipp. 2, 18.

Natio — Patria. Pro Cluent. c. 26. Verrin. 5, 64. Pro Archia c. 3. init. Pro Flacco. c. 4 — 8. cf. loca citata ad 5, 7, 5.

25. *Sexus.* Pro Sextio c. 21. quanquam brevis et obiter instituta viri consularis et virginum Atheniensium comparatio.

Aetas. Pro Rosc. Am. c. 14. Pro Lege Manil. c. 21.

Educatio et disciplina; quoniam refert, a quibus, et quo quisque modo sit institutus; 26 *Habitus corporis;* ducitur enim frequenter in argumentum, species libidinis, robur petulantiae; his contraria in diversum: *Fortuna;* neque enim idem credibile est in divite, ac paupere; propinquis, amicis, clientibus abundante, et his omnibus destituto: *Conditionis* etiam distantia est; nam clarus an obscurus, magistratus an privatus, pater an filius, civis an peregrinus, liber an servus, maritus an coelebs, parens liberorum an

quib. — sit. Turic. *quib. et quo quisque sit* cum Alm. Sed Camp. *quib. quisque sit.* Jens. (tac. Gesn.) *quib. et quo quisque modus sit* cum Tarv. pro quo *modo* legendum esse qui non videat, eum Regius frustra Quintiliani praeceptis operam dare alt. cf. § 20 *petenda.*

26. *neque en.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *nec en.* cf. 5, 9, 6. item mox § 31. *id. cred.* Sic. Camp. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Sed Turic. *incred.* Alm. *cred.* (cf. § 24. 29) Jens. (tac. Gesn.) *tamen id. cred.* cum Tarv. Regius *tamen* mutavit in *tam,* quod retinent fere reliqui. Malui abjicere. cf. § 24 *nec idem — probabile.*

serv. mar. Jens. inserit *incestus* cum Voss. 1. 3. edd. ante Ald. qui et ipse et hoc et insuper *an castus* sequente Basil.; pessime. Habet et Ioann. (tac. Gibs.) *incestus* additum inter lineas sed manu, ut videtur, paulo recentiore. MSS. mei et Camp. nihil tale, quod et a Vall. abesse narrat Bad. iis tribuens hoc emblema, qui „*coelibem* castum et coelitum vitam „ducentem definiant." (cf. 1, 6, 36) An igitur a Monachis hoc? Regius *incestus* rectissime sustulit.

Educatio — disciplina. Pro Quint. c. 11. extr. Philipp. 2, 7 extr.

26. *Habitus corporis.* Pro Rosc. Am. c. 47. Pro Rosc. Com. c. 7. In Pison. c. 1. Cf. de *robore* argumento *petulantiae* exemplum Platonicum citatum 4, 2, 34.

Fortuna — conditionis. Pro Quint. c. 30. Pro Rosc. Am. c. 46.

orbus ſit, plurimum diſtat; *Animi natura*; 27
etenim avaritia, iracundia, miſericordia, crudelitas, ſeveritas, aliaque his ſimilia afferunt frequenter fidem, aut detrahunt: ſicut *Victus*, luxurioſus, an frugi, an ſordidus, quaeri-
104 tur: *Studia* quoque; nam ruſticus, forenſis, negotiator, miles, navigator, medicus, aliud alque aliud efficiunt. Intuendum etiam, *quid* 28
affectet quisque; locuples videri an diſertus, juſtus an potens? Spectantur *ante acta dictaque*. Ex praeteritis enim aeſtimari ſolent praeſentia. His adjiciunt quidam *Commotionem*; hanc accipi volunt temporarium animi motum, ſicut *iram*, *pavorem*: *Conſi-* 29
lia autem et praeſentis et praeteriti et futuri temporis: quae mihi, etiamſi perſonis accidunt, per ſe referenda tamen ad illam partem argumentorum videntur, quam *ex cauſis* ducimus: ſicut *habitus* quidam animi, quo tractatur, *amicus*, *an inimicus*. Ponunt in 30

27. *avar. irac.* Jenſ. inſerit *ira* cum edd. ante Ald. accedente Badio utroque. Male. *frog. fid.* Hoc ordine Turic. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. Reliqui transponunt, quibuscum aliquot MSS. videntur facere. (cf. § 19. 36.)

29. *acc. per ſe ref.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Bodl. Bal. Andr. Reliqui omittunt *per ſe*. *tract. an. an inim.* Turic. *t. animus amici* cum Alm. (cf. 26. 33.) Sed Guelf.

27. *Animi natura.* Pro Lege Manil. c. 23. init. In Piſ. c. 17 extr. 18 inetunte. Pro Coelio c. 5. extr. de Catil. *victus — ſtudia.* Pro Roſc. Am. c. 27. extr. Pro Murena c. 29. 30. 31. Pro Coelio c. 19.

29. *per ſe.* Seorſim tractata. cf. 3, 10 1.

ex cauſis. vid. mox § 33.

perſona et *nomen:* quod quidem ei accidere neceſſe eſt, ſed in argumentum raro cadit: niſi cum aut ex cauſa datum eſt, ut, *Sapiens*, 405
Magnus, *Plenus;* aut et ipſum alicujus cogitationis attulit cauſam, ut Lentulo conjurationis, quod libris Sibyllinis aruſpicumque reſponſis *dominatio dari tribus Corneliis* dicebatur, ſeque eum tertium eſſe credebat poſt Sullam Cinnamque, quia et ipſe Cornelius

t. am. inim. cum Goth. Voſſ. 2. 3. et edd. ante Ald. exc. Camp. Tarv. qui dant noſtram. Regius *an* inſeruit. Malim *in* addi inter *animi* et *quo*. cf. praef. p. 76.

30. *Plenus.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. 2. 3. Bern. Bodl. Ioann. Andr. et edd. ante Gryph. Reliqui *Planus* nullo, ut ſuſpicor, MS. auctore. Alm. tacetur.

aruſp. Turic. Guelf. *haruſp.* *credebat.* Turic. Camp. *dicebat* cum Alm. Obr. Placeat, niſi quod modo *dicebatur.* *Sullam.* Libri quidem mei omnes *Syllam*, ubicunque nomen hoc comparet, praeter unum, ni fallor, Bip. Sigonius noſtram rationem lapidum et nummorum auctoritate defendens doctiſſimum quemque in ſua caſtra pertraxit. Credo et ipſe, quanquam ſunt et marmora cum MSS. facientia. Etymon a Sura rectius quam a Sibylla repeti (ut prodit Macrobius) facile agnoſco; ſed hoc pronunciationem et ſcripturam definiri, non item. cf. Oudend. ad Suet. Caeſ. c. 1.

ipſe. Turic. Camp. *ille.*

30. *nomen.* Cic. pro Roſc. Am. c. 43. „Veniò nunc ad „illud nomen *aureum* Chryſo„goni.“ Sed argumentum ne hic quidem ſuppeditat.

Plenus. Sic dedi, auctoribus libris bonis quidem omnibus. Quid tamen hoc eſſet nominis adhuc nemo dixit, neque in ullis veterum monumentis cognominis loco invenit quisquam. Gallaeus et Obrechtus conjicientes *Planeus*, Geſnerus recentiorum ſcripturam *Planus* referens ad Graecam originem πλάνος, Burmannus *divitem* interpretans, Craſſi cognomen, cujus ipſius haec ſit gloſſa, nihil magnopere proficiunt. *Sapiens* et *Magnus*, prius Catonis et Laelii, poſterius Pompeji, cognomina in vulgus nota.

libris Sibyllinis — dicebatur. vid. Cicer. Catilin. 3, 4.

erat. Nam et illud apud Euripidem frigi- 31
dum ſane, quod nomen *Polynicis*, ut argumentum morum, frater inceſſit. Jocorum tamen ex eo frequens materia, qua Cicero in Verrem non ſemel uſus eſt. Haec fere circa perſonas ſunt, aut his ſimilia. Neque enim complecti omnia vel hac in parte, vel in ceteris poſſumus, contenti, rationem plura quaeſituris oſtendere. Nunc ad res tranſeo, 32
in quibus maxime ſunt perſonis juncta, quae agimus, ideoque prima tractanda. In omnibus porro, quae fiunt, quaeritur aut *Quare?* aut *Ubi?* aut *Quando?* aut *Quomodo?* aut *Per quae* facta ſunt. Ducuntur igitur argu- 33
menta *ex cauſis factorum*, vel *futurorum:*

31. *Jocorum.* Turic. *ilocorum* (a ſec. manu *locorum*). Guelf. *locorum* cum Voſſ. 2. (an 1?) 3. Bern. Loc. et edd. ante Ald. Noſtram habent Goth. Camp. Jenſ. Tarv.

Neque en. Sic Guelf. Camp. Reliqui *Nec en.* cf. § 26. 120.

plura. Turic. Camp. omittunt cum Alm.

32. *Quare.* Turic. Camp. *qua de re* cum Alm. Obr.

33. *factorum.* Sic omnes praeter Geſn. quem dantem *actorum* imitati ſunt Bipont. et Andres. cf. 7, 4, 2. Quanquam Cic. ad Div. 12, 22 *acta* opponuntur *futuris.* Frequentiſſima confuſio, vid. Drakenb. ad Liv. 6, 28, 2. item noſtr. 5, 14, 4.

31. *apud Euripidem.* Phoeniſſ. v. 639. 40. ubi Valckenaerius obſervat, Euripidem in tali etymorum uſu Aeſchylo et Sophocle, qui tamen nec ipſi fugiant, eſſe immoderatiorem. Livii locum e Barneſio ad Eurip. apte profert. Geſn. 28, 28. ubi *Atrium Umbrium, nominis etiam abominandi ducem* dicit Scipio Africanus, in egregia oratione. (nec debebat Livium reprehendere Valck. ad Herod. 6, 50.) Burmannus ad Columnam ablegat in Ennium p. 240. ubi multa etymorum exempla ex utriusque linguae poëtis. Locum hunc tractat et Ariſtot. Rhet. 2, 23, 29.

Jocorum — materia. vid. 6, 3, 53 ſqq.

quarum materiam, quam ὕλην alii, δύναμιν alii nominaverunt, in duo genera, ſed qua- 406
ternas utriusque dividunt ſpecies. Nam fere verſatur *ratio faciendi* circa *bonorum adeptionem*, *incrementum*, *conſervationem*, *uſum*: aut *malorum evitationem*, *liberationem*, *imminutionem*, *tolerantiam* quae et in deli-
34 berando plurimum valent. Sed has cauſas habent recta: prava contrà ex falſis opinionibus veniunt. Nam eſt his initium ex iis, quae credunt bona aut mala, inde errores exiſtunt, et peſſimi affectus: in quibus ſunt *ira*, *odium*, *invidia*, *cupiditas*, *ſpes*, *ambitus*, *audacia*, *metus*, cetera generis ejusdem.

quarum. Sic Turic. Camp. cum Ald. Reliqui *quorum.* Sed refertur ad *cauſas.* *immin. tolerantiam, quae et in.* Turic. *imm. tulerant neque et in.* Alm. *imm. contulerat namque et in.* (cf. § 29 34) Guelf. *imminut. namque et in.* cum Voſſ. 1. 3. Sed Bern. *imm. tolerantiam et quae alia. Namque.* Obr. *imm. tolerantiam. namque et haec in.* Reliqui *imm.* (niſi quod Camp. *minut.*) *converſionem namque et in* ad Ald. usque. Hic Regio auctore *namque* omiſit cum Badio. Mox revocato hoc pro *et* poſuerunt *haec*, ante Stoer. Hic junxit utrumque, obſcundantibus ceteris. *converſionem* interpretabantur *mali majoris in minus.* Quo autem auctore, et nonne ſubjecta haec *imminutioni?*

34. *has.* Turic. Camp. *haec.* *eſt his init.* Turic. *eſſe his in.* Alm. *eſſe in.* (cf. § 33. 39.). *credunt.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. duobus et edd. ante Ald. Reliqui *creduntur.* Regius mutavit. Male.

cetera. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui *ceteraque.*

33. ὕλην — δύναμιν Ariſtot. de *Anima* 2, 1. ἔστι — ἡ μὲν ὕλη δύναμις· τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια. (p. Sylb. 22.) Plutarch. de virtute morali (Vol. 2. p. 443 D) ἡ δύναμις — ἀρχὴ καὶ ὕλη τοῦ πάθους. Apparet quomodo haec vocabula potuerint reciprocari.

Accedunt aliquando fortuita, *ebrietas*, *ignorantia*: quae interim ad veniam valent, interim ad probationem criminis: ut, *si quis, dum alii insidiatur, alium dicatur interemisse.* *Causae* porro non ad convincendum modo, 35
quod objicitur, sed ad defendendum quoque excuti solent, cum quis se recte fecisse, id est honesta causa, contendit, qua de re latius in tertio libro dictum est. *Finitionis* quoque 36
quaestiones ex causis interim pendent, *An*
407 *tyrannicida, qui tyrannum, a quo deprehensus in adulterio fuerat, occidit? An sacrilegus, qui, ut hostes urbe expelleret, arma templo affixa detraxit?* Ducuntur argumenta 37
et *ex loco.* Spectatur enim ad fidem probationis, *Montanus an planus, maritimus an mediterraneus, consitus an incultus, frequens an desertus, propinquus an remotus, opportunus consiliis an adversus?* quam partem

35. *defendendum.* Turic. Camp. *deferendum.*

36. *Finitionis — quaest. ex.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Bodl. Andr. Obr. Reliqui *Finitiones ex.* Bal. *quoque quaestiones finitionis ex* in quo vide mihi indoctam transpositionem (cf. ad § 27. 40).

35. *in tertio libro.* c. 12. § 4 — 9.

36. *Finitionis — pendent.* *Finitiones* sunt controversiae status finitivi. Jam quali mente aliquid fit, tale facto nomen est ponendum. *De tyrannicida* cf. § 59.

arma templo — detraxit. Burmannus exemplum ponit Romanorum in bello Punico secundo hoc facientium. Florus 2, 6, 25 ubi vid. Salm.

37. *ex loco.* Rollinus ponit haec Ciceronis exempla. Contra Rullum 2, 34 extr. c. 41 init.

Spectatur. Malis fere *Spectat.* Quanquam *Spectantur* et supra § 28.

videmus vehementiſſime pro Milone tractaſſe
58 Ciceronem. Et haec quidem ac ſimilia ad con-
jecturam frequentius pertinent: ſed interim
ad jus quoque, *Privatus an publicus*, *ſacer*
an profanus, *noſter an alienus?* ut in per-
59 ſona, *magiſtratus*, *pater*, *peregrinus*. Hinc
enim quaeſtiones oriuntur. *Privatam pecu-*
niam ſuſtuliſti: verum, quia de templo, non
furtum, ſed ſacrilegium eſt. Occidiſti adul-
terum, quod lex permittit: ſed, quia in lupa-
nari, caedes eſt. Injuriam feciſti: ſed, quia
40 *magiſtratui, majeſtatis actio eſt.* Vel con-
tra, *Licuit, quia pater eram, quia magiſtra-*
tus. Sed circa facti controverſiam argumenta
praeſtant, circa juris lites, materiam quae-

37. *vehementiſſime.* Guelf. *evidentiſſime* (ſed a ſec. manu noſtrum). Voſſ. 1. *frequentiſſime.*

38. *ad jus.* Turic. *a. locus* (a ſec. manu *an locus* cum Camp.) ut et Alm. *aditus.* Guelf. et unus e Voſſ. Sed Jenſ. (tac. Geſn.) *locus*, ſolum, cum edd. ante Ald. qui primus noſtrum, quod et in Vall.

39. *majeſtatis.* Turic. *magiſtratus* cum Alm. cf. § 34. 44.

pro Milone — Ciceronem. c. 20.

38. *ad jus.* vid. 4, 2, 68 item not. crit. ad 4, 4, 3. Maſculina illa *privatus* cet. referenda ſunt ἀπὸ κοινοῦ ad *locus.*

peregrinus. Hujus exemplum nullum mox ponitur.

39. *in lupanari.* vid. 7, 3, 6. et ſimiles quaeſtiones 3, 6, 27.

40. *praeſtant.* Refer hoc ad § 38 „haec quidem ac ſimilia“ quae ſolius ſunt *loci*, non *perſonae*, cujus obiter injiciebatur mentio. *Locus* autem, in conjecturalibus quidem cauſis, facto alicui aut probando aut revincendo poteſt inſervire, in translativis (quales ſunt *juris* lites) occaſionem facit ultro citroque diſputandi.

ſtionum. Ad qualitatem quoque frequenter pertinet *locus*; neque enim idem ubique aut licet, aut decorum eſt; quin etiam, in qua quidque civitate quaeratur, intereſt. moribus enim et legibus diſtant. Ad commenda- 41
tionem quoque et invidiam valet. Nam et Ajax apud Ovidium, *Agimus*, inquit, *Ante*
108 *rates cauſam, et mecum confertur Ulixes?* Et Miloni inter cetera objectum eſt, *quod Clodius in monumentis ab eo majorum ſuorum eſſet occiſus.* Ad ſuadendi momenta idem va- 42
let, ſicut *tempus*, cujus tractatum ſubjungam. Ejus autem (ut alio loco jam dixi) duplex ſignificatio eſt. *Generaliter* enim et *ſpecia-*

40. *en. idem ub. aut.* Turic. Camp. *en. ub. aut.* Tranſpoſui autem duobus Jenſ. et edd. ante Stoer. Reliqui *en. ub. idem aut.* Noſtrum ordinem commendat et omiſſio Turic. et Camp. (cf. § 36. 41). *quidque.* Camp. *quisque.* cf. § 19.

41. *Ag. inq. Ante rates cauſ.* Hoc ordine Goth. (tac. Geſn.) Sed Camp. et edd. ante Gryph. *inq. ante rat. cauſ. ag.* niſi quod a Jenſ. inde melius *ag. cauſ.* Recentiores *ante rat. inq. ag. cauſ.* et videntur addicere MSS. Fit autem his modis omnibus heptameter. (cf. § 40. 64.)

42. *ſicut.* Turic. omittit. Male.

ſignif. eſt. Gen. Turic. Camp. omittunt *eſt.* An *ſignificatio. Et gener.?*

qualitatem. Quid ſit vid. 5, 6, 10.

41. *ap. Ovidium.* Metam. 13, 5.

Miloni objectum. Cic. Pro Milon. c. 7.

42. *Tempus.* Rollinus haec citat: Pro Lege Manil. c. 12. extr. Pro Coel. c. 1. init. (cf. 4, 1, 31.) Pro Milone c. 19.

ut — dixi. Lib. 3, 6, 25. 26.

[illegible] illud est, *nunc*, *olim*, [illegible] *apud Ilium pugnatum* [illegible] *eternum*, *instans*, *futurum*. [illegible] et *constituta* discrimina, [illegible] *noctu*, *interdiu*; et *fortuita*, [illegible] *bello*, *in convivio*. Latino- [illegible] ius significari putaverunt, si [illegible] *tempus*; hoc *speciale*, *tem-* [illegible] quorum utrorumque ratio et [illegible] quidem, et in illo demonstrativo [illegible] versatur: sed in judiciis frequentissima [illegible] et iuris quaestiones facit, et qua- [illegible] distinguit, et ad conjecturam pluri- 409 [illegible] confert: ut cum interim probationes [illegible] afferat, quales sunt, si dica- [illegible] supra posui) signator, qui ante diem [illegible] decessit: aut commisisse aliquid,

Ilium [illegible] Guelf. *illum* cum Alm. Sed Turic. a sec. [illegible] Camp. Reliqui *Ilion*. Poëticum videtur. [illegible] ibique Oud. et Drakenb. ad Epitom. [illegible]

[illegible] Hoc, quod recentiorum aliquot omittunt, [illegible] dant etiam Turic. Guelf. Camp.

[illegible] Turic. Guelf. Camp. *an*. Correxit Regius omnium, ut videtur, librorum errorem cf. § 69.

Prius illud — *Hoc sequens*. cf. ad 1, 8, 18. convellit hoc exemplum nostram conjecturam.

43. *Quorum utrorumque*. Malis sane *Qu. utriusque*, ut nata sit scriptura nostra ex pervulgato errore de quo vide not. crit. ad 5, 9, 13. *regni*. Sed cf. 5, 7, 34 item hic § 69. 77. 11, 3, 106.

44. *ut cum* — *afferat*. Redundat *ut*, pro *utpote* positum. cf. 6, 1, 51, ubi nostro loco post Rollinum utitur Capper. *ut* ita usurpatum Quintiliano plurimis locis docet Vall. Eleg. 2, 28 etsi sequente tantum relativo, sed *cum* eodem redit.

supra posui. 5, 5, 2.

vel cum infans esset, vel cum omnino natus non esset. praeter id, quod omnia facile 45 argumenta aut ex iis, quae ante rem facta sunt, aut ex conjunctis rei, aut insequentibus ducuntur. Ex antecedentibus, *Mortem minatus es, noctu existi, proficiscentem antecessisti.* causae quoque factorum praeteriti sunt temporis. Secundum tempus subtilius 46 quidam, quam necesse erat, diviserunt, ut esset *juncti*, *Sonus auditus est*; adhaerentis, *Clamor sublatus est.* *Insequentis* sunt illa, *Latuisti, profugisti; livores et tumores apparuerunt.* Iisdem temporum gradibus

cum omnino natus. Turic. *c. adhuc tactus o.* cum Alm. (cf. § 39. 46). Sed Camp. *c. adhuc natus o.* cum edd. ante Basil. inserentibus omnibus *adhuc*, quod revocavit Obr. Displicet.

45. *es.* Turic. Guelf. *est* cum Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Bad. exc. Camp. Sed Turic. a sec. manu nostrum, quod et Vall. cf. § 97.

46. *Secundum.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bodl. Ioann. Voss. 1. 2. Andr. Obr. At Jens. *sed* cum edd. ante Obr.

diviserunt. Turic. omittit cum Alm. cf. § 44 item mox.

Insequentis sunt illa. Turic. *et insequenti s. i.* Camp. *et insequentis s. i.* Guelf. Goth. Voss. 2. et edd. ante Stoer. habent *sunt.* Reliqui omittunt quibus accensetur Alm. falso profecto cf. modo hac § item § 47.

omnino natus non esset. Almelov. laudat Cic. pro Quint. c. 29. „sibi eum nuper edidit „socium, quem, quomodo „nunc intendit, ne in viro„rum quidem numero tum „demonstrat fuisse.“ Est, etiam ejusmodi Ciceronianus jocus, infra 6, 3, 73.

46. *Secundum tempus.* i. e. instans, sive praesens. cf. 7, 2, 46.

Insequentis — illa. Cave haec referas ad subtilem illam secundi temporis divisionem, quod factum a multis ante Gesnerum.

defensor utetur ad detrahendam ei, quod
47 objicitur, fidem. In his omnis factorum
dictorumque ratio versatur, sed duplicitер.
Nam fiunt quaedam, quia aliud postea futu-
rum est; quaedam, quia aliud antea factum
est: ut, cum objicitur reo lenocinii, quod 410

ei quod ob. Turic. *e. et q' o.*, a sec. manu *e. a quo e.* cum Camp. Bodl. Andr. Male.

47. *al. postea fut.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Burm. Recentiores omittunt *postea*; sed concinnitas flagitat. *obj. reo.* Turic. *o. fidem r.*, sed a sec. manu *o. quidem r.* cum Camp. Bodl. Omittere *quidem* narratur Alm. (cf. § 46. 50). Diffido sane omittentibus tam antiquam scripturam; neque tamen video, quid ei h. l. faciendum, aut quid aliud inde eruendum. *lenoc. — adult.* Guelf. *len. speciosae marito qu. ad.* cum Bern. Voss. 1. 3. et ed. Stoer. Chou. Leid. item Goth. nisi quod hic addit *que* ad *speciosae* cum Voss. 2. Sed Jens. *len. speciosae marito quod speciosam adult.* cum edd. ante Obr. exc. tribus supra positis et Camp. qui sic: *lenocinium qui speciosam adulterio* cum Andr. Nostram dant Turic. Alm. Bodl. (nisi quod hic *adulterio*) Obr. eoque recentiores. Ab antiquissimis igitur libris exulat *speciosae marito.* Si quis sane summam in hisce comparatis concinnitatem exigat, potest ei blandiri, quod in Guelf. aliorumque scriptura post *reo lenocinii* subjicitur *speciosae marito*, sicut mox post *parricidii reo* illud: *luxurioso;* modo *emit* de conducendo liceat interpretari.

47. *quod speciosam — emerit.* Haereo equidem in hoc exemplo. Quid enim est, quod dicitur reus ille lenocinii *emisse* adulterii damnatam? Ancillane igitur erat ea? Sed quis ancillam adulterii damnavit? Dominus quidem ejus poterat accusari et damnari adulterii, ut vicissim et domina, quae cum servo adultero rem habuisset. Sed qui fit ut illa vencat? Nam SCti Claudiani, cujus statuto, quae, ignaro domino, consuesset cum servo in servitute erat (vid. Tac. Annal. 12, 53. Sueton. Vesp. 11. ibique Interp.), hic quidem nulla ratio. Neque enim talis femina dicebatur adulterii damnata, quia feminas universe spectabat lex illa, non uxores proprie. An e gente

ſpecioſam adulterii damnatam quandam emerit; aut parricidii reo luxurioſo, quod dixerit patri, *Non amplius me objurgabis:* nam et ille, non quia emit, leno eſt; ſed, quia leno erat, emit: nec hic, quia ſic erat locutus, occidit; ſed, quia erat occiſurus, ſic locutus eſt. *Caſus* autem, qui et ipſe 48

barbara advecta eſt, ut prius domi damnata fuerit? An, fama ob adulterium perdita, ſua ſponte in ſervitutem venit? Variae enim ſubnaſci poſſunt ſuſpiciones. Quod unum, hujus generis maxime tractatur in jure Romano, „adulterii damnatam ſi quis „duxerit uxorem" (Dig. 48, 5, 29, 1.) non poteſt inveniri in noſtro loco. Quis enim dicat *emit* hic eſſe accipiendum pro ritu nuptiali coëmtionis? Quare miror Gedoynum reddentem „il a épouſé cette „femme quoiqu' elle eût été „convaincue d' adultère." Reſtat ut *emit* (in quo mutando nihil tentandum, cum ter poſita vox, non potuerit ter corrumpi) interpretemur *conduxit* (ſcil. ad quaeſtum faciendum corpore). Neque enim hoc qui faceret in femina quae materfamilias non eſſet (qualis honeſtatem amiſit adulterii damnata), lenocinii reus agi poterat. In hac ſane ratione plenior illa ſcriptura, quam vide in not. crit., aptiſſima fuerit, ut, qui adulterii damnatam conduxerit, lenocinii ſuſpectus ſit in ſpecioſa ſua uxore. Hanc loci difficillimi medelam propoſuit conſultus a me Hugo, ICtus celeberrimus. Si qua cujuscunque gentis lex fuiſſet, ut, quae adulterii damnata eſſet, ea poenae cauſae veniret, rem haberemus confectam. Sed equidem in Schultingii auctoritate acquieſco, negantis ullum in tota, quae ſuperſit, antiquitate locum reperiri praeter Pauli Sententt. Receptt. 2, 26, 14 (p. 321 Juriſpr. Ante-Juſt.) „qui exacte poe„nam adulterii nobis reprae„ſentet, ita ut fruſtra de illa „ulterior inſtituatur inquiſi„tio." Nihil autem ibi ejusmodi. Quanquam totum hoc thema ſcholaſticum credo, quod in jure Romano nullam propriam habeat explanationem. Quae verba in aliis libris adjiciuntur in h. l. de iis vide not. crit. Ipſa varietas ſcripturae videtur offendere librarios jam olim haeſiſſe in hiſce.

quandam. Burmannus conjecit *quondam*, eleganter.

praeſtat argumentis locum, ſine dubio eſt ex inſequentibus; ſed quadam proprietate diſtinguitur. ut, ſi dicam, *Melior dux Scipio, quam Annibal: vicit Annibalem. Bonus gubernator: nunquam fecit naufragium. Bonus agricola: magnos ſuſtulit fructus.* Et contra *Sumtuoſus fuit; patrimonium exhauſit. Tur-*
49 *piter vixit; omnibus inviſus eſt.* Intuendae ſunt, praecipue in conjecturis, et *Facultates.* credibilius eſt enim occiſos a pluribus pauciores, a firmioribus imbecilliores, a vigilantibus dormientes, a praeparatis inopinantes. Quorum contraria in diverſum valent.
50 Haec et in deliberando intuemur, et in judiciis ad duas res ſolemus referre, *An voluerit*

48. *vix. omnibus.* Turic. Guelf. inſerunt *vel* cum omnibus, quantum video, libris, exceptis Goth. et Vall. hisque auctoribus Geſn. Bip. Paulo diverſa Ald. ſcriptura *vix. quod vel omn.* et Camp. *vix. et omn.* Sententia noſtram fert ſolam.

49. *praecipue.* Sic Guelf. Camp. Ald. Reliqui *praecipueque*, cf. 3, 1, 15. 5, 11, 22. 9, 4, 35. 10, 1, 20. 27.

, *inopinantes.* Guelf. Camp. *inopinatos* cum Vall. Voſſ. 1. 3. Bern. Goth. cf. Drakenb. ad Liv. 21, 52, 10.

50. *An voluerit — potuerit.* Turic. *a. v. q. p.* ſed a ſec. manu: *a. v. q. ſi p.* et hoc item in Camp. Sed Guelf. *a. v. q. aut p.* Facile acquieſcas in recepta, nullis libris admonitus. Nunc fateor, alienum mihi videri, ſi facultatum conſideratio refertur ad quaeſtionem de *voluntate* ſeorſim inſtituendam; convenientius dicas ſi junctim fiat idem: *An voluerit ſi potuerit* i. e. an talis ſit is, de quo quaerimus, ut, ſuppeditante facultate, animum faciendi habiturus fuerit. Nec puto *duarum* rerum mentionem obliterari hac ſtructura probanda. E prima Turic. manu eruas etiam: *A. v. qui p.*

49. *Facultates.* Rollinus haec exempla ponit: Cic. pro Mil. c. 20. Pro Roſc. Am. c. 33. ubi *facultatis* nomen quoque.

50. *An voluerit — potuerit,* vide not. crit.

quis? An potuerit? nam et voluntatem ſpes facit. Hinc illa apud Ciceronem conjectura, *Inſidiatus eſt Clodius Miloni, non Milo Clodio: ille cum ſervis robuſtis, hic cum mulierum comitatu; ille in equo, hic in rheda; ille expeditus, hic penula irretitus.* Facultati au- 51
tem licet *Inſtrumentum* conjungere. ſunt enim in parte facultatis et copiae. Sed ex inſtrumento aliquando etiam ſigna naſcuntur,
411 ut *ſpiculum in corpore inventum.* His adji- 52
citur *Modus*, quem τρόπον dicunt, quo quaeritur, *Quemadmodum quid ſit factum?* idque tum ad qualitatem ſcriptumque perti-

50. *in equo.* Guelf. *equis* cum aliquot libris, editis quidem ante Gryph. pro quo ſcribi volebat Francius *eques*, quod ipſum eſt in Camp. In Turic. videtur eſſe recepta, cum ex Alm. referatur *in equis*. cf. § 47. 52.

52. *Idque.* Sic. Turic. Guelf. Camp. cum plurimis MSS. et edd. ante Baſil. Reliqui *id quod*. cf. 4, 2, 29.

ſcriptumque. Turic. Camp. *ſcripti* cum Alm. Bodl. Andr. Bal. Male.

apud Ciceronem. Pro Milone c. 10.

51. *Inſtrumentum.* Sic quidem omnes libri. Cenſeo tamen mutandum in pluralem *inſtrumenta*, ut mox *ſunt* habeat quo referatur. Cave enim hoc verbum jungas cum *copiae*, quaſi hic ſit pluralis. Eſt genitivus ſing. et plane συνωνύμως poſitum vocabulum pro *facultatis*. Nec puto recte potuiſſe poni pluralem *ſunt* praecedente *inſtrumentum*, ut ex ſingulari eliceretur pluralis, quod ſane in quibusdam collectivis frequentiſſimum. Eandem in verbo mutationem vide 4, 1, 77.

52. *quo quaeritur.* Malim *cum q.* cf. 2, 15, 6. et in hac ipſa diviſione 3, 6, 27. Contrariam mutationem ſuadeam 11, 3, 83.

qualitatem ſcriptumque. Significantur ſtatus rhetorici de quibus vide § 40. 3, 5, 4. 3, 6, 55. 66. Ita mox et *conjecturae* ſignificatione rhetorica et *finitio*. quo cf. 2, 15, 3.

net, ut, *si negemus adulterum veneno licuisse occidere, sed ferro oportuisse:* tum ad conjecturas quoque, ut, *si dicam, bona mente factum, ideo palam; mala, ideo ex insidiis;* 53 *noctu, in solitudine.* In rebus autem omnibus, de quarum vi aut natura quaeritur, quasque etiam citra complexum personarum, ceterorumque, ex quibus fit causa, per se intueri possumus, tria sine dubio rursus spectanda sunt, *An sit? Quid sit? Quale sit?* sed, quia sunt quidam loci argumentorum his omnibus communes, dividi haec tria genera non possunt, ideoque locis potius, ut

sed — oport. Turic. omittit haec, cum Alm. (qui tamen in proximis alia ac Turic. dare narratur *adulterio eum* pro *adulterum.* cf. § 50 item mox hac §). Guelf. Camp. *s. vel o.* cum Goth. Voss. 1. 3. Bern. Pro *vel* Voss. 2. *ut.* Multa turbantur hic in Jens. aliisque ante Bad. qui in prima ed. nostram dat e Vall., ubi reposita sit. Mox recurrunt vitia, sed a Stoerio inde bona scriptura obtinet. In *vel* latere *telo*, equidem Burmanno non credo cum Gesnero. *Ferro* cum in istis veterum edd. vitiis passim alieno loco ponatur a Qu. profectum censeo. *conjecturas.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Alm. Voss. 1. 3. et edd. ante Stoer. Reliqui *conjecturam.* *ideo — ideo.* Sic Guelf. Posteriore loco et Goth. (tac. Gesn.) Camp. Priore Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Ald. Post hunc posteriore loco ante Gryph. qui cum Ald. et reliquis *ideoque* utroque loco. Alm. cum Voss. 2. 3. posteriore sine *que.* Turic. utrobique adjicit *que* cf. hanc ipsam § item § 57.

noctu. Turic. Guelf. *nocte* cum Voss. 3. Omittit vocem Goth. mire et solus.

53. *citra.* Turic. Camp. *circa* cum Alm. Voss. 1. 3. Bern. cf. 4, 2, 106. item 2, 1, 9. Guelf. *cura.*

adulterum — oportuisse. vide 3, 6, 27. item hic § 88.

53. *citra complexum — causa.* vide 5, 8, 6.

in quosque incurrent, ſubjicienda ſunt.
412 Ducuntur ergo argumenta *ex finitione*, ſeu 54
fine: nam utroque modo traditur. Ejus duplex ratio eſt: aut enim ſimpliciter quaeritur, *ſitne hoc virtus?* aut praecedente finitione, *Quid ſit virtus.* Id aut univerſum

ut in quosque incurrent. Turic. om. *in* cum Alm. Voſſ. 2. 3. Bern. et edd. ante Gryph. (neque enim Ald. habet *in* ut narrat Gibſ.). Sed Guelf. *ut quisque incurreret.* Goth. (tac. Geſn.) Camp. *u. quosque incurrerit.* Bene ad partes vocat Burm. 1, 5, 54. Minus, ſed tamen huc facit 9, 1, 11. Ciceronis ea ſtructura frequentiſſima. item Plin. H. N. 27, 12. „die incurrente in Auguſtum menſem."

54. *orgo.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui *igitur.* Vulgaris confuſio, ſicut τὼν *cauſa* et *gratia*, *fertur* et *dicitur*, *vero* et *autem.* Inſuavis in *igitur* et hic ſonus et 5, 14, 31. Sed vide hic § 33 ubi conſpirant libri. *traditur.* Voſſ. 1. 3. praemittunt *dicitur vel*, ſed iidem mox *modus* pro *ratio* ut ſubito gloſſatores facti videantur librarii. Diſplicet tamen *traditur*, pro quo expectabas ſane *dicitur.*

virtus. Turic. Camp. *dictum* cum Alm.

praecedente. Sic Turic. Camp. cum Alm. et edd. ante Bad. qui, obſecundantibus reliquis, e Vall. dedit *anteced.* „non „quod referat, ſed quia in ceteris hic ſit verior." Ego viciſſim eadem cauſa *praec.* Guelf. *cedente* cum Voſſ. 1. 3. Bern.

Id — verbis. Turic. Camp. *Ita aut univerſam vim verbi* cum Alm. Bodl. Andr. Loc. et edd. ante Ald. Hic *Ita aut in univerſum vim verbi* ad mentem Regii. Sed Baſil. cum ſequen-

54. *traditur.* Vide not. crit. De *finis* appellatione cf. 2, 15, 3. In ſtatu quidem adhuc ſolam uſurpavit *finitionem*, non *finem.* veluti per integrum c. 6. libri 3.

Quid ſit virtus. Cave hoc referas ad *quaeritur*; pendet a *finitione.* Quapropter ſtultuli ſignum interrogandi poſt *virtus*

Id. Hoc pronomen poteſt videri licentius uſurpatum. Spectat autem ad omne illud negotium finiendi; ne quis miretur, cum *id* proxime referri videatur ad finitionem *quid ſit virtus*, quomodo mox ſubjiciatur exemplum *rhetoricen.*

verbis complectimur, ut, *Rhetorice eſt bene dicendi ſcientia;* aut per partes, ut, *Rhetorice eſt recte inveniendi, et diſponendi, et eloquendi cum firma memoria, et cum dignitate*
55 *actionis, ſcientia.* Praeterea finimus aut *vi*, ſicut ſuperiora, aut ἐτυμολογία, ut ſi *aſſiduum* ab aere dando, et *locupletem* a locorum, *pecunioſum* a pecorum copia. Finitioni ſubjecta maxime videntur *genus*, *ſpecies*, *differens*, *proprium.* Ex his omnibus argumenta
56 ducuntur. *Genus* ad probandam ſpeciem 413
minimum valet, plurimum ad refellendam.

tibus ante Leid. *Id aut in univerſum verbis.* Guelf. *Id autem univerſum verbis.* Goth. plane noſtram dat cum Voſſ. 2. Bern. Vall. Bad. utr. Leid. Gibſ. Omittere *verbis* dicuntur Joann. Voſſ. 1. 3. Regius inveniebat *Ita ut univerſam vim verbi* quod lego in Jenſ. Tarv. Sed Obr. cum recentioribus reſtituit veterem Turicenſis aliorumque. Ego hos delerendos putavi, cum ſententia minus expedita ſit, error fuerit proclivis.

bene dic. — *per partes.* Haec abſunt a Turic.

55. *ut ſi aſſid.* Sic Turic. cum Alm. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Bad. Reliqui omittunt *ſi.* *aere.* Sic libri omnes praeter Bad. utr. Andr. Vaſc. Pariſ. (1542) Steph. Gryph. (1536) qui *aſſe*, Regio auctore. Cic. Top. 2. ante Lambinum et Erneſtum et ipſe *aere*, et ſic quoque Gell. l. c. in eodem etymo „ab aſſibus id eſt ab *aere* dando.“

videntur. Turic. *dividentur.*

Rhetorice eſt bene dicendi ſcientia. vide 2, 15, 34.

55. *vi.* Opponitur ſignificatio etymo, ſicut in literis ſonus figurae et nomini 1, 11, 5.

aſſiduum — *locupletem* — *pecunioſum.* vid. Cic. Top. c. 2. extr. Gell. N. Att. 16, 10. Cic. de rep. l. 2. p. 1074 Ern. in fragmm. Aliud *aſſidui* etymon habes apud Varr. L. L. 6. p. (Gothofr. in Auct. l. l.) 5. 7. item apud Chariſium p. (Putſchii) 58.

genus — *proprium.* Vide de his Porphyrium in Iſagoge Ariſtotelis Organo praemiſſa.

itaque *non, quia eſt arbor, platanus eſt; at, quod non eſt arbor, utique platanus non eſt: Nec, quod non eſt virtus, utique poteſt eſſe juſtitia.* Itaque a genere perveniendum eſt ad ultimam ſpeciem: ut, *Homo eſt animal*, non eſt ſatis: id enim genus eſt: *mortale*, etiamſi eſt ſpecies, cum aliis tamen communis finitio: *rationale*, nihil ſupererit ad demonſtrandum id quod velis. Contra, ſpecies firmam 57
probationem habet generis, infirmam refutationem. Nam, *quod juſtitia eſt, utique virtus*

56. *non quia.* Turic. *non quae* cum Alm. Camp. niſi quod *hic n. que.* *Nec, quod — juſtitia.* Sic Guelf. Goth. Voſſ. 2. Sed Turic. *nec quod virtus eſt utique non poteſt eſſe juſt.* cum Alm. Camp. (niſi quod horum uterque *injuſtitia.*) Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. Hic, fine auctore ut videtur, *quod non eſt virtus utique non poteſt eſſe juſt.* Noſtram Regium didiciſſe e Cod. Vallenſi criminatur Badius; et eſt ea ab ipſo inde in edd. ante Stoer. qui ſic *Nec quod non eſt virtus utique non poteſt eſſe juſt.* quod deinceps primus reſinxit Burm. neceſſario. An *nec quod virtus eſt* poterat dici pro: *et quod virtus non eſt?* licenter jungendo *et non* per *nec.* Ita defenderetur vetus illa Turic. ſcriptura. *It. a gen.* Turic. Camp. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Bad. omittunt *a* cum Alm. Vall. Voſſ. 1. 2. 3. Praeterea Goth. et Voſſ. 2. *Ita* pro *Itaque.* Videtur neceſſarium *a.* An *Itaque* natum ex *Ita* et hoc ipſum ex *A* cum repeterentur aliquot literae ex *juſtitia* praecedente? *Itaque* enim friget.

demonſtr. id quòd. Sic Turic. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. exc. Aldo. Hic cum reliquis omittit *id.*

56. *quod non eſt arb.* Malim *quia n. e. a.* cf. not. crit. ad 3, 6, 64. 5. 10, 118. vid. et 6, 2, 5.

Nec, quod — juſtitia. Non, quod latet in *nec*, jungi debet cum *poteſt.* vid. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 32, 10, 6. cf. tamen not. crit.

ad ultimam ſpeciem. cf. § 5. Item Cic. Top. c. 6.

Homo eſt animal. cf. notam ad 2, 16, 12.

eſt; quod non eſt juſtitia, poteſt eſſe virtus, ſi eſt fortitudo, conſtantia, continentia. Nunquam itaque tolletur a ſpecie genus, niſi omnes ſpecies, quae ſunt generi ſubjectae, removeantur: hoc modo, *Quod neque immortale*
58 *eſt, neque mortale, animal non eſt.* His adjiciunt *propria*, et *differentia.* Propriis confirmatur finitio, differentibus ſolvitur. *Proprium* autem eſt, aut quod ſoli accidit, ut homini *ſermo, riſus:* aut quod utique accidit, ſed non ſoli, ut igni *calefacere.* Et ſunt ejusdem rei plura propria, ut ipſius ignis *lucere, calere.* Itaque, quodcunque proprium deerit, ſolvet finitionem: non utique, 414
59 quodcunque erit, confirmabit. Saepiſſime autem, quid ſit proprium cujusque, quaeritur: ut, ſi per ἐτυμολογίαν dicatur, *Tyrannicidae proprium eſt tyrannum occidere*, negemus. non enim, ſi traditum ſibi eum car-

57. *virtus ſi.* Jenſ. inſerit *ut* cum edd. ante Gryph. Hic pro *ſi* dat *ut* cum Goth. Voſſ. 3. Vetuſtiſſimi habent noſtram, quae ferri poteſt. Expeditior tamen ſi *ut* aſciſcitur; quod facile excidebat poſt *virtus.* *niſi omnes.* Turic. *n. ut o.* (a pr. manu, ſec. ſuſtulit *ut*) cum Guelf. Bern. Stoer. Chouet. Leid. Eleganter inſeri videtur. *removeantur.* Camp. *praemoveantur* cum Alm. miro conſenſu. cf. § 52. 58.

58. *calefacere.* Goth. (tac. Geſn.) *calfacere.* Solus. cf. 1, 6, 21. *ſolvet — confirmabit.* Turic. *ſolvit — confirmat* cum Alm. nec male. cf. § 57. 65.

59. *cujusque quaeritur.* Turic. Camp. *hujusce quaeretur.*

58. *homini — riſus.* Hoc veteribus pervulgatum videtur fuiſſe proprii exemplum. Eſt apud Porphyrium quoque l. c. p. 394 ed. Buhl. τῷ ἀνθρώπῳ τὸ γελαστικόν.

59. *propium eſt.* Malim *p. eſſe.* cf. not. crit. ad 3, 8, 31.

nifex occiderit, tyrannicida vocetur; nec, si imprudens vel invitus. Quod autem pro- 60
prium non erit, differens erit, ut, *Aliud est servum esse, aliud servire:* qualis esse in addictis quaestio solet, *Qui servus est, si manumittatur, fit libertinus, non itidem addictus:* et plura, de quibus alio loco. Illud 61
quoque *differens* vocant, cum, genere in species diducto, species ipsa discernitur. *Animal*, genus; *Mortale*, species; *Terrenum* vel *Bipes*, differens: nondum enim proprium est, sed jam differt a marino vel quadrupede: quod non tam ad argumentum pertinet, quam ad diligentem finitionis comprehensionem. Cicero *genus et speciem*, 62
quam eandem *formam* vocat, *a finitione* diducit, et iis, quae ad aliquid sunt, subjicit:

vocetur. Turic. *dicatur* cum Goth. Ald. Gryph. *vocatur.* Guelf. cum edd. ante Gryph. exc. Ald. et Camp. Hic *dicetur.* unde sit *vocetur*, quod primus habet Stoer., ignoro.

60. *libertinus.* Sic omnes. Gesn. ex sphalmate *libertus*, quod repetierunt Bip. Andr. Blass. Nec opus erat nota Capperonnerii, qui postquam callide conjecit *libertus* ipse tamen sanióra regerit. *itidem.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *idem* cum Alm. Voss. 1. 2. 3. Bern. et edd. ante Ald. quo reversi Stoer. Chouet. Leid. Nostrum a Regio. Lenius sane cum Francio corrigebatur *item.* cf. 3, 8, 33. 3, 6, 36. 3, 3, 7. Drakenb. ad Liv. Epit. 69. Oudend. ad Suet. Domit. 17. item mox § 74.

60. *alio loco.* vid. 7, 3, 26. item supra 3, 6, 25.

61. *comprehensionem.* Hodie dicerent: *enunciationem.* cf. 2, 15, 4. 35. item hic § 5.

62. *Cicero.* l. c. *ad aliquid.* cf. 1, 6, 13. 3, 6, 23. 51.

ut, *ſi is, cui argentum omne legatum eſt, petat ſignatum quoque*, utatur genere: at, *ſi quis, cum legatum ſit ei, quae viro materfamilias eſſet, neget deberi ei, quae in manum non convenerit:* ſpecie: quoniam duae
63 formae ſint matrimoniorum. *Diviſione* autem adjuvari finitionem docet, eamque dif-415
ferre a *partitione:* quod haec ſit totius in partes, illa generis in formas. Partes incertas eſſe, ut, *Quibus conſtet respublica;* formas certas, ut, *Quot ſint ſpecies rerumpublicarum*, quas tres accepimus, quae populi, quae paucorum, quae unius poteſtate regerentur.
64 Et ille quidem non his exemplis utitur, quia ſcribens ad Trebatium, ex jure ea ducere

62. *deberi.* Sic Turic. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Leid. Reliqui *debere.* Noſtrum conjecit Geſn.

63. *quas tres.* Turic. *quaeſtris*, a ſec. manu *equeſtris.* *accepimus.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) cum Obr. Reliqui *accipimus*, ne latine quidem ob *regerentur.*

ſi is — ſignatum quoque. vid. Cic. Top. c. 3 ubi hoc ipſum exemplum, item Dig. 34, 2, 19, „Cum aurum vel „argentum legatum eſt, quid„quid auri argentique relictum „ſit, legato continetur, ſive „factum ſive infectum: pecu„niam autem ſignatam placet „eo legato non contineri.“ cf. 5, 14, 26.

ſi quis — non convenerit. vid. Cic. l. c.

quoniam — matrimoniorum. Haec paene ipſa Ciceronis ſunt verba l. c. „Genus enim eſt, „uxor: ejus duae formae.“ Malim *ſunt* h. l. pro *ſint*, propter *quoniam.* Si enim litigatoris intelligerentur verba, in oratione obliqua, *quia* poſiturus erat. Eſt autem indicativus in uno Campani libro. De conventione in manum cf. Schultingium in Juriſpr. Ante-Juſt. item nos ad 4, 2, 5.

63. *Diviſione — docet.* Omnia haec apud Ciceronem leguntur in Topicis. c. 5, 7.

ad Trebatium. vid. 5, 11, 18.

maluit: ego apertiora posui. *Propria* vero ad conjecturae quoque pertinent partem: ut, quia proprium est boni *recte facere*; iracundi *verbis excandescere*, esse credantur, aut contra. Nam ut quaedam in quibusdam

64, *ut quia propr.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 1. 2. 3. Bern. Vall. et edd. ante Ald. Reliqui, auctore Regio, omittunt *quia*. Gibsonus pro nota sua proletaria, debebat MSS. suorum scripturas ponere. cf. 5, 9, 3.

verbis excandescere, esse credantur. Turic. Guelf. omittunt *excandescere* cum Alm. Voss. 1. 2. 3. Goth. Jens. et edd. ante Ald. Vicissim *esse credantur* absunt a Camp. reliquisque post Ald. qui secuti sunt Regium, *excandescere* pro *esse credantur* (an *credatur*) in quibusdam exemplaribus a se inventum narrantem. Equidem, adhuc sine auctore, utramque scripturam conjunxi. *aut contra.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. Hic *ac c.* cum Vall. et edd. ante Stoer. *Aut* an *ac* non refert (cf. tamen 5, 13, 57). Reliqui, Regio auctore, *At c.*

contra. Nam ut qu. Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui omittunt *N. u.*

64. *ut, quia proprium — eadem est.* Quidquid hinc eruitur sententiae (nam ne nunc quidem satis aperta est ea) non paucis mutationibus constitit, de quibus vide not. crit. Ad *esse credantur* intellige *tales* (h. e. boni, iracundi) ii, quorum res agitur, Sic mox (§ 65) *ut sit civis* scil. is, cui adest patronus. Nam *ea* subaudire, vel ipsum inserere post *esse*, unde facile excidebat, minus placet. In altera parte sensus nostri: *Nam ut*, vereor ut integra sint omnia. Cum enim manifesta appareat oppositio *tūs ut* et *ita*, nihil magnopere dignum hac dividendi subtilitate exit. Ut nunc est, omne illud *Nam* spectat ad id quod praecedentibus subjiciebatur: *aut contra*, ne quis forte miretur ex *proprio* etiam *contra* animatos homines posse credi. Expeditius sane et tersius erat sic legi: *Nam ut quaedam in quibusdam sunt utique, ita et non sunt, et ratio, quamvis ex diverso illa, eadem est.* Rectene *ita*, in hujusmodi structura, postponi possit, sicuti a me hic est factum: „*ut* quaedam — et „ratio *ita*," non equidem certo dixerim. Id saltem ex

utique non sunt, et ratio ita, quamvis ex
65 diverso, eadem est. *Divisio* et ad probandum simili via valet, et ad refellendum. Probationi interim satis est unum habere, hoc modo, *Ut sit civis, aut natus sit oportet,*

rat. ita qu. Turic. Guelf. *rat. qu. ita* cum Goth. Alm. Voss. 1. 3. Bern. et edd. ante Ald. qui cum Regio *ita* ejecit, obsecundantibus reliquis. Camp. pro *quamvis* dat *ita*. Hinc tantum mihi sumsi, ut transponerem voces hasce. cf. § 41. 82. *div. ead.* Guelf. inserit *ita*. Solus Ald. pro eo *tamen*. Si plures haberet auctores, poterat mutari in *illa*. In totius hujus §phi constitutione nemo vidit acutius Badio, qui sic: „Aldus Raphaelem (Reg.) sequitur. „Verum neque si *quia* expungatur et pro *verbis esse credatur* „reponatur *excandescere*, sensus adhuc plenus erit. Nam con„jecturae ex *proprio* vult ponere exemplum, ut fortasse re„ponendum sit hoc modo: ut, quia proprium est boni recte „facere, iracundi ex animo fari; illius factis, hujus verbis „credatur. Sed non sum tam vecordi animo, ut id sine „auctore faciam." Etiam Regius aliquid deesse sensit; cum deinceps Gibbonus mira voluptate acquiesceret in vulgata scriptura.

65. *refellendum.* Turic. Camp. *rep.* cum Alm. Bodl. Andr. de hac varietate egit Burm. ad Ovid. Metam. 1, 759.

Probationi. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Voss. 2. 3. et edd. ante Ald. Sed Camp. *probationem* cum Bodl. Andr. et Turic. a sec. manu, quae et hoc novat quod dat: *repellendam probationem.* Ald. et recentiores e conjectura Regii *Probanti.*

sit civis aut. Turic. *sit quis a.* cum Alm. (cf. § 58. 68.) sed illa a sec. manu *si quis a.* Guelf. nostram dat cum Bern. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Bad. sec. Sed Camp. *si civis sit*

nostra constitutione satis apertum, quomodo *proprium* possit ad statum *conjecturalem* traduci, si, quod *proprium* est alicui, id, hoc ipso argumento, esse in eo creditur, quamvis nullis signis deprehensum. Ratio *eadem* in iis, quae *contra* haec sunt, iteram est § 90.

65. *Probationi — tollendum.* Haec ita inter se opponuntur, ut grata exsistat structurae varietas pro simpliciori forma: *ad probandum sufficit unum — ad refellendum utroque opus est.*

aut factus: utrumque tollendum eſt, *Nec*
416 *natus, nec factus eſt.* Fit hoc et multiplex, 66
idque eſt argumentorum genus ex remotione, quo modo efficitur totum falſum, modo id, quod relinquitur, verum. Totum falſum eſt hoc modo, *Pecuniam credidiſſe te dicis: aut habuiſti ipſe, aut ab aliquo accepiſti, aut inveniſti, aut ſurripuiſti. Si neque domi habuiſti, neque ab aliquo accepiſti, nec cetera, non credidiſti.* Reliquum ſit verum ſic, *Hic* 67
ſervus, quem tibi vindicas, aut verna tuus eſt, aut emtus, aut donatus, aut teſtamento relictus, aut ex hoſte captus, aut alienus. deinde remotis prioribus, ſupererit *alienus.* Periculoſum, et cum cura intuendum genus; quia, ſi in proponendo unum quodlibet omi-

quis a. Goth. (tac. Geſn.) *ſi c. quis a.* cum Voſſ. 2. Recentiores *quis* poſt *civis*, non quidem neceſſario.

factus: utrumque. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. et edd. ante Ald. qui e conjectura Regii inſerunt *neganti* obſecundantibus rell.

66. *idque.* Guelf. Camp. *ideoque* cum Goth. Voſſ. 2. (quorum uterque poſt *eſt* inſerit *contra*) et edd. ante Ald. Sed Turic. nobiſcum facit. *quo modo.* Sic omnes mei exc. Goth. Voſſ. 2. Geſn. recentioribus. Hi enim *qua*, quod ne Burm. quidem diſplicebat. Sed referes pronomen ad *genus argg.* potius quam ad *remotionem.* *nec cetera.* Ita Turic. cum plerisque niſi quod Vall. Ald. Leid. eoque recentiores ante Geſn. *et c.* Camp. *nec certam* omiſſo mox *non.* cf. ad 4, 2, 61.

66. *ex remotione.* Cic. de Inv. 1, 29. *enumerationem* appellat: „Enumeratio eſt in „qua, pluribus rebus expoſi„tis, et ceteris infirmatis, una „reliqua neceſſario confirmatur.“ ubi cf. Mar. Victorin. apud Pithoe. p. 161. Longe diverſa *remotio criminis* Cic. de Inv. 2, 29. ad Herenn. 1, 15.

ſerimus, cum riſu quoque tota res ſolvitur.
68 Tutius, quod Cicero pro Cecinna facit, cum interrogat, *ſi haec actio non ſit, quae ſit?* ſimul enim removentur omnia. Vel, cum duo ponentur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe utrumlibet ſufficiat: quale Ciceronis eſt, *Unum quidem certe, nemo erit tam iniquus Cluentio, qui mihi non concedat: ſi conſtet corruptum illud eſſe judicium, aut ab Habito, aut ab Oppianico eſſe corruptum. ſi doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico; ſi oſtendo ab Oppianico, purgo Habitum.* 417
69 Fit etiam ex duobus (quorum neceſſe eſt alterum verum) eligendi adverſario poteſtas,

68. *iniquus.* Turic. Guelf. Camp. *inimicus* cum Ioann. Voſſ. 2. 3. Goth. Bern. Andr. et edd. ante Gryph. item ap. Cic. Cod. S. Victoris.

69. *neceſſe eſt alterum verum.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Voſſ. 1. 3. Bern. Colin. (qui et parentheſin habet, quam pri-

67. *ſolvitur.* cf. 5, 5, 2. Etiam *diſſolvitur* 5, 13, 2. 29. 6, 3, 10. 8 Pro. 11. *reſolvere* 5, 13, 12. Aliud erat 4, 2, 19. Non debebat Burm. huc conferre verſum Horatianum Satt. 2, 1, 86 „Solventur riſu „tabulae.“ Aliud enim eſt *cum* riſu ſolvi, aliud *riſu*; nec *ſolvi* ibi noſtra poteſtate. De re ipſa cf. Cic. de Inv. 1, 45.

68. *Cicero — Ciceronis.* Pro Caecina (ſic enim fere ſcribitur nomen ap. Cic. v. Oudend. ad Snet. Caeſ. 75. Tit. 6.) c. 13. „alia ſi qua“ (actio) „forte „eſt, quae nos fugerit, dic, „quae ſit. cupio diſcere. „Haec ſi eſt, qua nos uſi ſu„mus; te judice vincamus, „neceſſe eſt.“ Pro Cluentio c. 23.

69. *quorum — verum.* Subaudies ad *neceſſe eſt* infinitivum *eſſe* (niſi forte malis hoc ipſum legere pro *eſt*); *alterum* accipies *alterutrum*. cf. 1, 4, 24. 9, 3, 6. Cicero de Inv. 1, 29. 45. *complexionem* appellat hanc argumentationem, qui et utroque loco *utrum* ſic poſuit, ut hic noſter „*utrum* „elegerit“ pro *utrumcunque*, *utrumlibet*.

efficiturque, ut, utrum elegerit, noceat. Facit hoc Cicero pro Oppio, *Utrum, cum Cottam appetiſſet, aut cum ipſe ſeſe conaretur occidere, telum ei e manibus ereptum eſt?* Et pro Vareno, *Optio vobis datur, utrum velitis caſu illo itinere Varenum uſum eſſe, an hujus perſuaſu et inductu.* Deinde utraque facit accuſatori contraria. Interim duo ita proponuntur, ut utrumlibet electum idem efficiat;

mus repetii) et edd. ante Bad. Ex Alm. refertur *neceſſaria e. a. v.* (cf. § 65. 72.) Voſſ. 2. cum Goth. *n. e. alterutrum*, quae videtur et Vall. ſcriptura, referente Badio. Durius eſt in hac, quod *neceſſe* ſcribitur, non *neceſſarium*. Reliqui, partim ex Regii conjectura (ab hoc enim *alterutrum*) *neceſſaria e. alterutrum*. In hac conſtitutione *neceſſariâ poteſtas* nemini debebat placere. *aut.* Sic omnes praeter Goth. Voſſ. 2. et Capp. Hi enim *an*, quod recepere editores fragmm. Cic. In Leid. margine quoque: „Alii *an*." Nolui exemplo fraudare eos, qui contra Qu. diſputant ad 1, 5, 50. cf. tamen § 44. *ereptum*. Turic. *eruptum*. cum Alm. Ber. *erutum*. Voſſ. 1. 3. Palat. Gebhardi, qui rectene hoc commendet, tanquam aptiſſimum ad feſtinationem trepidationemque cum violentia conjunctam exprimendam, equidem magnopere ambigo.

Cic. pro Oppio. M. Aurelius Cotta, proconſul Bithyniae, quaeſtorem ſuum P. Oppium dimiſerat et peculatus et inſidiarum ſibi ſtructarum ſuſpectum, quo crimine mox eſt accuſatus, a Cicerone autem defenſus. Dio Caſſ. 36. p. Reim. 100. Orationis Ciceronianae deperditae hoc quidem fragmentum apud unum Quintilianum adhuc eſt inventum. vid. fragm. Cic. apud Ern. p. 1040.

aut. cf. not. crit. Capperonnerius commodum huc contulit fragmentum lib. 3. Hiſtoriarum Salluſtii: „Oppius poſtquam orans nihil proficiebat, „timide veſte tectum pugionem expedire conatus, a Cotta Vulſcioque impeditur." p. 978 apud Cortium.

pro Vareno. vid. 4, 2, 26. Fragmentum apud Erneſt. p. 1040.

quale eſt, *Philoſophandum eſt, etiamſi non eſt philoſophandum.* Et illud vulgatum, *Quo ſchema, ſi intelligitur? quo, ſi non intelligitur?* Et, *Mentietur in tormentis, qui dolorem pati poteſt: mentietur, qui non poteſt.* Ut ſunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. habent enim omnia *initium, incrementum, ſummam;* ut, *jurgium, deinde caedes, et ſtrages.* Eſt ergo hic quoque argumento- 418

70. *eſt, Philoſ.* Turic. inſerit *illud.* Non male.

71. *initium.* Turic. Guelf. Camp. omittunt cum Alm. Voſſ. 1. 3. *exordium* Jenſ. et edd. ante Badium, qui narrat Vallam aſcripſiſſe *initium*, quod confirmetur eo, quod mox legitur *ex initiis.* Hinc ſuſpicaris Vallenſem codicem omiſiſſe et ipſum hanc vocem; et fortaſſe Codex ille nihil aliud fuit niſi editio aliqua aut Camp. aut Andr. ab Laurentio Valla emendata. (cf. ad praef. noſtr. p. 55. 62. ſed et 5, 13, 41 not. crit.) Ipſum noſtrum eſt in Goth. et multis aliis, ſi recte tacuerunt conferentes. *hic quoque arg.* Turic. Camp. *hinc arg. quoque.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *hic arg. quoque.* Qui transponunt *quoque*, iidem defendunt *hinc.* Sed vulgata melius habere videtur et eſt in Jenſ. et reli.

70. *Philoſophandum — philoſophandum.* Haec ipſa verba ponit Aſconius Pedianus ad Divinat. in Caecil. p. 23 ad c. 6 „etiamſi tacent, ſatis di„cunt" quem locum a Valla indicatum, docet Badius. Facilis dicti eſt interpretatio; cujus autem ſit, an in proverbium abierit, ignoro.

ſchema. Neque λέξεως neque διανοίας ſchema hic ſignificatur (cf. 2, 13, 11) verum tertium illud quod noſter memorat 9, 1, 14; tractat autem de induſtria 9, 2, 65 „unde „controverſiae *figuratae* di„cuntur." vid. et 7, 4, 28. *Vulgatum* quare dixerit hoc, apparet loco gemino 9, 2, 69 „A quibusdam tota res repu„diatur, ſive intelligatur, ſive „non intelligatur." Eſt autem hujusmodi *ſchema*, ſive *figura*, rei, quam indicare palam non audeas, ex obliquo facta ſignificatio.

Mentietur — qui non poteſt. cf. 5, 4, 1.

rum locus invicem probantium. Nam et ex initiis ſumma colligitur: quale eſt, *Non poſſum togam praetextam ſperare, cum exordium pullum videam:* et contra, *Non dominationis cauſa Sullam arma ſumſiſſe*, argumentum eſt *dictatura depoſita.* Similiter ex 72
incremento in utramque partem ducitur ratio rei cum in conjectura, tum etiam in tractatu aequitatis, *An ad initium ſumma referenda ſit?* id eſt *An ei caedes imputanda ſit, a quo jurgium coepit?* Eſt argumentorum locus 73
ex *ſimilibus*, *Si continentia virtus, utique et*
419 *abſtinentia: Si fidem debet tutor, et procurator.* Hoc eſt ex eo genere, quod ἐπαγωγὴν Graeci vocant, Cicero *inductionem.* Ex *diſſimilibus*, *Non, ſi laetitia bonum, et voluptas*

72. *Simil. ex.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Baſil. Reliqui inſerunt *et.* *rat. rei cum.* Sic Turic. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. niſi quod excuſi transponunt *rat. rei.* Alm. *res rat. cum.* cf. § 69. 73. Reliqui omittunt *rei.*

cum in. Guelf. *tum in.* cf. ad 4, 1, 66.

ei. Turic. Camp. omittunt *cum* Alm.

71. *Non poſſum — pullum videam.* Verbum *exordiendi* cum de tela ſaepe uſurpetur, non eſt quod miremur nomen ejusdem eſſe uſus. Sic et Appulejus Metam. l. 5. p. (Pricaei) 99 „*exordio* ſermonis „hujus quam concolores falla„cias *attexamus.*“ De *pullo* vide 2, 12, 10. Eſt enim pauperum. Moſellanus recte ſuſpicatur „hoc exemplum pro„verbii loco olim jactatum „eſſe vulgo.“

Sullam — dictatura depoſita. cf. 3, 8, 53.

73. *ſi fidem — procurator.* Haec ſunt Ciceronis Top. c. 10. qui et ibidem *inductionis* vocabulo utitur; item de Inv. 1, 31. Recte autem Burmannus ſuadet geminare *debet* ex ipſo Cicerone. cf. mox § 88.

Non, quod mulieri, idem pupillo. Ex *contrariis*, *Frugalitas bonum, luxuria enim malum: Si malorum cauſa bellum eſt, erit emendatio pax: Si veniam meretur, qui imprudens nocuit, non meretur praemium, qui imprudens profuit.* Ex *pugnantibus*, *Qui eſt ſapiens, ſtultus non eſt.* Ex *conſequentibus*, ſive *adjunctis*, *Si eſt bonum juſtitia, recte judicandum: Si malum perfidia, non eſt.*

73. *pupillo.* Guelf. Camp. *populo* cum Goth. Voſſ. 2. Sed Alm. *Popilio* (cf. § 72. 74) cum Voſſ. 1. 3. Bern. Baſil. margo. *popillo* Jenſ. per errorem. vid. et 6, 3, 75. *pugnantibus.* Ita Turic. Guelf. cum Goth. Alm. Voſſ. 1. Bern. et edd. Stoer. Chouet. Leid. Burm. Geſn. eoque recentioribus. Sed Camp. cum rell. meis excuſis *repugnantibus* quod concinit locis ſupra poſitis 5, 8, 5. 5, 10, 2. item 6, 3, 66 in quorum primo Guelf. Goth. et Turic. (a pr. manu) *pugn.*, ſecundo autem ſolus Goth. *pugn.* Verum 5, 14, 1. omnes *pugn.* Idem 5, 10, 94 omnes praeter Camp. et Capper. cf. et 5, 14, 31.

conſequentibus. Sic mei quidem libri omnes, praeter Geſnerum cum recentioribus, qui ex illius, puto, ſphalmate: *ſequentibus.*

non quod — pupillo. Cic. Top. c. 11. ubi etiam „locus — „qui a contrario dicitur.“

Frugalitas — imprudens profuit. „Petita ſunt exempla „haec ex Ariſtotele. l. 2. Rhet. „c. 23, 1. Τὸ σωφρονεῖν ἀγα„θόν· τὸ γὰρ ἀκολασταίνειν „βλαβερόν — Εἰ γὰρ ὁ πολε„μος αἴτιος τῶν παρόντων „κακῶν, μετὰ τῆς εἰρήνης δεῖ „ἐτανορθώσασθαι. — Εἶτερ „γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρα„κόσιν Ἀκουσίως, δίκαιοιν εἰς „ὀργὴν πεσεῖν, Οὐδ' εἴγ' ἀναγ„καθεὶς τις εὖ δράσει τινὰ „Προσῆκόν ἐστι τῷδ' ὀφείλε„σθαι χάριν.“ — Capperonnerius.

74. *pugnantibus — conſequentibus.* cf. 5, 8, 5. Animadvertit autem Regius, contra Ciceronis rationem (Top. c. 12.) confundi hic *adjuncta* et *conſequentia.* Cicero enim adjuncta „inquit“ non ſemper eveniunt: „conſequentia autem ſemper.“ Similis a noſtro facta mox § 75. diviſio *conſequentium* et *ſequentium.*

fallendum. Idem retro. Nec ſunt his diſſimilia, ideoque huic loco ſubjicienda, cum et ipſa naturaliter congruant: *Quod quis non habuit, non perdidit: Quem quis amat, ſciens non laedit: Quem quis heredem ſuum eſſe voluit, carum habuit, habet, habebit.* Sed, cum ſint indubitata, vim habent paene ſignorum immutabilium. Sed haec *conſequentia* 75
dico, ἀκόλουθα; eſt enim *conſequens ſapientiae bonitas:* illa *ſequentia*, παρεπόμενα, quae

Idem. Turic. (a ſec. manu) Guelf. *Idemque* Camp. Goth. (tac. Geſn.) *Item* cum Voſſ. 2. cf. § 60.

retro. Turic. *recte* cum Alm. (cf. § 73. 75). Sed ille a ſec. manu *recta.* *Nec.* Guelf. *haec.* Camp. *quae* cum Goth. Voſſ. 2. Andr. *diſſimilia.* Turic. Guelf. *ſimilia* cum Alm. Goth. Voſſ. 1. 2. Dicas *his* quod praecedit, errori locum dediſſe; nec ſane eo egebamus. Sed in excuſis meis eſt *his diſſim.* *indubitata.* Turic. Camp. *dubitata.*

immutabilium. Libri mei et ſcripti et excuſi ante Ald. *innumerabilium.* Hic noſtrum de conjectura repoſuit, quam Regianae *inſolubilium* recte praefert Badius. Multi Codd. pravam ſcripturam dare narrantur, neque in ullo eſſe noſtram credo.

75. *haec conſequentia.* Turic. *haec* (a ſec. manu *hoc*) *conſequens.* Camp. *hoc conſequens.* Omittunt *haec* Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. item Bad. utraque.

παρεπόμενα. Turic. cum Voſſ. 1. 3. *paregomena.* Camp. παρι γμενα. Goth. cum Voſſ. 2. παριγομενα. Guelf. *paragomena* cum edd. ante Ald., niſi quod Tarv. graecc. litt. Alm.

Idem. Niſi forte malis *Item*, referes pronomen ad vocem *locus* § 73.

habuit, habet, habebit. Poſtrema duo ſane ad rem facere non magnopere videntur. Qua cauſa omiſiſſe ea videtur Aldus, ſed libri addicunt nulli.

ſignorum immutabilium. cf. c. hujus libri 9.

75. ἀκόλουθα — παρεπόμενα. Eſt in Graecis hiſce aliquantum difficultatis. Primum abrupte ſunt et ſine ulla commiſſura latinis ſubjuncta, cui quidem vitio mederi poſſis interponendo utrobique *id eſt*,

poſtea facta ſunt, aut futura, Nec ſum de nominibus anxius. vocet enim, ut voluerit quisque, dum vis rerum ipſa manifeſta ſit; appareatque, hoc temporis, illud eſſe natu-
76 rae. Itaque non dubito haec quoque *conſequentia* (quamvis ex prioribus dent argumentum ad ea, quae ſequuntur) quorum quidam duas ſpecies eſſe voluerunt: *Actionis*, ut pro Oppio, *Quos educere invitos in provinciam*

ἀπαγόμενα (ref. Burmanno. ſed cf. § 74. 84. Viciſſim 8, 6, 32 vulgatam παραγόμενα retinere ſertur Turic. ubi Alm. cum Regius in quibusdam, ut ait, exemplaribus inventum comprobaſſet, ab Aldo inde receptum eſt ab omnibus exc. Capp.

attende differentem a Turic. et multis πεποιημένα) quod cum

quod, una litera ſcriptum, facile intercidebat. cf. 3, 5, 4. Deinde παρεπόμενα ex ſola Petri Victorii conjectura repoſitum eſt (ad Ariſtot. Rhet. 1, 6, 3. p. 105.); fluctuante Codd. ſcriptura. Utitur hoc vocabulo Ariſtoteles in Topicis 3, 2, 1. quanquam non tanta, quanta hic eſt in eo, ſubtilitate. (Eſt etiam apud ſcriptorem de Elocutione, vulgo Demetr. Phaler. § 217. p. 87. Schn.) Sed cum etymon ad amuſſim reſpondeat ſententiae Quintilianeae, non dubitavi Capperonnerium ſequi in adoptanda doctiſſima emendatione. „*Illa*“ autem cave in praecedentibus quaeras; ſpectat ad relativum „*quae* — futura.“

vi. Duriſſimum autem eſt, quod ſine infinitivo ponitur accuſativus *haec*, poſt *dubito*. Verbum deſiderabat jam Regius, nec ullo adhuc exemplo tantae ſtruendi licentiae conciliatus ſum. Quod autem ajunt *eſſe* ſubaudiendum, id ne ſufficit quidem; *vocare*, *appellare* ſatius ſit, quod ſane difficilius intelligitur, quanquam prius *ex vocet* elici poſſe ſtatuit Capper. Exempla ſtruendi verbum *dubitandi* cum accuſativo nominis aliquot ponit Burm. ad 12, 1, 42. ſed noſtrum non mollientia illa. Cujusmodi et Sciop-pius dedit in Sanctii Minerva 3, 3 p. mihi 295. Sententiam mox repetit longe clarius § 78.

76. *non dubito — conſequentia.* *Haec* ad ſequentia ſpectare dirimendo demonſtra-

pro Oppio. Fragm. Cic. Ern. p. 1041.

non potuit, eos invitos retinere qui potuit? Temporis, in Verrem, *Si finem Praetoris edicto afferunt Kalendae Januarii, cur non initium quoque edicti naſcatur a Kalendis Januarii?* Quod utrumque exemplum tale 77
eſt, ut idem in diverſum, ſi retro agas, valeat. Conſequens enim eſt, eos, qui inviti duci non potuerint, invitos non potuiſſe retineri. Illa quoque, quae *ex rebus mutuam* 78
confirmationem praeſtantibus ducuntur (quae proprii generis videri quidam volunt, et vocant ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα, Cicero *ex rebus ſub eandem rationem venientibus*) fortiter con-

76. *Januarii — Januarii.* Camp. *Januarie — Januarii.* Apud Cic. noſtra ſcriptura. cf. Oud. ad Suet. Oth. 2. Dom. 13. Drakenb. ad Liv. 41, 16, 1. Guelf. pro *Kal. Jan.* utroque loco habet haec male Graeca κιαν ακιαν.

77. *potuerint.* Camp. *potuerunt* cum edd. ante Gryph. Sed noſtrum Turic. et Guelf.

78. *quae proprii.* Turic. Camp. *quia p.* ἄλληλα. Guelf. ἀλλήκους. Goth. ἀλλήλας cum Tarv. Sed Camp. αλλιλας. *fortiter.* Sic Turic. Guelf. Goth. Alm. Bern. *forte* Camp. cum Bodl. et edd. ante Ald. aliquot-que recentioribus. Male. cf. 1, 5, 72.

in Verrem. lib. 1. c. 42. Eſt apud Ciceronem *naſcitur* pro *naſcatur.*

77. *eos — retineri.* Quia retro agendi exemplum quaeratur, debuiſſe transponi infinitivos *duci* et *retineri*, recte obſervat Geſnerus; qui ipſum putat Quintilianum potuiſſe memoria labi.

78. ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα. vid. Ariſtot. Rhet. 2, 23, 5. *Cicero.* de Inv. 1, 20. „in „iis rebus, quae ſub eandem „*cadunt* rationem" (attende et hic memoriter citantem Qu. cf. 5, 10, 17.) ubi exemplum Hermocreontis Rhodiorum portorium redimentis pro quo apud Ariſtotelem l. c. „ὁ τελώνης Διομέδων περὶ τῶν „τελωνιῶν, Εἰ γὰρ μηδ' ὑμῖν „αἰσχρὸν τὸ τωλεῖν, οὐδ' ἡμῖν „τὸ ὠνεῖσθαι."

fortiter — *junxerim.* cf. 1, 5, 72.

ſequentibus junxerim: *Si portorium Rhodiis locare honeſtum eſt, et Hermocreonti conducere.* et, *Quod diſcere honeſtum, et docere.* 421
79 Unde illa, non hac ratione dicta, ſed efficiens idem, Domitii Afri ſententia eſt pulchra, *Ego accuſavi, vos damnaſtis.* Eſt *invicem conſequens* et quod ex diverſis idem oſtendit: ut, *qui mundum naſci dicit, per hoc ipſum et deficere ſignificet, quia deficit omne, quod*

loc. honeſtum eſt. Turic. *l. homines h. e.* cum Alm. Sed ille a ſec. manu *l. hominibus h. e.* et ſic Camp.

Hermocreonti. Turic. *hermocronti.* Camp. *Hermocreonti* cum Alm. Colb. Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Gryph. Sic apud Max. Victorin. p. 164 Pith. et in aliquot Cic. MSS. teſtante Oudendorpio, qui confert *Hermocrates.* Sunt et *Hermogenes, Hermotimus.* Reliqui *Hermacr.*

79. *dicta.* Sic Turic. Guelf. omnesque profecto MSS. et edd. Sed Geſn. et recentiores e Goth. Voſſ. 2. *ducta*, quod ſi recte tacui, ipſe habet Camp.

79. *Domitii Afri.* Obſervarunt VV. DD. eandem ſententiam eſſe jam apud Ovidium Metam. 13, 308. Sed Ovidianam non poſitam a Qu. judicat Valla apud Badium, quia plenior ſit, quam pro ſententiae acumine. Ita enim habet: — „An falſo Palamedem crimine turpe eſt „Accuſaſſe mihi, vobis damnaſſe decorum?“ De Dom. Afro cf. 5, 7, 7.

Unde. cf. § 90.

qui mundum — ſignificet. Cum Platonis mentionem injeciſſet in notis Valla, dicentis (l. republ. 8 p. (Bip.) 188 St. 556 a) ἀλλ' ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστι, Regius cenſet, Platonem, quem ſolum Ariſtoteles referat mundum generare auſum, ſua hauſiſſe e Moſis libris a ſe perlectis; quod revincit Badius, quia *natum* dixerit mundum Plato, Chriſtianis *creatum* credentibus. Almelovenus Minucii Felicis locum ponit (c. 34) „Quis enim ſapientum dubi„tat, quis ignorat, omnia „quae orta ſunt, occidere? „quae facta ſunt, interire? „Coelum quoque cum omni„bus, quae coelo continentur, „ita, ut coepiſſe, deſinere?“ Sed cf. Ariſtot. De Coelo. 1, 10. qui pereundi et naſcendi ſortem conjunctam non utique

naſcitur. Simillima eſt his argumentatio, qua colligi ſolent *ex iis, quae faciunt, ea, quae efficiuntur*, aut contra, quod genus *a cauſis* vocant. Haec interim *neceſſario* fiunt, interim *plerumque* ſed *non neceſſario*. Nam *corpus in lumine utique umbram facit, et umbra, ubicunque eſt, ibi eſſe corpus oſtendit.* Alia ſunt, ut dixi, *non neceſſaria*, vel utrin- 81
que, vel ex altera parte. *Sol colorat: non utique, qui eſt coloratus, a ſole eſt. Iter pulverulentum facit: ſed neque omne iter pulverem movet; nec, quisquis eſt pulverulentus, ex itinere eſt.* Quae utique fiunt, talia ſunt, 82

neque omne. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *nec o.* (cf. 5, 9, 7. 5, 11, 25.) Goth. (tac. Geſn.) *non o.*

82. *utique — ſunt.* Turic. *u. f. et t. ſ.* Sed a ſec. manu deletur *et.* An inerat *ea?* Nam ut *et* eſſet pro *etiam*, quo oſtenderetur ſuperioribus addi hoc exemplum, nulla magnopere cauſa erat. Minus etiam ut ſcriberetur *et alia.* Guelf. *utrinque f. t. ſ.* cum Baſil. Colin. Poteſt blandiri, quia hoc eſt exemplum utrinque neceſſarii et a cauſis et ab effectis, quan-

ab omnibus philoſophis agnitam eſſe, narrat, ipſumque Platonem in Timaeo coelum natum quidem ſed interitus expers dicere commemorat.

80. *Simillima — his.* Cum Camp. (ſolus) pro *his* det *hic*, ſuccurrit ſcribere *huic.* cf. 4, 3, 10. 6, 1, 52.

a cauſis. cf. Cic. Top. c. 5. 4, 18.

81. *Sol colorat.* Exemplum fortaſſe ſuccurrebat e Cicerone de Orat. 2, 14. cf. Seneca Epiſt. 108 p. Bip. 55.

82. *Quae utique — ſunt.* Fatendum eſt, haec, praeter ſummam illam, quae in dialecticis deſideratur, diligentiam, repeti, et exemplis pluribus ponendis obſcurari magis quam illuſtrari. Eorum enim, quae et *neceſſario* fierent et *plerumque*, ſatis evidentia fecerat exempla; priorum quidem „corpus — „oſtendit," poſteriorum ex altera parte non neceſſariorum „ſol — ſole eſt," utrimque autem „Iter pulverulentum —

Si ſapientia bonum virum facit, bonus vir eſt utique ſapiens: ideoque, *Boni eſt honeſte facere; mali, turpiter: et, qui honeſte faciunt, boni; qui turpiter, mali iudicantur; recte.* At *exercitatio plerumque robuſtum corpus facit; ſed non, quisquis eſt* 422
robuſtus, exercitatus; nec, quisquis exercitatus, robuſtus eſt: Nec, quia fortitudo prae-

quam ejusmodi prius quoque erat „*corpus — oſtendit.*“ Sed quod mox ponitur *utique* in ipso exemplo, diſſuadet paucorum librorum ſcripturam. Jenſ. *u. talia f. t. ſ.* cum edd. ante Bad. Sed Bad. ſec. *u. talia faciunt t. ſ.* cum edd. Cerv. Gryph. Stoer. Chouet. aliisque apud Burm. *Si ſap.* Goth. (tac. Geſn.) *Sed ſ.* cum Voſſ. 2. *ideoque.* Sic omnes praeter Geſnerum, de conjectura dantem *itemque*, eoque recentiores. *honeſte.* Camp. *honeſta.* *Judicantur; recte.* Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. Reliqui transponunt (cf. § 64. 85). Omittunt *recte* Goth. et Voſſ. 2. quod ipſum eſt pro noſtro ordine. *At — plerumque.* Baſil. margo et Gryph. ipſe cum recentioribus exc. Obr. *Ad hoc — p.* quod ſe praetuliſſe ait Burm., pro imperio. (cf. 3, 6, 53.) Geſn. de conjectura *At hoc p. E.* obſecundantibus poſterioribus. Goth. Voſſ. 2. *ac e. p.* (cf. 5, 2, 3). Noſtra eſt in omnibus meis hic non deſignatis, nec dubie in reliquis quoque MSS. quanquam de ſuis tacet ſomnolentus ille Gibſonus.

„ex itinere eſt.“ Quid attinebat, rurſus, quae *utique*, i. e. *neceſſario*, fierent, exemplo oſtendere, et exercitationem *plerumque* quidem, ſed nec ſemper nec ſolam, robuſta corpora facientem inculcare? Una haec ingeminandi excuſatio mihi videtur, quod hiſce poſtremis ſit manifeſtius, in conjecturalibus controverſiis argumenta poſſe peti a *neceſſariis* quidem cauſis, ſed ab iis, quae *plerumque* certas res efficiunt, non item. In talibus argumentationis tricis peccatum et titubatum eſſe a librariis quivis rei peritus expectet. vid. not. crit.

ideoque — judicantur. Quia haec neceſſario juncta ſunt invicem, certa poteſt ex iis peti argumentatio, quae valeat in conjecturali quoque ſtatu. cf. § 75. 64. Haec ita vulgo judicari ponit, et ſubjicit: *recte.* Nam hoc ipſum eſt judicium.

ſtat, ne mortem timeamus, quisquis mortem non timuerit, vir fortis erit exiſtimandus: Nec, ſi capitis dolorem facit, inutilis hominibus Sol eſt. Et haec ad hortativum maxime 83
genus pertinent, *Virtus facit laudem, ſequenda igitur: at voluptas infamiam, fugienda igitur.* Recte autem monemur, cauſas non utique ab ultimo eſſe repetendas: ut Medea, 84
Utinam ne in nemore Pelio. quaſi vero id

83. *eſt. Et haec.* Guelf. cum Voſſ. 1. 3. omittit *eſt*, Camp. viciſſim *haec.* Si recepta eſt a Qu., mirum videtur quod „haec *etiam* ad hortativum genus pertinere" dicantur, eademque „maxime" eo pertinere. An igitur praecedentia quoque ad hortativum genus? Sed fortaſſe *ad hort. max. gen.* pro parentheſi accipiendum, ut ea, quae ſequuntur, oratoris intereſſe ponantur, ſed maxime in hortativo genere. Si *et* abjicis, minus impedita videtur ſententia, ſed fortaſſe ſalebroſior oratio. *Haec* omnino ad ſequentia ſpectat. cf. 4, 1, 48 exeg. *repetendas.* Turic. Camp. *retinendas* cum Alm. Voſſ. 1. et edd. ante Ruſc. Correxit Regius, ſed eſt noſtrum in Vall. (ref. Badio) Guelf. Goth. *petendas.* Bern.

inutilis. Cave aliter interpreteris quam *noxium.* vid. 3, 5, 12. 4, 5, 22. 5, 13, 42.

83. *Et haec — pertinent.* Difficillimum eſt in tenuibus hiſce diſputandi commiſſuris, quales ſunt *et, maxime*, certum videre, ad conſtituendam ſcripturam. Quare conferas velim not. crit. *Hortativum genus* nove et ſemel, puto, dicitur pro *deliberativo, ſuaſorio.*

monemur. Hoc ipſum exemplum longius repetitarum cauſarum cum reprehenſione ponunt Cornificius ad Herenn. 2, 22. Cic. de Inv. 1, 49. Top. c. 16. de Fato c. 15. Utuntur eodem ad varias ſententias, quos recenſet Columna p. 197. Sunt enim verſus Ennii ex Medea Euripidea ab ipſo verſa. vid. Eurip. Med. v. 3 ſeqq. Pervulgatum igitur fuit hoc apud rhetoras hujus vitii exemplum. Docte Geſnerus deſignat Phaedrum 4, 6, 6. qui eodem reſpiciat. Eundem in notis ad Eurip. ponis Beckius V. C. Locus Cic. de Nat. Deor. eſt l. 3 (non 2, ut Geſn.) c. 30.

eam fecerit miseram aut nocentem, quod illic ceciderit *abiegna ad terram trabes.* et Philocteta Paridi, *Si imperasses tibi, ego*

84. *ceciderit — terram.* Turic. *ceciderint abignea t.* idem a sec. manu: *ceciderint abiegnae ad t.* Guelf. *ceciderit abiegne ad t.* Camp. *ceciderint ab igne a. t.* Pluralem utrobique dant Voss. 1. 3. Andr. et edd. ante Bad. nisi quod Jens. *ceciderit* apice omisso. Singularem tuentur Goth. et Vall. referente Badio, qui Petrum Crinitum de honesta discipl. 15, 6 recte, ait, annotasse, nomen *trabes* inter nomina singularia veteribus usurpatum, sicut plebes, canes, duces, sepes et multa alia. Hoc deinceps Columna monuit, Lambinus, aliique. In ed. Cic. de Nat. D. Lipsiae a Thannero curata 1518 sic datur locus: *cese cecidissent abigene ad terram.* vid. Ern. ad Herenn. 2, 22 qui etiam dubitabat an reciperet pluralem; perperam profecto. *accidere*, quod docte defendit Oudend. ad Cic. de Inv. 1, 49 hic quidem in nullo libro. Sed *ceciderit* est ab ipso Qu. non ex antiquo versu. *Paridi — tibi.* Turic. *paridis impar esses t.* cum aliquot quos consuluit Latinus Latinius (ubi quidem, ignoro, cum ejus operibus caream praeter bibliothecam sacram et profanam, in qua nihil horum), item Alm. nisi quod in hoc *paridis* omittitur a conferente, quasi sit cum recepta (cf. § 75. 89.) et sic plane Camp. *Pari dispar esses t.* Goth. Voss. 2. et aliquot Latinii. Sed Jens. *Paridi si par esses t.* cum edd. ante Ald. exc. Tarv. qui expresse nostram dat. Apparet non esse Regii conjecturam, monentis emendate sic legi. In illis autem corruptelis, ipsius etiam Gothani, unde

84. *et Philocteta.* Philander suspicatur hoc esse ex Accii Philocteta, cujus quidem solius tragoediam sic appellatam memorant veteres. Paridem absentem profecto compellat Philoctetes. *Imperare sibi* dictum pro *continentem esse*, manifestius est, quam quod exemplis illustretur. Versum in hisce constituere mei non est moduli, et velim Hermannum nostrum huic quoque fragmento prospicere aliquando. Videbatur exire tetrameter trochaïcus hoc modo: *Nam tu si imperavisses tibi, ego nunc non essem miser.* Quod autem Qu. latina (cf. not. crit. ad 4, 1, 77) nominis forma utitur (ut et 3, 1, 14), id ex auctoritate veteris illius poëtae factum interpretor. Certe Francio conjectore non indigebamus, qui malebat: *at Philoctetes.*

.t eſſem miſer. quo modo pervenire
.t, retro cauſas legentibus, licet. His 85
adjicere ridiculum putarem, niſi eo
ro uteretur, quod *conjugatum* vocant:
Eos, qui rem juſtam faciant, juſte
icere, quod certe non eget probatione.
Quod compaſcuum eſt, compaſcere licere.
Quidam haec, quae vel ex cauſis vel ex 86
efficientibus diximus, alieno nomine vocant
ἐκβάσεις, id eſt *exitus*. Nam nec hic aliud
tractatur, quam quid ex quoque eveniat.
Appoſita vel *comparativa* dicuntur, quae

mira eruerunt VV. DD. nihil aliud latet, niſi noſtra ſcriptura. Bern. narratur dare *P. ſi par eſſet t.* Vix credo.

retro — legentibus. Camp. *raro — agentibus.* Tarv. *r. — agentibus* cum Voſſ. 1. Andr. Ald. Regio recte improbante.

85. *His illud.* Turic. Guelf. Camp. *illud his.* cf. § 82. 86.

faciant. Turic. Guelf. *faciunt.*

86. *Nam — hic.* Turic. Camp. omittunt *nec* cum Alm. *nonne hic* Voſſ. 1. 3. An erat *Non enim hic?*

Appoſita. Sic Turic. Camp. cum reliquis MSS. et exſtus praeter Jenſ. ad Bad. usque. Hic primus recepit e Vall. pro priorum *appoſitiva.*

85. *Cicero.* Topic. c. 3. ubi ipſum de *compaſcuo* exemplum. Victorius ad Ariſtot. 1, 7, 27. (p. 134) et hic Regius, quem compilavit Pſeudo-Turnebus, item Badius, reprehendunt Quintilianum, paene ridicula haec judicantem. Ariſtot. Topic. 2, 3. p. 125 Buhl. Rhetor. 1, 7, 27. σύστοιχα haec appellat.

86. *nec hic.* Intellige *ne hic quidem.* cf. 4, 2, 93. ſed et hic not. crit.

Appoſita vel comparativa. Cic. Topic. c. 4. 18. *comparationem* appellat hoc argumentandi genus. vid. et Cic. de Orat. 2, 40 extr. *appoſitum* autem et ipſe pro *ſimili, propinquo* uſurpat de Inv. 2, 54.

majora ex minoribus, minora ex majoribus, paria ex paribus probant. Confirmatur *conjectura* ex majore, *Si quis sacrilegium facit, faciet et furtum:* ex minore, *Qui facile ac palam mentitur, pejerabit:* ex pari, *Qui ob rem judicandam pecuniam accepit, et ob dicendum falsum testimonium accipiet. Juris* confirmatio est ejusmodi: ex majore, *Si adulterum occidere licet, et loris caedere:* ex minore, *Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem?* ex pari, *Quae poena adversus interfectorem patris justa est, eadem adversus matris.* quorum omnium tractatus versatur in syllogismis. Illa magis finitioni-

87 88 89 424

paribus probant. Confirmatur. Guelf. *paribus confirmantur.* cum Goth. Voss. 2. Bern. Jens. et edd. ante Bad. qui nostram recepit e Vall. Sed est ea jam in Turic. Camp. aliisque apud Butm. Pravam revocarunt Stoer. Chouet. Leid. Illud levius quod Turic. Camp. *minora ex majoribus, majora ex minoribus,* quod iidem tres restituerunt. cf. § 85. 89.

87. *sacril. facit.* Posterius omittit Turic.

falsum. Camp. *falsum* cf. not. ex. ad 4, 2, 19. item 6, 3, 6.

87. *accepit.* Propter reliquorum membrorum similitudinem malis fere aliquot exemplorum scripturam: *accipit.* Ita Loc. Venet. Rusc. aliique.

88. *Juris confirmatio.* Jus opponitur *conjecturae*, dicturque pro *qualitate.* cf. § 38. Magna autem est fluctuatio apud ipsum nostrum in *juris* vocabulo, nunc ad *qualitatis* statum accommodato, nunc ad *translationis*, qua de re vide loca posita in not. crit. ad 4, 4, 3.

adulterum — loris caedere. cf. § 52. De altero *licet* inferendo vid. § 75. Rectissime enim hoc suadere videtur Burmannus, praeeunte Bestio de ratione emend. leg. c. 14.

quid latronem. Malit Capperonnerius *quidni l.* non quidem necessaria emendatione, neque tamen absurda.

in syllogismis. vid. not. ad 3, 6, 15.

bus aut qualitatibus prosunt, *Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas: Si furtum scelus, magis sacrilegium: Si abstinentia virtus, et continentia: Si mundus providentia regitur, administranda est respublica: Si domus aedificari sine ratione non potest, quid si agenda navalium cura, et armorum?* Ac mihi quidem sufficeret hoc genus, sed ingo

89. *bonum non est.* Guelf. omittit *non* cum Voss. 1. 3. cf. ad 4, 29. *admin. est.* Turic. Guelf. omittunt *est.* Ille autem a sec. manu pro eo *ea* cum Camp.

quid si agenda nav. Turic. *quid agenda nav.* Alm. (ref. Burm.) *quid agenda in nav.* (cf. § 84. 90) cum Voss. 1. *quid agenda? Si nav.* Guelf. *q. agendum si nav.* Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. quod inventum in suis libris Regius mutavit in receptam a reliquis *quid agendum in nav.* Sed hoc ipsum, si recte tacui, habet Camp. Ego posui Burmanni coniecturam, in qua nihil aliud est nisi transpositio Guelferbytanae scripturae. (cf. § 86. 91.) de *agendo curam* vide 5, 6, 3. Pro *aedificari*, modo posito, alias esse *gubernari* narrat Philander. Id ego nusquam reperi, nec opus est.

89. *Si robur — sanitas.* Miror neminem de hoc dicto anquisivisse. Medicorum, vel etiam philosophorum videtur fuisse. Equidem nusquam praeterea inveni. Et quid tandem illud est, quod *sanitas* dicitur minus etiam, quam robur, esse bonum corporibus? Suspicor *inanitas*, quae hic quidem physico significatu opponatur robori. Certis hanc potestatem exemplis ostendere, non datur. Sed ipsum etymon commendat, et *exinanitionis* significatio. Apud Plautum Casin. 4, 3, 6 „*inanitate* „intestina murmurant;" quanquam isto quidem loco unusquisque intelligat, nostro non item, nisi frequentatum fuerit vocabulum de macie inedia contracta. Quid autem proclivius quam ex *minus inanitas* ut fiat *minus sanitas?* Nisi forte mavis transponere *non est*, quod fecit Gedoynus.

Si mundus — resp. cf. § 14.

90. *sufficeret.* An *sufficerit?* Jejuna enim videtur sententia si mox *sed* interpretaris hoc modo: „mihi sufficeret *nisi* secaretur." Quidni vel nunc *Quintiliana* sufficiat

ſpecies ſecatur. Nam *ex pluribus ad unum*, et *ex uno ad plura*, (unde eſt, *Quod ſemel, et ſaepius*) et *ex parte ad totum*, et *ex genere ad ſpeciem*, et *ex eo quod continet, ad id quod continetur*, aut *ex difficilioribus ad faciliora*, et *ex longe poſitis ad propiora*, et 425
ad omnia, quae contra haec ſunt, eadem
91 ratione argumenta ducuntur. Sunt enim et haec majora et minora, aut certe vim ſimilem obtinent: quae ſi perſequamur, nullus erit ea concidendi modus. Infinita eſt enim rerum comparatio, *jucundiora, gratiora, ma-*

90. *Nam ex.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui inſerunt *et*. Mox inter *tot. ex gen.* omittit idem Guelf. cum Baſil., inter *ſpec. ex eo* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. Nec male. *aut ex diff.* Sic Turic. Camp. cum Ald. *et aut diff.* Alm. (cf. § 89. 93.) Sed Goth. *ut ex diff.* cum Vall. Voſſ. 1. 3. Bad. Baſ. *aut diff.* Jenſ. cum edd. ante Ald. quod correxit Regius reponendo *ex* pro *aut*. Omittit vocem ante *ex* Guelf. Reliqui *et ex diff.*

91. *enim et.* Turic. *et enim.* Camp. *etenim.* cf. § 89. 94. *perſequamur.* Ita hic omnes excepto Voſſ. 2. (ſine Goth.) qui *proſequamur*. cf. 4, 1, 43. *concidendi.* Turic. *concedendi* cum Alm. Voſſ. 1. 3. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Sed primus a ſec. manu noſtrum, et hoc apud Vall. Guelf. *conciliandi* Goth. *gratiora.* Turic. Guelf. Camp. *graviora*

genus, etiamſi *alii* ſecant in ſpecies. Illud etiam argutius et minus ferendum: „Solum „genus ego hic commemora„rem, niſi ſecaretur in ſpe„cies." cf. 1, 1, 22. Sententia quidem talis et § 85.

ſecatur, cf. 4, 5, 6. Faciunt hoc Ariſtoteles Topic. 3, 4. 5. et Cicero Topic. c. 18.

unde eſt. cf. § 79. 3, 6, 37. 6, 1, 42. 12, 10, 10.

aut ex difficil. Hic *aut* poſuit, non *et*, quoniam praecedentia verſantur omnia in ratione *partis* et *totius*, haec non item.

91. *gratiora.* Burmannus animadvertit, dudum a VV. DD. agnitam eſſe differentiam

gis neceſſaria, honeſtiora, utiliora. Sed mittamus plura, ne in eam ipſam, quam vito, loquacitatem incidam. Exemplorum quoque 92

cum Goth. Bern. Vall. et edd. Bad. Baſil. Reliqui etiam veterrimi excuſi noſtrum, quod dum commendat Gibſonus, ex editis, MSS. ſuorum nullam facit mentionem, quos et Burm. negligit fere. Equidem *gratiora* ut ſit in ſcripto ullo, magnopere vereor. Praefero tamen, etſi ne ipſum quidem valde congruum. Confuſio τῶν *gravis* et *gratus* non infrequens vid Drakenb. ad Liv. 30, 10, 20. Nominativos hoſce in genitivos facile convertas, ſi memineris *rum* veteri compendio ſic ſcribi ſolitum ℞. Nec violenta mutatió ex *neceſſaria faciendi neceſſariarum*, unde exciderat ipſum illud ℞.

mittamus. Jenſ. *omittamus* cum edd. ante Gryph. Male. cf. 1, 10, 9. 1, 2, 20. item hic § 18.

grati et *jucundi*, cum *gratum* i. e. acceptum eſſe poſſit v. c. remedium, quod minime ſit *jucundum*, ablegans ad Manut. notam ad locum Ciceronis ad Div. 4, 6. „cujus officia *ju*„*cundiora* ſcilicet ſaepe mihi „fuerint, nunquam tamen *gra*„*tiora*.“ Ipſa tamen haec vocis poteſtas huic loco non magnopere convenit, quae levi diſcrimine a *jucundioribus* diſtans ne commemorari quidem indigebat. An, ſicut alia ejusdem poteſtatis vocabula (cf. not. crit. ad § 54), *gratum* quoque et *jucundum* permutata ſunt a librariis, ut aliud in alio hic primum Codice ſcriberetur, et mox ab hebetiore ſcriba utrumque jungeretur? Ipſarum quidem harum vocum adhuc deſidero exemplum. Sed in quatuor iſtis, omiſſo vel *gratiora* vel *jucundiora*, ambitus quidam eſt intra ſe finitus, qui efficiat infinitae illius comparationis certam ſpeciem. Ineſt autem ſcabrities cumulatis hiſce nominativis, nulla ſtructura junctis cum reliqua oratione. Malis fere *jucundiorum — neceſſariarum.* rel. ut referantur haec ad *rerum.* Nihil tamen ejusmodi in libris. vid. not. crit.

mittamus — ne — incidam. De variando numero cf. 3, 6, 21. Sed hic in *mittamus* magis lectorem complectitur, quam ſe ſolum ipſe ſignificat. cf. 3, 9, 9.

ad haec infinitus est numerus, sed pauciſſima attingam. Ex majore, pro Cecinna, *Quod exercitus armatos movet, id advocationem non videbitur moviſſe?* Ex faciliore, in Clodium et Curionem, *Ac vide, an facile fieri tu potueris, cum is factus non ſit, cui* 93 *tu conceſſiſti.* Ex difficiliore, *Vide quaeſo,*

92. *ad haec.* Goth. (tac. Geſn.) *ad hoc.* An ſignificatione qua 3, 6, 83? Sed languet hoc poſt *quoque.* Camp. *ab hoc.* cf. eundem loc. *Ex majore.* Turic. *et majora.* Jenſ. et edd. ante Bad. *ex majori.* Voſſ. 1. 3. *Ex minore.*

Cecinna. Sic libri mei ubique omnes. Male ut videtur pro *Caecina* cf. Geſn. in praef. § 21 vide et hic § 68.

Quod — id. Camp. *qui — is* cum Goth. Andr. et edd. ante Gryph.

advoc. non. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui inſerunt *togatorum.* MSS. ſilentur.

is factus. Turic. *his factis.* *tu conc.* Turic. *non conc.* mire, et cf. ad 4, 2, 29. Voſſ. 1. omittit *tu.*

92. *ad haec.* Puto dictum pro *pertinentium ad haec*, ut vitaretur inſuavis compoſitio *exemplorum horum*, altero genitivo pendente ex priore.

pro Cecinna. (cf. § 68) c. 15. Locus memoriter poſitus. Omiſit enim inter *advoc. non* vocem *togatorum*, quae eſt apud Ciceronem et facit ſane ad concinnitatem. vid. § 78.

in Clodium et Curionem. vid. 3, 7, 2. *fieri* et *factus* de magiſtratu creando uſurpari, et hic et ad Vellej. 2, 17 ubi *nactus* obtrudebant VV. DD., docet Burmanns, ſatis magna exemplorum copia.

93. *Vide quaeſo.* Cic. pro Ligar. c. 3. Inſignis eſt diverſitas eorum quae legimus apud Ciceronem ipſum. Sic enim habent iſta: „Vide quaeſo, „Tubero, ut, qui de meo „facto non dubitem *dicere*, de „Ligarii *non* audeam *confi-* „*teri.*“ Apparet in his quoque probatio ex *difficiliore*, ſed ſimplicior eſt ea, qualem memoria tenebat Qu. Neque enim *non* interpoſuit, nec variavit *dicere* et *confiteri.* cf. locum pro Caecina § 92. et mox hac §.

Tubero, ut, qui de meo facto non dubitem, de Ligarii audeam, dicere. Et ibi, *An ſperandi Ligario cauſa non ſit, cum mihi apud te locus ſit etiam pro altero deprecandi?* Ex minore, pro Cecinna, *Itane ſcire eſſe armatos ſat eſt, ut vim factam probes; in manus eorum incidere non eſt ſatis?* Ergo, ut breviter contraham ſummam, ducuntur argumenta a *perſonis*, *cauſis*, *locis*, *tempore* (cujus tres partes diximus, *praecedens*, *conjunctum*, *inſequens*), *facultatibus* (quibus *inſtrumentum* ſubjecimus), *modo* (id eſt,

426 94

93. *dicere. Et ibi.* Turic. *d. tibi* cum Alm. niſi quod ex hoc affertur *decere* (cf. § 90. item mox hac §). Guelf. noſtram ipſam dat cum Bern. Omittunt *dicere* Voſſ. 1. 3. Ceteri MSS ſilentur, inter quos Goth. profecto dat *confiteri. Et ibi*; haec enim eſt editorum omnium ſcriptura. Equidem dedi quod MSS. antiquiſſimi mihi oſtenderent. Plane ut apud Cic. ne in ulla quidem editione eſt locus. *An ſperandi.* Turic. *ſuperandi*, omiſſo *an.* Camp. *An parandi.*

Ligario. Turic., ſed a ſec. manu, *Ligarium.*

apud te. Turic. *aperte.* *Itane ſcire.* Sic Turic. Guelf. Goth. Camp. cum Voſſ. 1. 2. 3. Reliqui inſerunt *vero* ex Cicerone. Alm. etiam *Itane* dicitur omittere (cf. modo hac § item mox eadem). *ineidere.* Turic. *cecidere* cum Alm. (cf. not. prox. item § 94) ſed ille a ſec. manu *cecidiſſe* et hoc apud Camp.

94. *cauſis.* Turic. Camp. omittunt cum Alm.

praec. conj. Hoc ordine omnes, praeter Leid. Gibſ. Obr. Burm. qui transponunt (cf. § 91. 104). Male.

Et ibi. c. 10. extr.

pro Cecinna. c. 16. Ne hoc quidem ad amuſſim reſpondet Ciceroniano.

94. *id eſt — factum.* Hoc adjicit ne quis *modum* accipiat *quantitatem* (cf. § 52). Saepe enim ita uſurpat noſter ut § 91. vide in primis 5, 6, 2.

ut quidque ſit factum), *finitione*, *genere*, *ſpecie*, *differentibus*, *propriis*, *remotione*, *diviſione*, *initio*, *incrementis*, *ſumma*, *ſimilibus*, *diſſimilibus*, *pugnantibus*, *conſequentibus*, *efficientibus*, *effectis*, *eventis*, *jugatis*, *comparatione*, quae in plures diducitur ſpecies.

95 Illud adjiciendum videtur, duci argumenta, non a confeſſis tantum, ſed etiam a fictione, quod Graeci καθ' ὑπόθεσιν vocant. Et quidem

ut quidque — ſpecie. Guelf. *u. quique* (a ſec. manu allitum *c* ante *q*) *re ſp.* cum Voſſ. 3. 1. niſi quod hic *quisque.* Bern. *u. q. ſ. ſ. re ſp.* Goth. (tac. Geſn.) *quicque* (ſine *ut*) *ſ. f. f. g. ſp.* cum Voſſ. 2.

ſimil. — conſeq. Turic. *ſimil. pugn. conſ.* cum Alm. Sed Camp. *ſ. repugnantibus* (cf. § 74) *conſ.* Capper. quoque *rep.* pro *pugn.* *jugatis.* Turic. *fugatis* cum Alm. (cf. 93. 95). Omittunt vocem Guelf. Voſſ. 1. 3. Bern. Pro noſtro *conjugatis* ut ſupra eſt § 85 ſcripſit Capper.

diducitur. Turic. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *deducitur* cum Alm. Sed Guelf. *ſeducitur.* Blandiri poſſit.

95. *non a conf.* Turic. Guelf. omittunt *a* cum Alm. Voſſ. 1. 3. *quod.* Goth. Colb. cum edd. ante Stoer. exc. Camp. *quam*, quibuscum facere dicitur Alm. ſed Turic. nihil tale (cf. § 94. 96) nec Guelf.

diſſimil. pugnantibus. Hiſce Rollinus inſeruit *contrariis* ex § 73. quod recepit Capper. ſine auctore uterque.

95. καθ' ὑπόθεσιν. Sic libri, quos quidem conſului, omnes, praeter unum Guelferbytanum MS. offerentem κατὰ ὑπόκρισιν. Haec me ſcriptura vehementer advertit et commovit. Neque enim tam facile acquieſcas in vulgata, ſi memineris alia omnia de ὑποθέσει doceri a noſtro, Cicerone, aliis. Non opponitur ea *veritati*, diciturve pro *declamatione*, ſed pro *cauſa*, *controverſia* ſive *vera* ſive *ficta* vid. 2, 1, 9. Dicas igitur plane ex hodierno philoſophantium uſu eſſe, quod *a fictione ductum argumentum* appellatur καθ' ὑπόθεσιν. Unum quidem locum deſignat Erneſtus V. C. in Lexico rhet. graeco, qui poſſit conciliare nos huic τοῦ καθ' ὑπόθεσιν ſignificationi. Is eſt Anonymi rhetoris, quem

ex omnibus iisdem locis, quibus ſuperiora, quia totidem ſpecies eſſe poſſunt fictae, quot verae. Nam *fingere* hoc loco eſt proponere 96
aliquid, quod, ſi verum ſit, aut ſolvat quaeſtionem, aut adjuvet: deinde id, de quo quaeritur, facere illi ſimile. Id quo facilius accipiant juvenes nondum ſcholam egreſſi, primo familiaribus magis ei aetati exemplis

96. *loco eſt.* Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) inſerunt *id* cum edd. ante Gryph. et Alm. Sed Turic. nihil tale (cf. § 95 item mox). *l. hoc è.* Guelf. neque idem ante *l.* omittit *hoc.*

id de. Turic. *id* omittit cum Alm. cf. not. prox. item mox hac §. *Id quo.* Turic. Camp. *I. quod* cum Goth. et edd. ante Ald. Sed Guelf. et Vall. *quo*, ut conjecerat Regius. *egreſſi.* Goth. (tac. Geſn.) *aggreſſi.* Camp. *ingreſſi.* Capper. tuetur receptam exemplo Liviano, *urbem egredi*, de quo vide Drakenborch. ad Liv. 9, 6, 4. *magis — oſtend.* Turic. *m. et a. e. o.* cum

poſt Aldum et Galeum edidit Fiſcherus Lipſiae 1773. 8. Habet autem ita p. 200. τὰ — ἐκ τῶν παραδειγμάτων λαμβανόμενα (ἐπιχειρήματα) θεωρεῖται ἀπὸ τριῶν χρόνων. ἢ γὰρ γεγενημένου τοῦ (Αὐτου?) πράγματος μνημονεύομεν, καὶ τοῦτο καλεῖται παράδειγμα· ἢ γινομένου καὶ συμβαίνοντος, καὶ τοῦτο καλεῖται παραβολή· ἢ οὔτε γεγενημένου οὔτε γινομένου, ἀλλ' ὑποτιθεμένου τοῦ ῥήτορος, εἰ τὸ καὶ τὸ γένηται (l. γένοιτο) τί ἂν συμβαίη, καὶ καλεῖται καθ' ὑπόθεσιν. Modo conſtaret aliunde, huno etiam Quiutiliani aetate uſum fuiſſe, nihil impediente altero illo longe conſuetiore. Schneiderus in Lexico Graeco ὑπόθεσιν (no. 7) interpretans *quaeſtionem fictam* apud rhetoras, utrum alio quam noſtro loco nitatur, velim diſcere. Illud quidem, quod ſolus oſtendit Guelferbytanus, ne ipſum quidem exemplis commendare datur, cum ὑπόκρισις etiam in rhetoricis fere ad *pronunciationem* referatur, et ea oratoris commenta, quae huic maxime ſunt accommodata. Etymon tamen blanditur, quoniam *verituti* opponitur.

96. *ſcholam egreſſi.* vid. not. crit.

familiaribus — exemplis. i. e. qualibus in ſcholis rhetorum aſſueverunt

97 oſtendam. Lex: *Qui parentes non aluerit, vinciatur.* Non alit aliquis, et vincula nihilominus recuſat. Utitur fictione, *ſi miles, ſi infans ſit, ſi reipublicae cauſa abſit.* Et illa contra optionem fortium, *ſi tyrannidem petas, ſi templorum everſionem.* 98 Plurimum ea res virium habet contra ſcriptum. Utitur his Cicero pro Cecinna, 427

Alm. (cf. hac §. item § 97). Camp. *m. aetati e. quam uſitatis o.* Goth. *m. quam uſitatis e. o.* cum Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. qui recepit emendationem Regii *que* ſcribentis pro *quam.* Et hoc eſt in Guelf. (fortaſſe tamen a ſec. manu) et Vall. Sed revocavit ſuperiorum ſcripturam Geſn. *uſitata* exempla interpretans ea, quae uſu venerint in foro; *familiaria*, quibus ſcholaſtici aſſueverint. Noſtra eſt ex Burmanni conjectura, *et* mutantis in *ei*; egregie.

97. *Lex: Qui.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Bad. Reliqui inſerunt *eſt.*

aliquis. Sic Turic. cum Alm. (cf. § 96. 103). Reliqui *quis.* *ſi miles ſi.* Turic. Camp. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ſimile ſi* cum edd. ante Bad. Noſtrum de conjectura repoſuit Regius; egregia illa. *petas.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voſſ. 1. 3. Reliqui *petat.* cf. § 45. 6, 1, 14.

98. *Plurimum.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *Plurimumque.*

97. *Qui parentes — vinciatur.* Nota lex Solonis, in ſcholas rhetorum admiſſa. cf. Digeſt. 23, 3, 5, 1 ibique Gothofr. item Seneca pater p. 75 ad eumque locum Nicolaus Faber.

optionem fortium. Qui fortiter fecerant in bello, iis, ut praemium optarent, copia fiebat. Hinc plurima declamationibus materia, quod eſt videre evolventi Senecam patrem et declamationes Quintilianeas. cf. 7, 5, 4.

ſi — petas. Opponitur hoc forti nimia petenti, ut oſtendatur, aliqua ſaltem eſſe, quae impetrare non debeat.

98. *pro Cecinna.* c. 19. De interdicto *Unde — tuus* confer Dig. 43, 16, 1.

UNDE TU, AUT FAMILIA, AUT PROCURATOR TUUS. Si me villicus tuus ſolus dejeciſſet. Si vero ne habeas quidem ſervum praeter eum, qui me dejecerit, et alia in eodem libro plurima. Verum eadem fictio valet et 99
ad qualitates, *Si Catilina cum ſuo concilio nefariorum hominum, quos ſecum eduxit, hac*

ſol. dejec. Si vero. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) cum Bodl. Alm. Bal. Ioann. Voſſ. 1. 2. 3. Andr. et edd. ante Baſil. Philander primus poſt *dejec.* interjecit haec e Cicerone: *non familia dejeciſſet, ut opinor, ſed aliquis de familia.* praeter neceſſitatem. Neque enim voluit omnia ponere Qu., ut in loco noto; nec poſt *familia* apud. Cic. ſequuntur continuo *Si vero*, ſed alia plurima inferuntur, quae non attinebat repetere; igitur ne haec quidem. Neque ſunt haec iisdem vocabulis incluſa, ut critica ratio eſſet, quare intercidiſſe judicarentur.

99. *nefariorum.* Goth. (tac. Geſn.) *nefandorum* cum Voſſ. 2. Vall. cf. 5, 11, 12.

ne habeas — praeter eum. Paul. rec. ſent. 5, 6, 3. „Familiae autem nomine etiam „duo ſervi continentur.“ (Schulting. Jurispr. Ante-Juſt. p. 456.) Dig. 43, 16, 1, 17. „verius eſt in hoc interdicto, „etiam ſi unus ſervus vi dejecerit, familiam videri dejeciſſe.“ Dig. 50, 16, 40, 3. „Unicus ſervus familiae appellatione non continetur. Ne „duo quidem familiam faciunt.“ Locus autem Ciceronianus a Qu. indicatur magis quam ponitur, plurimis ejus partibus omiſſis.

eodem libro. Editam orationem intelligit, *librum* appellans. cf. 5, 11, 42. item Dialog. de Oratt. c. 38. „neque ullius magni oratoris „*liber* — legatur.“ c. 39. extr. Neque enim attinet, id quod ſuccurrat alicui, pro *libro* ſubſtituere *loco*, quoniam per totam orationem paſſim haec verborum calumnia tractatur. Alioqui cf. 3, 6, 59.

99. *ad qualitates.* Malim legi *qualitatem.* cf. § 52. Quanquam § 89 etiam pluralis, ſed ibi et *finitiones*, hic quidem meri ſingulares. Pertinet autem hoc e Murenana (c. 39) ad *qualitatem*, quatenus id juſtum eſſe nequit, quod Catilina ſit facturus.

cum ſuo conſilio. Dicitur *conſilium* quaſi *judicum*, ne quis malit *concilium* cum aliquot edd. cf. 4, 1, 21.

de re poſſet judicare, condemnaret L. Murenam. Et ad amplificationem, *Si hoc tibi inter cœnam in illis immanibus poculis tuis accidiſſet.* Sic et, *Si respublica vocem haberet.*

100 Has fere ſedes accepimus probationum in uni- 428
verſum, quas neque generatim tradere ſat eſt, cum ex qualibet earum innumerabilis argumentorum copia oriatur; neque per ſingulas ſpecies exequi patitur natura rerum, quod qui ſunt facere conati, duo pariter ſubierunt incommoda, ut et nimium dicerent,
101 nec tamen totum. Unde plurimi, cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnem,

100. *patitur.* Turic. Camp. Goth. (tac. Geſn.) *patiatur* cum Voſſ. 2. Male hoc ad *cum* referente librario.

101. *Unde.* Turic. *indę*, ſolus; fortaſſe nec male, ad nimiam ſententiarum conſertionem vitandam.

Si hoc — accidiſſet. Cic. Philipp. 2, 25 extr.

Si resp. — haberet. Vox data reipublicae eſt quidem apud Cic. Catilin. 1, 7. Sed ipſa haec verba nequaquam inveniuntur. Neque alius locus ſuccurrit, quam hic, quem indicavit Geſnerus. Quod enim Pſeudo-Turnebus Milonianam deſignat, id nihili eſt. Modo poſitus locus Ciceronis e Philipp. ne ipſe quidem fideliter redditus erat; ſed hoc foret inſigne fluctuantis memoriae exemplum. cf. § 93.

100. *neque generatim — neque per ſingulas ſpecies.* Se neque ſola genera probationum tradidiſſe, neque tamen ſummam diviſionis diligentiam ſecutum teſtatur.

101. *plurimi.* Hoc oratores ſignificantur, cum adhuc praeceptores artis memorarentur. *Inexplicabiles* autem illi *laquei* ſunt ejusmodi praecepta, nimia dividendi affectatione obſcurata.

omnem — conatum. Conatus hic proprio ſignificatu ponitur, ut ſupra 2, 12, 5. „*conatur* „perdite.“ item 8, 5, 32. „planum et humile et ſine *co*„*natu.*“ Eſt ergo vis et ſpiritus dicendi. *etiam* ne junge cum *omnem* ſed mecum com-

etiam quem ex ingenio ſuo poterant habere, conatum, velut aſtricti certis legum vinculis, perdiderunt: et, magiſtrum reſpicientes, naturam ducem ſequi deſierunt. Nam, ut 102
per ſe non ſufficiet ſcire, omnes probationes *aut a perſonis*, *aut a rebus peti*, quia utrumque in plura dividitur: ita *ex antecedentibus*, et *junctis* et *ſequentibus* trahenda eſſe argumenta qui acceperit, num protinus in hoc ſit inſtructus, ut, quid in quaque cauſa ducendum ſit ex his, ſciat? praeſertim, cum 103
plurimae probationes in ipſo cauſarum complexu reperiantur, ita ut ſint cum alia lite

poterant. Sic ſcripſi e ſolo Turic. Reliqui *potuerant.*

deſierunt. Goth. *deficiunt* (non *deficierunt* ut Geſn.) cum Voſſ. 2.

102. *ſufficiet.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Baſil. Reliqui *ſufficit.*

aut a reb. Praepoſitionem omittunt Turic. Guelf. Sed hic et prius eandem. *acc. num prot.* Sic Obr. Capper. Sed Turic. Camp. *a. unum p.* cum Alm. Reliqui *a. p.* Apparet Obrechti acumen haud dubie ex Argentoratenſis *unum* efficientis *num*, veriſſime. Itidem egregie *num* reſtituit ex V. C. Regelsbergerus Horatio Epiſt. ad Piſ. 416 pro *nunc.*

quid. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Burm. quem recte deſeruit Capper. ſolus. Reliqui *quod.*

ducendum ſit. Sic Turic. a ſec. manu (cum prius eſſet *ducenda ſ.*) cum Alm. Obr. Sed Guelf. *ducenda ſint.* Voſſ. 1. *ducenda ſit.* (Error eſt, de quo vide § 25. *quib.* — *ſit.* item § 113.) Reliqui *dicendum ſit.*

103. *ita* — *nulla.* Turic. *i. cum ſ. alii aliae n.* (cf. 5, 9, 4 *non eſt lis facti*) cum Alm. (cf. § 97. item mox). *i. n. ſ. c. aliis nulla l. nulla.* Voſſ. 3.

mate dirime. „Vel illum co„natum, quem ingenium iis „permittebat, perdunt."

102. *protinus.* Hoc eleganter in hac forma dicitur. cf. § 119.

nulla communes, eaeque ſint et potentiſſimae, et minime obviae, quia communia ex praeceptis accepimus, propria invenienda ſunt.
104 Hoc genus argumentorum ſane dicamus *ex* 429
circumſtantia, quia περίστασιν dicere aliter non poſſumus, vel ex iis, quae cujusque cauſae propria ſunt: ut in illo adultero ſacer-

eaeque ſint. Turic. *ea quae ſunt* cum Alm. niſi quod *que* ex hoc, mox autem, ubi ipſa haec verba ponuntur, *eaeque* Alm. dare narratur (cf. not. prox. item § 104). Guelf. *ea quae ſint.* Goth. *Hae ſint* (non *haeque* ut Geſn.). Voſſ. 2. *Haec ſunt.* Voſſ. 3. *Haec ſint.* Camp. *eae ſint.* Jenſ. *eaque ſunt* cum edd. ante Ruſc. qui e Regii conjectura *Eoque ſunt.* Mox Aldus noſtram cum reliquis, niſi quod Bad. pr. ex Vall. *haeque ſint* et poſter. *eoque ſunt.*

obviae. Guelf. *obnixe.* Jenſ. omittit vocem cum edd. ante Ald. ipſaque Ruſc. hic Regium non ſequente (cf. modo). Cod. Vall. habet eandem, quam, profecto non ex ingenio ſolo, inſeruit jam Regius, itemque mei et alii omnes, etiam Camp.

communia — ſunt. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *communibus ex praec. propria inv. ſunt* cum Voſſ. 1. (niſi quod hic omittit *ex*) 2. 3. Bern. Ald. (niſi quod hic ante *ſunt* inſerit *non*, male cf. ad 4, 2, 29) et edd. ante Obr. Hic primus noſtram protraxit ex Arg. profecto, et eſt ea in Turic. Alm. Sed Jenſ. *communibus ex praeceptis invenienda ſunt* cum edd. ante Ald. niſi quod Ruſc. *inveniendae*, ex Regii conjectura. cf. 4, 1, 76. In Ruſc. ed. verius igitur, quod in Veneta 94 narrat Erneſtus. vid. ad 1, 6, 26.

103. *accepimus.* An forte *accipimus?*

104. περίστασιν. vide 3, 5, 18 ubi tamen *negotium* vertebat. cf. Erneſt. in Lexico Technologico Graeco h. v. item Latino voce *Circumſtantia.*

in illo — ſacerdote. Haec ipſa vel potius huic valde ſimilis controverſia eſt inter Quintilianeas 284 p. Bip. 138. Ejus haec eſt inſcriptio: „*Sacerdos unius ſupplicio li-*„*berandi habeat poteſtatem.* „*Adulteros liceat occidere.* „Quidam ſacerdotem depre„hendit in adulterio; et eum „ſibi ex lege impunitatem po„tentem occidit. Reus eſt „caedis.“

dote, qui lege, qua unius ſervandi poteſtatem habebat, ſe ipſe ſervare voluit, proprium controverſiae eſt dicere, *Non unum nocentem ſervabas, quia, te dimiſſo, adulteram occidere non licebat.* Hoc enim argumentum lex facit, quae prohibet adulteram ſine adultero occidere. Et illa, in qua lex eſt, 105

104. *contr. eſt.* Hoc ordine Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) Reliqui *eſt contr.* cf. § 94. 106.

ſervabas. Sic Turic. (a ſec. manu, a priore *ſervabat*) Guelf. Camp. cum Voſſ. 1. et edd. ante Gryph. exc. Badii duabus, qui e Vallenſi Cod. *ſervabis* et ſic reliqui.

te dimiſſo. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Stoer. Chouet. Leid. Obr. *ante adultero d.* Jenſ. cum edd. ante Bad. *te adultero d.* Vall. Goth. Colb. Voſſ. 2. Alm. (ſed attende hunc a Turic. deſciſcentem cf. § 103 item mox.) cum edd. a Bad. ad Stoer. item Gibſ. qui reduxit *ad* et recentioribus. *ante dimiſſo* Voſſ. 1. 3. *licebat.* Sic Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 3. et edd. ante Gryph. exc. Badii duabus qui e Vall. *licebit* et ſic reliqui. Hic ſiletur Turic., ad *ſervabas* modo Alm. cf. not. prox. item § 105. *occidere.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bern. Ald. Reliqui *occidi.*

105. *qua lex.* Sic Guelf. Goth. cum edd. Stoer. Chouet. Leid. Reliqui *q. lata l.* Sunt ſane praeſtantiſſimi libri, qui *lata* defendunt, ſed videtur errore librarii oſcitantis facile potuiſſe irrepere; caret autem ſana mente.

adulteram — non licebat. cf. Decl. p. 139. „Quid quod „ille pro duobus petebat? „nam adultera ſine adultero „non poterat occidi.“ Dig. 48, 5, 32. „dum utrumque „occidat; nam ſi alterum oc„cidit, Lege Cornelia“ (de ſicariis) „reus erit.“ Moſaïcarum et Romanarum legg. Collatio. Tit. 4. § 2. „Si „filiam non interfecerit, ſed „ſolum adulterum, homicidii „reus eſt.“ Schulting. Jurispr. Ante-Juſt. p. 746.

105. *Et illa.* Deficit ſane nomen, quod obverſabatur ſcriptori, ſive *controverſia*, ſive *cauſa*, ſive *ſcholaſtica* (vid. 4, 2, 30), ſed facile aberrabat, quod modo, pro „illa ſacerdotis controverſia,“ dixerat „illo ſacerdote.“

ut argentarii dimidium ex eo, quod debebant, ſolverent: creditum ſuum totum exigerent. Argentarius ab argentario ſolidum petit. Proprium ex materia eſt argumentum creditoris, iccirco adjectum eſſe in lege, *ut argentarius totum exigeret.* adverſus alios enim non opus fuiſſe lege: cum omnes praeterquam ab argentariis totum exigendi jus
106 haberent. Cum multa autem novantur in omni genere materiae, tum praecipue in iis quaeſtionibus, quae ſcripto conſtant, quia vocum et in ſingulis ambiguitas frequens et
107 adhuc in conjunctis magis. Et haec ipſa plu-

debebant. Turic. *dicebant.* Alm. *debent.* cf. § 104. item mox. *Argentarius.* Abeſs Guelf. et Goth. item Voſſ. 1. 2. 3. *petit.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *pati.* Dicesne hunc infinitivum ſupereſſe ex pluribus, quae interciderint, quorumque lacunam obruerint recentiores allinendo literam T.? *Proprium.* Camp. *totum.*

eſſe in lege. Turic. *e. ut i. l.* (a pr. manu, a ſec. expunctum *ut*) cum Alm. cf. modo hac §. item § 108.

106. *et in ſing.* Sic Turic. (a ſec. manu *eſt i. f.*) Guelf. cum Alm. Reliqui *eſt i. f.* *et adhuc.* Voſſ. 1. *adhuc et.* Transpoſui (cf. § 104. 110). Reliqui omittunt *et.* Levi-

ut argentarii — exigerent. Hanc legem neque ex foro neque ex ſchola illuſtrare contingit. Argumentum creditoris mancum videtur utcunque. Neque enim ſufficit eam legis partem expendere, quod *argentarius* petit; ſed oportet alteram quoque, quod *ab argentario*, quae hic negligitur. Poſſunt ultro citroque niti lege, maliſque etiam contrariam argumentationem, propriam et ipſam materiae, a Qu. propoſitam, ne videretur judicaſſe hanc litem hoc argumento diremtam. An forte horum aliquid a librariis turbatum et mutilatum, ut nunc minus intelligamus? Fluctuationem, levem tamen, vide in not. crit.

106. *quae ſcripto conſtant.* vide 3. 5. 4. 3. 6. 55.

rium legum aliorumve ſcriptorum, vel congruentium, vel repugnantium complexu
430 varientur neceſſe eſt: cum res rei, aut jus juris quaſi ſignum eſt. *Non debui tibi pecuniam; nunquam me appellaſti, uſuram non accepiſti, ultro a me mutuatus es.* Lex eſt, *Qui patri proditionis reo non aſſuerit, exheres ſit.* Negat: *niſi ſi pater abſolutus ſit.* Quid ſigni? Lex altera, *Proditionis damnatus cum advocato exulet.* Cicero pro Cluen- 108
tio Publium Popilium et Tiberium Guttam

gare orationem ſam conatus, quae duriſſima eſt in vulgata ſcriptura: „vocum eſt in ſingulis ambiguitas frequens, adhuc „in conjunctis magis.“ Fortaſſe huic noſtro *et*, recte praemittas *eſt*.

107. *non acc.* Negationem omittunt Jenſ. et edd. ante Ald. Regius e libris inſeruit, et eſt in omnibus peaeterea noſtris, ut Camp. cf. ad 4, 2, 29. *Negat: niſi.* Turic. cum Bodl. Alm. Voſſ. 1. 3. Andr. *n. ſit n.* Camp. *n. ſic n.* Goth. Guelf. *n. ſit n.* Burmannus ſuſpicatur: *Negabit niſi.* Equidem in *ſit*, *ſit*, *ſic* latere puto compendium vocabuli: *filius*, quod hinc abeſſe vix poterat. *niſi ſi p.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *niſi p.* cum Voſſ. 2. edd. ante Ald. item Gryph. Stoer. Chouet. cf. 4, 1, 70. 6, 1, 34. De Voſſ. 2. et Goth. of 4, 5, 24. Totum hoc *Negat — abſ. ſit* omittit Tarv. cf. 3, 9, 5.

108. *Publium.* Camp. *P.* cum edd. ante Gryph. qui *Pub.* Reliqui noſtram formam exhibent, quae et in MSS. Illa ſane verior. *Tiberium.* Camp. *T.* cum Gryph. Capper. et aliquot edd. *Titum* Baſil. ex Philandri correctione, et ſane *T.* apud Ciceronem. Nolui tamen expreſſam MSS. ſcripturam deſerere. *Titus* ſignatur *T.*, *Tiberius* autem *Ti.*

107. *Qui patri — exheres ſit.* vid. 7, 1, 42.

Negat. intellige: *filius.* cf. not. crit.

108. *Cic. pro Cluentio.* c. 36. vide et Dig. 48, 14 leg. unica § 2. „Qua lege „damnatus, ſi alium convi. „cerit, in integrum reſtitui. „tur.“

dicit, *non judicii corrupti, ſed ambitus eſſe damnatos.* Quid ſigni? *quod accuſatores eorum, qui erant ipſi ambitus damnati, e lege ſint poſt hanc victoriam reſtituti.*

109 Nec minus in hoc curae debet adhiberi, quid proponendum; quam, quomodo ſit, quod propoſueris, probandum. Hic omnino vis inventionis, ſi non major, certe prior. Nam ut tela ſupervacua ſunt neſcienti, quid petat: ſic argumenta, niſi praevideris, cui rei adhibenda ſint. Hoc eſt, quod compre-

110 hendi arte non poſſit. Ideoque, cum plures eadem didicerint, generibus argumentorum ſimilibus utentur; alius alio plura, quibus 451 utatur, inveniet. Sit exempli gratia propoſita controverſia, quae communes minime

108. *ſint poſt hanc.* Turic. *ſ. in h.* Alm. *ſ. h.* cf. § 105. 109.

109. *omnino — major.* Turic. *o. v. juventionis et ſint m.* a ſec. manu idem *o. v. inventionis et ſi ſit m.* Guelf. *immo jus i. m.* Goth. *ſi non vis inventionis m.* cum Voſſ. 2. Vall. et eodem redit Guelf. ſcriptura leviter repoſita. Voſſ. 1. 3. *o. v. i. m.* Ald. *o. v. i. etſi n. m.* Camp. *o. v. i. ſ. n. ſit m.* Aldinam latere ſuſpicor in prima Turic. manu ut *et ſint* debeant diſſolvi in *et ſi non.* Poſſis tamen pro *et* ſcribere *eſt.* Pro *Hic* malim paene *Haec.* *ſunt neſc.* Guelf. Turic. *ſint n.* (hic a ſec. manu *ſunt*). *niſi praevideris.* Turic. Camp. Goth. (tac. Geſn.) *n. provideris* cum Voſſ. 1. 2. Berg. Sed Alm. *n. videris.* cf. § 108. 112.

110. *gener. arg.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Bad. accedente Baſil. Reliqui inſerunt *quidem*, ex ſola Regii conjectura. *alius alio.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 3. Reliqui inſerunt *tamen.* *comm. min.* Hoc ordine Turic. Camp. Reliqui *min. comm.* cf. § 106. 113.

109. *omnino — major.* cf. not. crit.

cum aliis quaeſtiones habet: *Cum Thebas* 111
evertiſſet Alexander, invenit tabulas, quibus, centum talenta mutua Theſſalis dediſſe Thebanos, continebatur. Has, quia erat uſus commilitio Theſſalorum, donavit his ultro. poſtea reſtituti a Caſſandro Thebani repoſcunt Theſſalos. Apud Amphictyonas agitur. *Centum talenta et credidiſſe eos conſtat, et non recepiſſe.* Lis omnis ex eo, quod Alexander 112
ea Theſſalis donaſſe dicitur, pendet. Conſtat illud quoque, *non eſſe his ab Alexandro*

111. *Amphictyonas.* Guelf. ἀμφικτίονας. Turic. *amphiconas* (a ſec. manu *amphictrionas*). Camp. *amphitricionas.* Mox § 115. Guelf. *Amphictiones.* Goth. (tac. Geſn.) *Amphyctiones.* Camp. *amphyctiones.* Deinde § 118 Guelf. ἀμφικτύονας, et hanc eſſe receptam Graecis ſcripturam diu oſtenderunt VV. DD.

recepiſſe. Turic. Camp. addunt *ea* cum Ald.

112. *Theſſ. don.* Turic. Camp. inſerunt *ſe* cum Alm. Sed hic et mox *dicit* dare narratur pro *dicitur.* cf. § 109. item mox.

111. *Thebas evertiſſet — reſtituti a Caſſandro.* vid. hiſtoriam apud Diod. Bibl. l. 17, 8—14. l. 19, 53. 54.

repoſcunt Theſſalos. Structuram hanc exemplis defendit Burmannus et hic et ad Ovid. Amor. 1, 4, 30.

112. *non eſſe — datam.* Leniſſima mutatione locum emendaſſe ſibi viſus eſt Geſnerus. Transponere ſuaſit *his ab Alexandro* ſic: *ab his Al.*, et mox *dederint* pro *dederit.* Negat enim ad rem facere quidquam, ſi Alexander dederit Theſſalis ſummam iſtam. Sed, cogitaſſe Quintilianum de Alexandro dante Theſſalis, non viciſſim, illud eſt documento: quod mox ſubjicit *quod datum eſt.* Atqui, ſi Theſſali ſunt ii, qui ſummam Alexandro non dederunt, nihil omnino datum eſt, in quo quaeri poſſit, ſitne perinde, ac ſi pecuniam dederint. Contra, ſi Alexander dedit, donavit, non quidem ſummam ipſam centum talentorum, ſed tabulas debitum continentes, tum profecto recte inſtituetur iſta quaeſtio. Neque alienum a

pecuniam datam. quaeritur ergo, *an perinde ſit, quod datum eſt, ac ſi pecuniam dederit?*
113 Quid proderunt argumentorum loci, niſi haec prius videro, *nihil eum egiſſe donando, non potuiſſe donare, non donaſſe?* Et prima quidem actio facilis ac favorabilis repetentium jure, quod vi ſit ablatum: ſed hinc vehemens quaeſtio et aſpera exoritur de jure belli, dicentibus Theſſalis, hoc regna, populos, fines gentium atque urbium contineri.
114 Inveniendum contra eſt, quo diſtet haec

perinde ſit. Turic. *proderit.* Alm. *perderet* (cf. modo item § 115.) Voſſ. 1. lacunam habet pro *perinde.* Guelf. *pro inde ſ.*

113. *Sed hinc.* Guelf. *Quod h.* cum Voſſ. 1. 3. Bern. cf. ad praef. noſtr. p. 44. *veh. qu. et aſp.* Hoc ordine Turic. Camp. Reliqui *aſp. et veh. qu.* cf. § 110. 118.

hoc regna. Camp. *haec r.* cum edd. ante Ald. quod correxit Regius. Sed MSS. omnes recte. cf. § 102. 5. 12, 14.

materia eſt, dederitne pecuniam Alexander, an tabulas. Si enim, mutuo nullo ante dato, ipſa centum talenta de Thebanorum aerario numeraſſet Theſſalis, poſſent ii jure belli conceſſam ſibi pecuniam, quamvis injuſte ademtam Thebanis, retinere ſine injuria; nunc cum Thebanorum quidem pecuniam, ſed tabulis ſignificatam, non numeratam, donaverit iis Alexander, nihil egit ille donando, nec quidquam ullo jure adepti poſſunt videri Theſſali. Quo apparet, nihil eſſe hic mutandum.

113. *prima — actio.* Nihil hic argutandum in *primae actionis* appellatione, quaſi ſit ex uſu fori Romani interpretanda. Mox § 116. *ſecundo gradu*, et § 118 *Tertii loci.* Sic intelligimus, *actionem, gradum* (cf. 5, 11, 7.), *locum* variari pro eadem re, nec deſignari quidquam niſi tria illa probandi momenta 1) *nihil egiſſe donando* 2) *non potuiſſe donare* 3) *non donaſſe.* Ne igitur confer *actionem primam* ad 4, 1, 4.

favorabilis — aſpera. cf. vocabula eadem itidem oppoſita 4, 1, 21.

cauſa a ceteris, quae in poteſtatem victoris venirent: nec circa probationem res haeret, ſed circa propoſitionem. Dicamus in primis, *In eo, quod in judicium deduci poteſt,* 432 *nihil valere jus belli: nec armis erepta, niſi armis poſſe retineri. Itaque, ubi illa valeant, non eſſe judicem: ubi judex ſit, illa nihil valere.* Hoc inveniendum eſt, ut adhiberi 115 poſſit argumentum, *Ideo captivos, ſi in patriam ſuam redierint, liberos eſſe, quia bello parta non niſi eadem vi poſſideantur.* Proprium eſt et illud cauſae, quod Amphictyones judicant (ut alia apud centumviros, alia apud privatum judicem in iisdem quaeſtionibus ratio). Tum ſecundo gradu, 116 non potuiſſe donari a victore jus, *quia id*

115. *ratio T.* Turic. *rationum* (a ſec. manu *ratio ſit*) cum Alm. (cf. § 122. 126.) *ratio ſit Tum.* Camp. cum edd. ante Geſn. exc. Obr. qui omittit *Tum.* Noſtram dant Guelf. Voſſ. 1. 3. Utrum Goth., certo non dicam. Eſſe eam in ipſo Turicenſis a prima manu vitio, liquet.

115. *centumviros — privatum judicem.* Cave *judicem privatum* interpreteris judicem *cauſae privatae.* Neque enim de aliis quam privatis cauſis judicabant Centumviri, quo minus poſſent opponi privatarum cauſarum judicibus. vid. 4, 2, 5. Sed *privati judices* ii ſunt, qui „in arbitriis, „et judiciis plerisque, dati „videntur a Praetore, privati „homines ſinguli fere, qui in „conſilio habere conſueverant „aliquos e ICtis, uti Aquil„lius in cauſa Quinctiana „apud Ciceronem: quorum „quidem judicum nullum cer„tum corpus aut ordinem „fuiſſe, e quo a Praetore le„gerentur, probabile eſt.“ Poſui verba Bachii in Hiſt. Juris. 2, 1, 28. p. (Stolm.) 105. Centumviros majorem patroni diligentiam poſtulaſſe ſupra quoque prodit 4, 1, 57.

demum ſit ejus, quod teneat: jus, quod ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe. Hoc reperire difficilius, quam, cum inveneris, argumentis adjuvare, *ut alia ſit conditio heredis, alia victoris, quia ad illum jus, ad*
117 *hunc res tranſeat.* Proprium deinde materiae, *jus publici crediti tranſire ad victorem non potuiſſe, quia, quod populus crediderit, omnibus debeatur: et, quamdiu quilibet unus ſuperfuerit, eſſe eum totius ſummae creditorem: Thebanos autem non omnes in Alexan-*
118 *dri manu fuiſſe.* Hoc non extrinſecus probatur, quae vis eſt argumenti, ſed ipſum per ſe valet. Tertii loci pars prior magis vulgaris, *non in tabulis eſſe jus:* itaque multis argumentis defendi poteſt. Mens quoque Alexandri duci debet in dubium, *honorarit eos, an deceperit.* Illud jam rurſus pro- 435
prium materiae, et velut novae contro-

116. *quod teneat.* Sic Turic. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui inſerunt *ipſe.*

apprehendi. Turic. *reprendi* cum Alm. cf. 115. 119.

adj. ut al. ſit. Turic. *adj. ſit.* a ſec. manu *adj. al. ſit.* et ſic Camp.

117. *jus publici crediti.* Turic. Camp. *juris publici creditum* cum Bodl. Andr. *manu fuiſſe.* Turic. Camp. *manus f.* cum Alm. et edd. ante Baſil. exc. Aldo qui *manus veniſſe,* ſolus.

118. *proprium mat.* Hoc ordine Turic. Camp. cum Obr. Reliqui transponunt cf. § 113. 20.

116. *incorporale.* ICtorum vocabulum. cf. Inſtitutt. 2, 2. Dig. 8, 1, 1.

alia — heredis. Hereditas enim eſt res *incorporalis.* vide loca juris modo poſita.

118. *extrinſecus — vis argumenti.* cf. § 11.

verſiae, *quod reſtitutione recepiſſe jus, etiamſi quod amiſerint, Thebani videntur.* Hic et, quid Caſſander velit, quaeritur: ſed vel potentiſſima apud Amphictyonas aequi tractatio eſt. Haec non iccirco dico, quod inu- 119
tilem horum locorum, ex quibus argumenta ducuntur, cognitionem putem, alioqui nec tradidiſſem; ſed ne ſe, qui cognoverint iſta, ſi cetera negligant, perfectos protinus atque conſummatos putent: et, niſi in ceteris, quae mox praecipienda ſunt, elaboraverint, mutam quandam ſcientiam conſecutos intelligant. Neque enim artibus editis factum eſt, 120
ut argumenta inveniremus: ſed dicta ſunt omnia, antequam praeciperentur: mox ea

quod reſt. Turic. Camp. *quia r.* cum Alm.

119. *alioqui — trad.* Turic. Camp. *alioquin inter cetera non addidiſſem* cum Bodl. Andr. Sed Alm. *alio num i. c. n. a.* (cf. § 116. § 124). In iſtis *alioquin inter cetera add.* nihil aliud niſi recepta latet, cui mox, ſententiae cauſa, aliquis de ſuo interpoſuit *non* poſt *cetera.* *ne ſe — perf. prot.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Regius correxit *ne ſi quid* cet. (quod eſt in Jenſ. (tac. Geſn.) et Tarv.) in *ne ſi qui.* et ſic mox omnes, etiam MSS., ita ut poſt *perfectos* inſerant *ſe*, quod abeſt ab iis, quos deſignavi. Quis ferat „*ſi* qui — *ſi* — negligant?“

120. *Neque en.* Sic Guelf. Camp. Tarv. Reliqui *nec e.* cf. § 31.

apud Amphic aequi. Neque enim ſingularum civitatum juri aſtricti, propriis legibus Amphictyonicis judicabant, quae profecto aequitatis potiſſimum ſequendae copiam facerent. vid. Dionyſ. Halic. R. Ant. 4. Vol. 2, p. 702 Rsk.

119. *inutiles.* cf. § 83.

mutam — ſcientiam. An *mutilam?* Quanquam *muta* eſſe poteſt, quae, multis praeceptis loquendi onuſta, *loqui* neſciat, nec *loquentem facere.*

120. *Neque enim artibus* cf. 2, 5, 14.

ſcriptores obſervata et collecta ediderunt. Cujus rei probatio eſt, quod exemplis eorum veteribus utuntur, et ab oratoribus illa repetunt, ipſi nullum novum, et, quod non ſit
121 dictum, inveniunt. Artifices ergo illi, qui dixerunt: ſed habenda his quoque gratia eſt, per quos labor nobis eſt detractus. Nam, quae priores beneficio ingenii ſingula invenerunt, nobis et non ſunt requirenda, et nota omnia. Sed non magis hoc ſat eſt, quam palaeſtram didiciſſe, niſi corpus exercitatione, continentia, cibis, ante omnia natura juvatur, ſicut contra ne illa quidem 454
122 ſatis ſine arte profuerint. Illud quoque ſtudioſi eloquentiae cogitent, neque omnibus

Cujus. Turic. Camp. omittunt. Non male, ſed magis pro Quintiliani candore, addi pronomen.

utuntur. Turic. Camp. *utantur* cum Alm. Male, mox omnes *repetunt.* *quod non ſit dict.* Hoc ordine Turic. Camp. Reliqui *q. d. n. ſ.* cf. § 118. item mox.

121. *ergo.* Jenſ. Loc. Ven. Ruſc. *quoque.* Sed Tarv. cum MSS. *ergo.* Regius malit utrumque poni, refragante recte Badio. *his.* Sic Turic. Camp. Guelf. cum Alm. et edd. ante Bad. quo acc. Baſil. Reliqui *iis.* cf. § 20. 5, 14, 34. *eſt detr.* Hoc ordine Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *d. e.* cf. § 120, 5, 11, 3.

nota. Guelf. *notata.* Solus, quantum video. Sed digna, quae expendatur ſcriptura. Neſcio quid jejuni in recepta.

juvatur. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voſſ. 1. Neque tamen mei mox *profuerunt*, quod dare illi narrantur a Burm. Reliqui *juvetur.*

121. *et non — requirenda* libris, et *univerſitatem* com- *et nota omnia.* Et *copiam* mendat. vid. not. crit. exemplorum in rhetorum

in cauſis, quae demonſtravimus, cuncta poſſe reperiri: neque, cum propoſita fuerit materia dicendi, ſcrutanda ſingula, et velut oſtiatim pulſanda, ut ſciant, an ad probandum id, quod intendimus, forte reſpondeant: niſi cum diſcunt, et adhuc uſu carent. Infinitam enim faciat ipſa res dicendi 123
tarditatem, ſi ſemper neceſſe ſit, ut, tentantes unumquodque eorum, quod ſit aptum atque conveniens, experiendo noſcamus: neſcio, an etiam impedimento futura ſint, niſi et animi quaedam ingenita natura, et ſtudio exercitata velocitas, recta nos ad ea, quae conveniunt cauſae, ferant. Nam, ut 124
cantus vocis plurimum juvat ſociata nervo-

122. *cauſ. quae.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui inſerunt *ea.*

123. *faciat.* Sic Turic. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. 3. Sed Guelf. Camp. *façit.* Reliqui *faciet.* *dicendi.* Turic. *diſcendi* cum Bern. Jenſ. Tarv. Regius correxit. Sed jam Camp. noſtrum.

122. *pulſanda.* Hic quidem bona et, ſi quid video, neceſſaria Francii emendatio (cf. § 19 not. crit.), optantis *pulſandum.* Error eſt vulgaris, de quo egi ad § 102 not. crit. Elegantiſſima imago in iſtis: „*oſtiatim* pulſan„dum — an — forte *reſpon*„*deant.*“

123. *ipſa res.* i. e. Haec locorum ſingulorum excuſſio. Sed diſplicet hoc parum definite poſitum *ipſa res.* Malim *haec ipſa res.* *futura ſint.* Quod ſit ſubjectum; quaeri poteſt. Subeat *ſit* ſcribere, ut intelligatur *ipſa res.* Sed jejunum videtur, opponi: *infinitam dicendi tarditatem facere*, et *impedimento eſſe.* Nunc malo *argumenta* intelligere, quae latent in „unumquodque *eorum.*“ Aptiſſime *praecepta* dicantur *eſſe impedimento*, ſed eorum diſerta nulla mentio in prioribus. Mox § 124 extr. nominantur ipſa.

hoc alterum, *exemplum*: quanquam et hoc, similile est; et illud, exemplum. Nos, quo facilius propositum explicemus, utrumque παράδειγμα esse credamus, et ipsi appellemus *exemplum*. Nec vereor, ne videar repugnare Ciceroni, quanquam *collationem* separet ab *exemplo*. Nam idem omnem argumentationem dividit in duas partes, *inductionem* et *ratiocinationem*, ut plerique Graecorum in παραδείγματα et ἐπιχειρήματα: dixeruntque παράδειγμα, ῥητορικὴν ἐπαγωγήν. Nam illa, qua

hoc. alt. Turic. omittit *hoc* cum Alm. et Obr.

2. *quanquam coll.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenf. (tac. Geſn.) cum Alm. Bern. Vail. et edd. ante Bad. Reliqui *qui c.* quod Regius repoſuit; fruſtra. Sed eſſe narratur in Voſſ. 1. 3. Non credo. *separet.* Sic Turic. a ſec. manu (a pr. *separat* cum Alm.) Voſſ. 1. Goth. Jenſ. et edd. ante Stoer. Sed Camp. *separaret.* Guelf. *separat* et ſic reliqui. Conjunctivum praetuli cf. 1, Prooem. 18.

ratiocinationem. Turic. Guelf. *rationem.* cum Stoer. et edd. ante Burm. Sed Goth. *rationationem.* Camp. *probationem.* Noſtrum Jenſ. et edd. ante Stoer. quod repetiit Burm. et recentiores. cf. 5, 10, 6. ἐπαγωγήν. Turic. Camp. ἐναγωγὴν cum Alm.

2. *Ciceroni.* vid. de Inv. 1, 30.

Nam idem. ibidem c. 31. cf. 5, 10, 73.

plerique Graecorum — ἐπαγωγήν. Hiſce Graecis viam munivit Ariſtoteles Rhet. 1, 2, 8. καλῶ δ' ἐνθύμημα μὲν ῥητορικὸν συλλογισμόν· παράδειγμα δὲ ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. Idem Analyt. poſt. 1, 1. (p. Buhl. 433.) ὡσαύτως καὶ οἱ ῥητορικοὶ συμπείθουσιν· ἢ γὰρ διὰ παραδειγμάτων, ὅ ἐστιν ἐπαγωγή· ἢ δι' ἐνθυμημάτων, ὅπερ ἐστὶ συλλογισμός. Haec Ariſtoteletica jam Regius partim deſignavit, partim appoſuit. Vides ἐνθυμήματα dici apud Ariſtotelem, quod apud noſtrum eſt ἐπιχειρήματα. cf. 5, 10, 3. 4. vide et Ariſt. Rhet. 2, 20, 5.

graves, acutos, mediosque horum ſonos fertur, ſic oratoris cognitionem nihil more-
435 tur haec varietas argumentorum et copia, ſed quaſi offerat ſe, et occurrat: et, ut literae ſyllabaeque ſcribentium cogitationem non exigunt, ſic rationes ſponte quadam ſequantur.

XI. Tertium genus ex iis, quae extrinſecus adducuntur in cauſam, Graeci vocant παράδειγμα: quo nomine et generaliter uſi ſunt in omni ſimilium appoſitione, et ſpecialiter in iis, quae rerum geſtarum auctoritate nituntur. Noſtri fere *ſimilitudinem* vocare maluerunt, quod ab illis παραβολὴ dicitur;

125. *copia occurrat.* Turic. *c. quae ſe offert ſe et occurrat* (a ſec. *occurrit*). Ex Alm. affertur *quae ſe offerat* (cf. § 124. 5, 11, 1). *Sed*, quod inſerit poſt *cop.* Regius, non habent, praeter hos, Jenſ. (tac. Geſn.) Loc. Ven. Ruſc. Bod. uterque. Habent Vall. (ſi recte interpretor Badii notam) Guelf. Goth. Camp. Tarv. Ald. et reliqui recentiores. *rationes.* Guelf. *orationes.* Turic. Camp. *rationem* cum Alm. Goth. Voſſ. 2. 3. (cf. 5, 11, 3 *oratione*). Sed Jenſ. (tac. Geſn.) *rationes* cum edd. ante Ruſc. Haec *rationes* (cf. § 103.) cum Vall. Ald. et hoc recentioribus; quod repoſuit Regius. *quadam.* Omittunt hoc Jenſ. (tac. Geſn.) et reliquae ante Ald exc. Camp. et Tarv. Habent etiam Vall. et MSS. mei.

1. *vocare mal.* Turic. *vocari vol.* cum Alm. (niſi quod hic *val.* cf. 5, 10, 125 item hic § 4). Paſſivum et Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Baſil. exc. Camp.

decurret ſententia, modo levius diſtinguatur poſt *occurrant*, quam nunc fit colo.

1. παραβολή. De hac voce conſule Erneſti Lex. rhet. Graec. ubi multis exemplis aſtruitur haec ſignificatio. Diverſa quidem Anonymi definitio, quam vidimus ad 5, 10, 95.

hoc alterum, *exemplum:* quanquam et hoc,
2 ſimile eſt; et illud, exemplum. Nos, quo
facilius propoſitum explicemus, utrumque
παράδειγμα eſſe credamus, et ipſi appellemus
exemplum. Nec vereor, ne videar repugnare
Ciceroni, quanquam *collationem* ſeparet ab 436
exemplo. Nam idem omnem argumentationem dividit in duas partes, *inductionem* et *ratiocinationem*, ut pleriqué Graecorum in παραδείγματα et ἐπιχειρήματα: dixeruntque
3 παράδειγμα, ῥητορικὴν ἐπαγωγήν. Nam illa, qua

hoc. alt. Turic. omittit *hoc* cum Alm. et Obr.

2. *quanquam coll.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Bern. Vall. et edd. ante Bad. Reliqui *qui c.* quod Regius repoſuit; fruſtra. Sed eſſe narratur in Voſſ. 1. 3. Non credo. *ſeparet.* Sic Turic. a ſec. manu (a pr. *ſeparat* cum Alm.) Voſſ. 1. Goth. Jenſ. et edd. ante Stoer. Sed Camp. *ſepararet.* Guelf. *ſeparat* et ſic reliqui. Conjunctivum praetuli cf. 1, Prooem. 18.

ratiocinationem. Turic. Guelf. *rationem.* cum Stoer. et edd. ante Burm. Sed Goth. *rationationem.* Camp. *probationem.* Noſtrum Jenſ. et edd. ante Stoer. quod repetiit Burm. et recentiores. cf. 5, 10, 6. ἐπαγωγήν. Turic. Camp. *εναγωγην* cum Alm.

2. *Ciceroni.* vid. de Inv. 1, 30.

Nam idem. ibidem c. 31. cf. 5, 10, 73.

plerique Graecorum — ἐπαγωγήν. Hiſce Graecis viam munivit Ariſtoteles Rhet. 1, 2, 8. καλῶ δ' ἐνθύμημα μὲν ῥητορικὸν συλλογισμόν· παράδειγμα δὲ ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. Idem Analyt. poſt. 1, 1. (p. Buhl. 433.) ὡσαύτως καὶ οἱ ῥητορικοὶ συμπαίθουσιν· ἢ γὰρ διὰ παραδειγμάτων, ὅ ἐστιν ἐπαγωγή· ἢ δι' ἐνθυμημάτων, ὅπερ ἐστὶ συλλογισμός. Haec Ariſtoletica jam Regius partim deſignavit, partim appoſuit. Vides ἐνθυμήματα dici apud Ariſtotelem, quod apud noſtrum eſt ἐπιχειρήματα. cf. 5, 10, 3. 4. vide et Ariſt. Rhet. 2, 20, 3.

plurimum eſt Socrates uſus, hanc habuit viam: cum plura interrogaſſet, quae fateri adverſario neceſſe eſſet, noviſſime id, de quo quaerebatur, inferebat, cui ſimile conceſſiſſet. Id eſt *inductio*. Hoc in oratione fieri non poteſt: ſed, quod illic interrogatur, hic fere ſumitur. Illa interrogatio talis, *Quod*4

3. *eſt Socr.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. Reliqui *S. e.* cf. 5, 10, 121 item hic § 11. *noviſſime.* Turic. Camp. *veriſſime.* Peſſime. *inferebat.* Guelf. *inferret* cum Vall. Leviter recedit Goth. *infereret.* Stoer. et edd. ante Obr. *inferret.* Qui ſilentur poſſunt credi conjunctivum dare.

cui — conceſſiſſet. Turic. Guelf. *ut — conceſſiſſe.* cum Alm. Vall. Voſſ. 2. (an ꝛ ?) 3. Bad. pr. Pro *cui* dant *ut* et Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Bad. ſec. Regius *cui* de conjectura addidit ꝛ *ut.* Mox pro hac voce poſuerunt; recte, opinor. Sed tota haec ſtructura: *cum — conceſſiſſet*, abruptior fere quam pro Quintiliano videtur, ut Stoerii et edd. ante Obr. ratio non diſpliceat: *ut cum — inferret cui — conceſſiſſet.* in hac forma etiam Geſneriana conjectura magis commendatur, *vim* pro *viam.* *Ut* quidem ante *cum* nullus habet vetus liber; ſed conjecit jam Badius. Obſtat tamen, quod vetuſtiſſimi libri *inferebat* praeferunt; nec per ſe dura eſt ratio receptae, modo colon ponatur ante *cum.*

orationes. Turic. Camp. *rationes* cum Alm. (cf. ad 5, 10, 125 *rationes.*) ſed Jenſ. cum edd. ante Stoer. *ratiocinationes.* Male.

4. *ſumitur. Illa.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Obr. Reliqui inſerunt *Sit igitur.*

3. *cum — conceſſiſſet.* vide, ſis, not. crit. Addam *illo* poſt *ſimile*, quoniam aliud eſt ſubjectum. cf. 1, 2, 31.

Id eſt inductio. Structura pronominis neutrius diſplicet. cf. 1, 10, 35. Sed et 7, 8, 2. Magis tamen ipſa ſententia Nihil enim opus ea. In „*Illa*, „qua — eſt Socr. uſus" quid aliud intelligitur niſi *inductio?* Suſpicor haec verba eſſe gloſſam, allitam ad id, quod ſequitur, pronomen *Hoc*, ne quis haereret, quid in oratione fieri poſſe negaretur. Eſt tamen in omnibus libris.

eſt pomum generoſiſſimum? nonne, quod optimum? concedetur. *Quid equus? qui generoſiſſimus? nonne, qui optimus?* et plura in eundem modum. Deinde, cujus rei gratia rogatum eſt, *Quid homo? nonne is generoſiſſimus, qui optimus?* fatendum erit. Hoc in teſtium interrogatione valet plurimum, in oratione perpetua diſſimile eſt, etenim ſibi ipſe reſpondet orator. *Quod pomum generoſiſſimum? puto, quod optimum; et equus? qui velociſſimus: ita hominum, non qui claritate naſcendi, ſed qui virtute maxime excellet.* Omnia igitur ex hoc genere ſumta, neceſſe eſt aut ſimilia eſſe, aut diſſimilia, aut contraria. Similitudo aſſumitur interim et 437

4. *Quid — generoſiſſimus.* Sic Turic. cum plurimis. Sed Alm. *Quis equus generoſiſſimus.* cf. § 1: 6.

5. *etenim.* Sic Regius. Sed Turic. Guelf. Camp. *aut enim* cum Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. et edd. ante Ald. qui Regii conjecturam recepit cum reliquis. Niſi forte in ſequentibus interciderint plura, acquieſcendum ſatis in ea. *et equus.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. meis ante Gibſ. exc. Badii utraque. Reliqui inſerunt *quis.* Omiſit etiam Obr.

Similitudo. Guelf. Camp. *diſſimilitudo* cum Goth. Ioann. Voſſ. 1. 2. Bern. et edd. ante Ald. Etiam Alm. *diſſim.* dare narratur (cf. § 4. 7.), ſed Turic. variantis a Butm. nulla mem-

4. *concedetur.* Sic ſcripſi contra libros omnes, qui dant *concederetur*, nullâ nec temporis, nec modi, proprietate. Quod mox infertur: *fatendum erit*, cogit noſtram ſcripturam reponere. Sic 5, 12, 3 *videretur* Camp. pro *videtur.* idem Turic. Alm. 3, 1, 16. Et 6. Pro. 7 *mèretur* Guelf. pro *mereretur.* Regius pro Jenſ. aliorumque *utetur* repoſuit *utatur* 2, 17, 20 ubi nunc MSS. *utitur.*

6. *ex hoc genere.* i. e. exemplorum. Debebat autem hic novum inchoari tmema. Sed nolui turbare numeros.

ad orationis ornatum: ſed illa, cum res exiget, nunc ea, quae ad probationem pertinent, exequar. Potentiſſimum autem eſt inter ea, 6 quae ſunt hujus generis, quod proprie vocamus *Exemplum*, id eſt rei geſtae, aut ut geſtae, utilis ad perſuadendum id, quod intenderis, commemoratio. Intuendum igitur, totum ſimile ſit, an ex parte: ut aut omnia ex eo ſumamus, aut quae utilia erunt. Simile eſt, *Jure occiſus eſt Saturninus, ſicut Gracchi.* Diſſimile, *Brutus occidit liberos* 7 *proditionem molientes; Manlius virtutem filii morte multavit.* Contrarium, *Marcellus ornamenta Syracuſanis hoſtibus reſtituit; Verres eadem ſociis abſtulit.* Et probandorum et culpandorum ex his confirmatio eosdem

tio, ut videantur tres optimi Turic. Alm. Bodl. noſtrum defendere, quod prudentiſſime repoſuit Regius, indicans locum in not. ex. poſitum.

6. *ut aut.* Turic. *ut* omittit cum Alm. Voſſ. 1. 3. Transponit *aut ut* Guelf. *an ut* Camp.

7. *multavit.* Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Gryph. exc. Aldo *mulctavit.* Sed Camp. et Turic. noſtram dant. cf. 4, 4, 4. *eosdem.* Turic. *eollem* cum Alm. attende gemellos (cf. § 5. 12). Nihil latet niſi recepta, ut fruſtra anquireret Burm. Sed Camp. omittit vocem.

illa — exiget. Fit hoc 8, 3, 72 ſeqq. Sed levi mutatione locus indigere videtur. *illam — eam — pertinet*, ut pronomina referantur ad *ſimilitudinem*, nec neutro genere accipiantur, quod minus clarum et elegans.

6. *aut ut geſtae.* Simile additamentum definitionis in narratione 4, 2, 31.

Saturninus — Gracchi. vide 2, 16, 5.

7. *Brutus — Manlius.* Liv. 2, 5. 8, 7.

Marcellus — Verres. Cic. in Verr. 4, 55.

8 gradus habet. Etiam in iis, quae futura 438
dicemus, utilis similium admonitio est: ut,
si quis dicens, *Dionysium iccirco petere*
custodes salutis suae, ut, eorum adjutus
armis, tyrannidem occupet, hoc referat exem-
plum, *eadem ratione Pisistratum ad domi-*
9 *nationem perveniisse*. Sed, ut sunt exempla
interim tota similia, ut hoc proximum: sic
interim ex majoribus ad minora, ex minori-
bus ad majora ducuntur. *Propter matrimo-*
nia violata urbes eversae sunt: quid fieri
adultero par est? Tibicines, cum ab urbe dis-
cessissent, publice revocati sunt: quanto ma-
gis principes civitatis viri, et bene de repu-
blica meriti, cum invidiae cesserint, ab exilio
10 *reducendi?* Ad exhortationem vero praeci-
pue valent imparia. Admirabilior in femina,

9. *duc. Propter.* Sic Turic. et Obr. Reliqui inserunt *Si.* Alterum exemplum similem et hic structuram exigebat.

gradus i. e. momenta; ita, ut simile, dissimile, contrarium, spectetur in iis. Sic modo 5, 10, 116 *gradus*.

8. *Dionysium — occupet.* Hoc sumsit ex Aristotele Rhet. 1, 2, 19. οἷον, ὅτι ἐπεβούλευε τύραννίδι Διονύσιος, αἰτῶν τὴν Φυλακήν· καὶ γὰρ Πεισίστρατος πρότερον ἐπιβουλεύων, ᾔτει τὴν Φυλακήν, καὶ λαβὼν ἐτυράννησε. κ. τ. λ.

9. *Propter matrimonia.* Ad bellum Trojanum respicitur.

Tibicines — revocati sunt. vide Liv. 9, 30. „Tibicines, „quia prohibiti a proximis „censoribus erant in aede „Jovis vesci, quod traditum „antiquitus erat, aegre passi, „Tibur uno agmine abierunt: „adeo ut nemo in urbe esset, „qui sacrificiis praecineret. „Ejus rei religio tenuit senatum; legatosque Tibur missum, ut darent operam, „ut hi homines Romanis restituerentur." cet. cf. et Valer. Max. 2, 5, 4.

ab exilio reducendi. Recte animadvertit Gesn. hoc in Ciceronem optime convenire.

quam in viro, virtus. Quare, si ad fortiter faciendum accendatur aliquis, non tantum afferent momenti Horatius et Torquatus, quantum illa mulier, cujus manu Pyrrhus est interfectus: et ad moriendum non tam Cato et Scipio, quam Lucretia: quod ipsum est ex majoribus ad minora. Singula igitur 12

10. *majoribus ad minora.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. Ioann. Alm. Vall. Voss. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. quo accedunt Bad. pr. (quanquam fluctuans male in nota) Obr. Regius mutavit *minoribus ad majora*. praeter necessitatem et veritatem. vide not. ex.

10. *Horatius et Torquatus.* Liv. 1, 24. 25. (nisi forte significatur Horatius Cocles Liv. 2, 10.) 7, 10.

cujus manu — interfectus. Plutarch. Pyrrh. T. 1. p. 405 D. E. (Πύῤῥος) ὁράτι πληγὴς διὰ τοῦ θώρακος οὐ καιρίαν πληγὴν οὐδὲ μεγάλην, ἐπέστρεψε κατὰ τοῦ πατάξαντος, ὃς ἦν Ἀργεῖος, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ἀλλὰ πενιχρᾶς καὶ πρεσβυτέρας υἱὸς γυναικός. αὕτη τότε θεωμένη τὴν μάχην, ὥσπερ αἱ λοιπαὶ γυναῖκες, ἀπὸ τοῦ τέγους, ὡς ἐπέγνω συνεστῶτα τῷ Πύῤῥῳ τὸν υἱὸν, ἐκπαθὴς γενομένη πρὸς τὸν κίνδυνον, ἅρασα κεραμίδα ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἀφῆκεν ἐπὶ τὸν Πύῤῥον. ἐμπεσούσης δὲ τῇ κεφαλῇ κατὰ τοῦ κράνους, καὶ τῶν σφονδύλων πρὸς τὴν βάσιν τοῦ τραχήλου συντριβέντων, αἵ τε ὄψεις συνεχύθησαν αὐτοῦ καὶ προήκαντο τὰς ἡνίας αἱ χεῖρες· αὐτὸς δὲ κατενεχθεὶς παρὰ τὸν τοῦ Λικυμνίου σῆμα ἔπεσεν, ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀγνοούμενος. cf. VV. DD. ad Corn. Nep. 21, 2, 2.

Cato et Scipio. Alter Uticensis, earundem partium alter, Q. Caecilius Metellus Scipio, Pompeji socer, qui in navi, tendens in Hispanias, cum vento coactus in Africam rediisset, gladio se transfodit, requirenti imperatorem militi respondens ipse adhuc: *Imperator bene se habet.* vide Flor. 4, 2, 68 ubi reliqui hujus facti auctores memorantur apud Dukerum, quibus adde Dionem Cass. l. 43 p. Reim. 346.

ex majoribus ad minora. Si Lucretiam ostendo viro, exemplum mortis contemnendae, major illa mulieris fortitudo pudorem incutiet huic, qui etiamsi se ipse interimat, tamen, cum vir sit, minus fortiter facere est putandus.

horum generum ex Cicerone (nam unde potius?) exempla ponamus. Simile eſt hoc pro Murena, *Etenim mihi ipſi accidit, ut* 439
cum duobus patriciis, altero improbiſſimo, altero modeſtiſſimo atque optimo viro, peterem: ſuperavi tamen dignitate Catilinam,
12 *gratia Galbam:* Majus minoris, pro Milone, *Negant, intueri lucem eſſe fas ei, qui a ſe hominem occiſum eſſe fateatur. In qua tandem urbe hoc homines ſtultiſſimi diſputant? nempe in ea, quae primum judicium de capite vidit M. Horatii fortiſſimi viri, qui, nondum libera civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus eſt, cum ſua manu ſororem eſſe interfectam fateretur:* Minus majoris, *Occidi, non Spurium Maelium, qui annona levanda, jacturisque rei familiaris, quia nimis*

11. *impr. alt.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Baſil. Reliqui inſerunt *atque audaciſſimo* e Cicerone.

atque optimo viro. Turic. *atquiro puto.* An fuit *atque viro optimo?* (cf. § 3. 23.) Camp. hic mira poſt *viro*: *equeſtrem ro. peterem.* Inerat profecto aliqua mentio *equeſtris Romani* ordinis; ſed unde arrepta, plane non liquet.

12. *diſputant.* Turic. *putant* cum Alm. cf. 7. 20.

Maelium. Libri mei *Melium* ſed cf. 5, 9, 13.

jacturisque. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 3. et libris Ciceronianis. Reliqui *jacturaque.*

11. *pro Muraena.* c. 8. Ne hoc quidem ad verbum e Cicerone. cf. 5, 10, 93.

12. *Majus minoris.* Subaudiendum *exemplum*, quod tanquam ſubſtantivum referatur ad *majus*, regat autem genitivum *minoris*; ſic mox (hoc §.) *minus majoris.*

pro Milone. c. 3. item mox c. 27. Priorem locum in figura *prupergaſia* excitat Julius Ruſinianus p. 219 in Ruhnk. ed. Lupi.

amplecti plebem videbatur, in ſuſpicionem incidit regni affectandi, etc. deinde, *Sed eum (auderet enim dicere, cum patriam periculo liberaſſet) cujus nefandum adulterium in pulvinaribus*, et totus in Clodium locus. *Diſſimile* plures cauſas habet. fit enim *genere*, *modo*, *tempore*, *loco*, ceteriſque, per quae 13

videbatur. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Ioann. Colb. Voſſ. 2. Bern. Andr. et edd. ante Gryph. Sed Voſſ. 1. 3. *videatur.* Reliqui *putabatur* e Cicerone.

affectandi. Sic Turic. cum Bodl. Alm. Palat. Gebhardi. Sed Camp. *affectati.* Reliqui *appetendi* cum libris Ciceronianis. cf. 5, 9, 13. 5, 13, 24.

etc. deinde, Sed. Guelf. *et caetera. ſed* item Goth. niſi quod hic notam ꝛc. Plene *et caetera* dant edd. ante Gryph. exc. Camp. Etiam Turic. notam, ut videtur cf. 4, 2, 52. 6, 3, 24. *nefandum.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Ioann. Voſſ. 1. 2. 3. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Gryph. item libris Ciceronianis. Reliqui *nefarium.* Hoc magis hominum eſſe videtur, illud rerum; neque tamen ubique ad hanc normam correxerim. Contra eſt 1, 3, 17 ubi omnes *nefandi.* et 3, 8, 47. vicisſim. cf. 5, 10, 99. *Nefarius* a *fas*; *nefandus* a *fando* repetitur. Hinc improprie poſſunt iſta vocabula reciprocari.

13. *D. plures cauſas.* Turic. Camp. *p. ex ſe caſus* cum Goth. Bodl. Ioann. Alm. Voſſ. 2. Andr. *Diſſimiles ex ſe p. caſus.* Tarv. *Diſſimile ex ſe p. cauſas.* Jenſ. Loc. et edd. ante Gryph. *D. p. caſus.* Guelf. cum Voſſ. 1. Obr. *D. plerisque cauſas.* Voſſ. 3. In magno illo optimorum librorum conſenſu, tamen vulgatam retinere licuit. *ex ſe* natum ex *plures* extremo, ſicut in Tarv. ex *diſſimiles*; et nihil eſt per ſe. Pro *cauſas* dari *caſus* non infrequens in MSS. cf. Drakenb. ad Liv. 37, 17, 7. item noſtr. 4, 1, 30. Nullam ex *caſus* comminiſcor idoneam ſententiam.

13. *Diſſimile — cauſas.* Pro *fontibus* hic fere *cauſae* dicuntur, qualis uſus eſt in iſtis judicialium controverſiarum vocabulis 5, 11, 5. 6. ſeqq.

fere omnia Cicero praejudicia, quae de Cluentio videbantur facta, ſubvertit: *contrario* vero exemplo cenſoriam notam, laudando cenſorem Africanum, qui eum, quem pejeraſſe conceptis verbis palam dixiſſet, teſtimonium etiam pollicitus, ſi quis contra diceret, nullo accuſante, traducere equum paſſus eſſet. quae, quia erant longiora, non
14 ſuis verbis expoſui. Breve autem apud Virgilium contrarii exemplum eſt,

At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles 440
Talis in hoſte fuit Priamo.

15 Quaedam autem ex iis, quae geſta ſunt, tota narrabimus: ut Cicero pro Milone, *Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in*

eſſet. Sic Turic. Guelf. cum Voſſ. 2. Jenſ. (tac. Geſn.) ex reliquis ante Gryph. Reliqui *eſt.*

15. *C.* Sic Guelf. Goth. (tac. Geſn.). Reliqui *Caji.* cf. 4, 4, 8. item hic § 42. Modo autem *militaris* quod in Cicerone gloſſam interpretatur Erneſtus, omnes mei.

praejudicia — de Cluentio. Haec Ciceronis in oſtendenda diſſimilitudine artificia habes a capite 32 ad 52 extr. Neque tamen praeſto, per ſingula haec eumtem (*genus, modum, tempus, locum*), oratorem demonſtrare.

laudando — Africanum. pro Cluent. c. 48. ubi Erneſtus animadvertit, noſtrum interpretari *contra dicere*, accuſare, nec poterat aliter hoc accipi apud ipſum Ciceronem, quam „contra C. Licinium Sacerdotem dicere" i. e. eum accuſare. Idem Scipionis Aemiliani factum narrat Valer. Max. 4, 1, 10.

14. *ap. Virgilium.* Aeneid. 2, 539. 40.

15. *quae geſta ſunt.* Opponit haec iis, „quae ex poëticis fabulis ducuntur." (§ 17.) cf. et definitionem modo poſitam (§ 6) „aut ut geſtae."

Cic. pro Milone. c. 4. item noſter 3, 11, 14.

exercitu C. Marii, propinquus ejus imperatoris interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit: atque hunc ille summus vir scelere solutum, periculo liberavit. Quaedam significare satis erit, ut idem, ac 16
pro eodem, *Neque enim posset aut Hala ille Servilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me consule Senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset.* Haec ita dicentur, prout nota erunt, vel utilitas causae aut decor postulabit. Eadem ratio est 17
eorum, quae ex poëticis fabulis ducuntur, nisi quod iis minus affirmationis adhibetur: cujus usus qualis esse deberet, idem optimus

16. *Hala.* Turic. *ahla.* cf. Drakenb. ad Liv. 4, 13, 14. item nostr. 5, 13, 24.

17. *affirmationis.* Turic. *adfrenationis.*

16. *significare.* cf. 1, 5, 17. Opponitur § 15. „tota narra„bimus."

idem — pro eodem. pro Mil. c. 3. Locus non est integer positus. Desit enim *aut C. Marius* post *Opimius*, quod est apud Ciceronem, item *cives* post *sceleratos;* quae inserere cum aliquot edd. non attinebat velut Ald. Bas. Capper. cf. § 11.

17. *iis.* Potes haerere hic, dativum interpreteris an ablativum. Priore forma vetamur, impensius niti hisce exemplis, ne ludibrium debeamus, fabulis multum tribuere visi. Altera diversitas rationis ostenditur, quod fictis exemplis, etsi per cetera similibus, minus proficitur in probando quam veris. In illa fortasse melius *adhibebitur*, quod e Campano notavi, solo.

cujus. Quo referes pronomen? Ad *affirmationem* quidem parum apte. Ad *rationem* igitur, sed et hoc contorte. Longe quidem convenientius fuerit reponere: *quorum* an *quarum* (fabularum), sed auctor apparet nullus.

auctor ac magiſter eloquentiae oſtendit.
18 Nam hujus quoque generis eadem in oratione reperietur exemplum: *Itaque hoc, judices, non ſine cauſa etiam fictis fabulis doctiſſimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris ulciſcendi cauſa matrem necaviſſet, variatis hominum ſententiis, non ſolum divina, ſed etiam ſapientiſſimae deae, ſententia libera-*
19 *tum.* Illae quoque fabellae, quae, etiamſi originem non ab Aeſopo acceperunt (nam videtur earum primus auctor Heſiodus), 441
nomine tamen Aeſopi maxime celebrantur, ducere animos ſolent, praecipue ruſticorum, et imperitorum: qui et ſimplicius, quae ficta

18. *ſed etiam ſap.* Omittunt *etiam* Turic. Camp. cum Voſſ. 1. Non male. cf. 4, 4, 3.

19. *fabellae.* Sic Turic. Camp. *quoque fab.* omittit Guelf. Reliqui *fabulae.* cf. 1, 9, 2. item mox § 21.

19. *fabellae — celebrantur.* Hanc de origine fabularum Aeſopiarum diſputationem qui tractarint, quibusque auctoribus, vide apud Fabricium B. G. ed. Harl. Vol. 2. p. 624 ſqq. item p. 593 ſq. Ponam autem hic unum et alterum veterum locum, Quintiliano conſentientem. Plutarch. Conviv. ſept. ſapp. p. 158. B. Ἡσιόδου μὲν ἐμοὶ δοκεῖ δικαιότερον Αἴσωπος αὐτὸν ἀποφαίνειν μαθητὴν ἢ Ἐπιμενίδης. Theon Progymn. p. 22. οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρέτης τῶν μύθων ἐγένετο. Ὅμηρος γὰρ καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀρχίλοχος καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγονότες αὐτοῦ φαίνονται ἐπιστάμενοι κ. τ. λ. Theonis verba repraeſentavit etiam Heeren V. C. (Bibl. d. alt. Lit. St. 8. ined. p. 6.) ad Hermogenis a ſe editi de hiſce diſputationem.

ducere animos ſolent. Ariſtoteles et ipſe oratori commendat λόγους Αἰσωπείους Rhet. 2, 20, 3 et paſſim eo cap. Veriſſima ad haec Ariſtotelica eſt Herderi animadverſio (Zerſtr. Bl. 3, 175.) negantis proprie ibi et univerſe agi de fabula, ſed quatenus inſerviat oratori.

ſimplicius — audiunt. cf. 2, 12, 11. et not. ad 2, 2, 5.

ſunt, audiunt, et capti voluptate facile iis, quibus delectantur, conſentiunt. Siquidem et Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxiſſe nota illa de membris humanis adverſus ventrem diſcordantibus fabula. Et Horatius ne in poëmate quidem humilem generis hujus uſum putavit, in illis verſibus,

Quod dixit vulpes aegroto cauta leoni, etc.

Αἶνον Graeci vocant, et αἰσωπείους, ut dixi,

20. *Quod dixit vulp.* Sic Turic. cum Goth. 2. Bern. Alm. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. Omiſit *in illis verſibus.* Camp. ſed habet verſum integrum Horatianum, qui et in Goth. et Vall. Omittit *vulp.* Guelf. *Olim quod vulpes quae dixit cauta.* Voſſ. 1. Reliqui Horatianum verſum ipſum.

Αἶνον. Guelf. Μῦθον. Goth. (tac. Geſn.) δεινον. Camp. δινον. αἰσωπείους. Turic. *eſopium* (a ſec. manu *eſopum*). Camp. *Eſopus* cum Goth. Alm. (cf. § 12. 21.) *eſopius.* Goth. 2. Scriptura Ioann. (tac. Gibſ.) huc fere redit: αικοτιστατ. Guelf. inter *et* et *ut* lacunam habet recepto Graeco non ſufficientem. Sed Tarv. et reliquae edd. αἰσωποποίητον. Geſnerus Goth. 2. ſcripturam recte eſt interpretatus, quam ego graecis literis expreſſam primus recepi (cf. et Phaedrum Fab. 1. ibique VV. DD.). Vulgata nec per ſe commendabilis, nec ullo Graeco auctore defenſa.

capti — conſentiunt. cf. 4, 2, 119.

Menenius Agrippa. Liv. 2, 32.

20. *Quod dixit vulpes.* Horat. Ep. 1, 1, 73. Aliter paulo apud ipſum poëtam. „Olim quod vulpes aegroto „cauta leoni Reſpondit.“ Sed cf. § 16.

Αἶνον. De hac voce conſule Schneiderum in Lexico item Steph. in Theſ.

αἰσωπείους — λιβυκούς. vid. Ariſt. l. c. λόγοι — αἰσώπειοι καὶ λιβυκοί. item Theon. l. modo c. ad § 19. Reliquos hoc nomine uſos vide apud Fabric. l. c. p. 672. *ut dixi* non longius retro ſpectat quam ad § 19.

λόγους et λιβυκοὺς, noſtrorum quidam, non ſane recepto in uſum nomine, *apolo-*
21 *gationem.* Cui confine eſt παροιμίας genus illud, quod eſt velut fabella brevior, et per allegoriam accipitur, *Non noſtrum,* 44

λογ. *et.* Sic Turic. λ. καὶ. Camp. cum Goth. 2. item Ioann. (tac. Gibſ.) habet notam, nihil profecto ſignificantem niſi *et.* Reliqui omittunt *et*, vel ponunt ante *ut dixi* velut Loc. Ven. Ruſc. Bad. ad Gryph. usque.

λιβυκοὺς. Sic Turic. Camp. cum Goth. Vall. Bern. Pro vocibus Graecis Guelf. lacunam. Reliqui μυθικοὺς, ſed ii ſunt editi; nam de MSS. turpe ſilentium. Ioann. (tac. Gibſ.) λιβικους, quanquam obſcurioribus notis.

21. παροιμίας. Goth. (non ut Geſn. narrat παροικοιν) παροικόια, quod ſubterpuncto ο nihil eſt niſi παροικια, aberratione facili pro παροιμία. Camp. παριμιαι. Guelf. lacunam et hic, Tary. et Ald. cum Vall. παροιμία, nominativum dant.

fabella. Sic omnes mei praeter Goth. *fabula* cum Leid. Gibſ. Sed hic quoque plurimos optimosque auctores pro noſtra dat. cf. 19.

agologationem. Nusquam praeterea legimus hoc vocabulum.

21. *Non noſtrum — clitellas.* Paroemia et velut *fabella brevior* eſt in vocabulis: *bos clitellas.* Sic enim, Burmanno laudante, Schefferus de re Vehiculari 2, 2 p. 7. „Quibus „verbis innuit" (Quintilianus) „— fuiſſe — ejus fabu„lae initium: *Bos clitellas* —. „Nempe ſic ſolebant in iſto „paroemias genere. — Ita „namque" (apud Petronium c. 63. p. Burm. 315.) „Tri„malcio: *Et ipſe vobis rem „horribilem narrabo. Aſinus in „tegulis. Cum adhuc capilla„tus eſſem.* — Omnium vero „optime clariſſimeque hoc „cognoſcitur ex Terentio, qui „ſic loquentem facit Lachetem „A. 4. Hecyrae ſc. 3. (extr.) „*jam nos fabula Sumus Pam„phile: Senex atque anus.* „Donatus eo loco: *Senex at„que anus: Haec duo nomina, „ut poſita ſunt, caput indi„cant et inceptionem hujusmodi „fabularum.* Idem paulo poſt: „*Pronuncia: Senex atque anus, „quaſi initium fabulae.* Dicit „in comoedia, cum ad ea „verba ventum erit, *ſenex „atque anus*, non ut cetera „proferenda voce tali, quaſi „pertinerent ad comoedíam et

inquit, *onus: bos clitellas.* Proximas exem- 22
plo vires habet *similitudo*, praecipue illa, quae ducitur citra ullam translationum mixturam ex rebus paene paribus. *Ut, qui accipere in Campo consuerunt, iis candidatis, quo-*

inquit onus. Turic. *in quo domus.* Alm. *inquit domus* (cf. § 20. 28) *inque ydoneus.* Goth. 2.

bos. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenf. (tac. Gefn.) *vos* cum Alm. Voff. 2. et edd. ante Baſil. *bos* dare narratur Voff. 1. Modo pro *non* ex Regii conjectura *nos* dant Ruſc. (cf. 5, 10, 103) Ald. Bad. uterque, Baſ.

22. *exemplo.* Turic. Guelf. Camp. *exempli* cum Goth. 1. 2. Vall. et edd. ante Ruſc. qui recepit noſtrum ex Regii conjectura. Sed a Gryphio inde revocarunt alterum ante Burm. Noſtrum ſolo Regii ingenio niti credo. Sed error ille primitus fluxit ex mala diremtione, cum *proximas* fere referretur ad *clitellas.* Poſſis et *exemplis* ſcribere. *praecipue.* Sic Turic. Camp. cum Alm. *praeſertim.* Voff. 1. 3. Reliqui *praecipueque.* cf. 5, 10, 49. *conſuerunt.* Sic Guelf. *conſueverit* Camp. *conſuevet.* Goth. 2. Reliqui *conſueverunt.* Noſtrum apud Cic. cf. 4, 2, 29.

„ipſa, verum alia pronuncia- „tione, quaſi enarranda eſſet „aliqua fabella.“ Conſilium autem paroemiae intelligitur ex Ciceronis Epiſtt. ad Att. 5, 15, quo reſpicere noſtrum, agnoverunt poſt Eraſmum in Adagiis (2, 9, 84) omnes. Ibi enim haec: „Clitellae bovi „ſunt impoſitae, plane non „eſt noſtrum onus.“ Mulo aut aſino, non bovi, conveniunt clitellae. Quare hoc dicitur in mandato inepto. vid. et Ammian. Marcell. 16, 5. Ad accuſativum *clitellas* Burmannus recte ſubaudit *portabat*, quod poſitum fuerit in ipſa fabula. Eſt autem *inquit* ab ipſo Qu., eo uſu, cum intelligitur *aliquis.* cf. 2, 15, 12. item Erneſti Clav. Cic. in *inquit.* Numerus locorum Senecae, a Gronovio citati, in immenſum poteſt augeri. Delectatur enim hac forma mirum in modum, v. c. Nat. quaeſt. 7, 28. p. 369. „Tardi- „tas, *inquit*, illorum.“ 7, 26. p. 367. „Per ſtellas, *inquit.*“ ib. „Stellae *inquit.*“ 7, 12. p. 356. „Stellarum *inquit.*“ 6, 24. p. 335. „Immo, *in-* „*quit*“ et ſi quis retro legere voluerit exempla per ejus libros a calce ad caput.

22. *Ut qui accipere.* Cic. pro Cluentio. c. 27. extr.

rum nummos ſuppreſſos eſſe putant, inimiciſſimi ſolent eſſe: ſic ejusmodi judices infeſti
23 *tum reo venerant.* Nam παραβολὴ, quam Cicero *collationem* vocat, longius reſ, quae comparentur, repetere ſolet. Neque hominum modo inter ſe opera ſimilia ſpectantur, ut Cicero pro Murena facit, *Quod ſi e portu ſolventibus ii, qui jam in portum ex alto invehuntur, praedicere ſummo ſtudio ſolent et tempeſtatum rationem, et praedonum, et locorum: quod natura fert, ut iis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediantur: quo tandem me animo eſſe oportet, prope jam ex magna jactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas tempeſtates eſſe ſubeundas?* ſed et a mutis

23. *Neque hom.* Sic Guelf. Camp. Reliqui *Nec h.* cf. 5, 10, 81. *ii.* Turic. Camp. omittunt cum Voſſ. 1. 2. 3. Goth. et edd. ante Stoer.

praedicere. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Ioann. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. Vall. Ald. *praecipere* et ita Cicero.

fert. Turic. *adfert.* Guelf. Camp. Tarv. *affert* cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Goth. Bern. Vall. Jenſ. cf. Ern. ad loc. Cic. Regius correxit. *tandem me.* Sic Turic. Camp. cum Voſſ. et Cicer. Reliqui *m. t.* cf. § 11. 43.

max. temp. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. meis omnibus exc. Ald. Baſ. Stoer. Chouet. Leid. Burm. Capp. Geſn. Bip. qui e Cicerone inſerunt *rei p.* *ſed et a.* Turic. Camp. omittunt *et* cum Alm. Goth. Habet copulam Guelf. Ejus loco Jenſ. (tac. Geſn.) oſtendit lacunam ſat magnam, pro qua Tarv. dat παραβολὴ cum edd. ante Gryph. Hic primus noſtram cum reliquis.

23. *collationem.* Cic. de Inv. 1, 30. item hic § 2. *pro Mur.* c. 2.

ſed et — ducitur. cf. not. crit. *Muta* vide ad 1, 10, 7. item hic § 24. 34. 35.

443 atque etiam inanimis interim hujusmodi ducitur. Et, quoniam similium alia facies 24 in tali ratione, admonendum est, rarius esse in oratione illud genus, quod εἰκόνα Graeci vocant (quo exprimitur rerum aut personarum imago: ut Cassius: *Quis istam faciem*

MSS. praeterea nulla mentio. Deest sane subjectum, et volebat Francius post *hujusmodi* interponere *comparatio*. In MSS., quos quidem vidi, consensu, vocabulum graecum ab aliquo istius aetatis erudito interpolatum censeo, nec repetere audeam, cum praesertim, in illo subjecti positu, *hujusmodi* nihil magnopere habeat, quo referatur. Satius puto *aliquid* adjicere post *hujusmodi*. *ducitur*. Turic. Camp. *dicitur* cum Stoer. Chouet. Leid.

24. *rarius*. Turic. *parius*. Volebat profecto *parcius*.

voc. quo. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) inserunt *in* cum edd. ante Gryph. Sed Turic. Guelf. non habent praepositionem. *Quis istam*. Guelf. *Qui fistam* nihil hic proficiente varietate. Sed edd. multi *Qui* pro *Quis*.

24. *in tali ratione*. Haec equidem non intelligo. Fluctuat oratio, nec video, quae sit ista *talis ratio*. Subit rescribere *in alia ratione*. Erit „*alia facies in alia ratione*," diversa similium species, pro diversa adhibendi occasione. Tale quid Gedoynus quoque expressit.

quod — Graeci. vid. Aristot. Rhet. 3, 4. qui fere nostri praeceptum habet § 2. χρήσιμον δὲ ἡ εἰκὼν καὶ ἐν λόγῳ· ὀλιγάκις δέ· ποιητικὸν γάρ. item cf. Lex. rhet. utrumque Ernesti in εἰκὼν et *imago*. Recenset alios, qui εἰκόνα dixerint Schneiderus ad Demetr. § 80. p. 138.

Cassius. Hic quis sit, non utique est in comperto. Saltem non erant confundendi Cassius Parmensis, unus ex Julii Caesaris interfectoribus, interfectus et ipse post pugnam Actiacam, et Cassius Severus (de quo vide 6, 1, 43.) sub Augusto et Tiberio vivens; quem errorem cavet Ruhnkenius ad Vellej. 2, 88, 1. Parmensis ille, auctore Acrone ad Horat. Epist. 1, 4, 3., epigrammata scripsit. Ex quo genere facetiarum potuit esse hic versus, cum et Horatius *opuscula* ejusdem laudet. De tragoediis quidem, quales scripsisse Cassius Parmensis proditur, hic non erat cogi-

lanipedis ſenis torquens?), quam id, quo probabilius fit, quod intendimus: ut, ſi animum dicas excolendum, ſimilitudine utaris terrae, quae neglecta ſentes ac dumos, culta fructus creat: aut, ſi ad curam reipublicae horteris, oſtendas, apes etiam formicasque, non modo muta, ſed etiam parva animalia, 444

lanipedis. Turic. *lanipedi* cum Bodl. Alm. Goth. Andr. Jenſ. et edd. ante Ald. praeter Camp. qui *limpedi.* Guelf. *lampendi.* Similiter alii apud Burm. aberrant. Nullus tamen MS. *plánipedis* quod repoſuit Regius, obſecundantibus ab Aldo inde omnibus. Vocem vide in Lexicis. Gebhardus ſe noſtrum legere ait e MS. Quod autem pro dativo in iſto *Lanip.* meliores edd. dederunt genitivum, ſequente *ſenis*, leniſſima eſt emendatio, cui ſimilis locum habuit 5, 10, 84.

ac. Sic Turic. Guelf. Camp. *et.* Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. *aut.* Voſſ. 3. Reliqui *atque.* cf. 6 Pro. 9.

tandum. Verſus eſt Scazon, nec tamen usquequaque emendatus. Burmannus, metro conſulens, *iſte* legi ſuadet pro *iſtam*, quod Geſnero placet; non immerito. Sed reſtat anapaeſtus in quarta ſede, alienus et ipſe, quem non tam facile compendifacias. Poſſis tamen et imperfectum tetrametrum agnoſcere, cui bini pedes deſint in fine. Tum ne *iſtam* quidem mutatione indigeat. Sed Comoedias Caſſii quidem Parmenſis veteres non memorant, cujusmodi operis hunc verſum eſſe maxime conjicias, ſi ſit tetrameter iambicus. *Lanipedem ſenem*, quem veteres quidem, levi fluctuatione, omnes hic oſtendunt libri, alibi fruſtra quaeras apud ſcriptores. Satis tamen aperta per ſe ſententia vocabuli. Significantur vel lana obvoluti pedes, vel lanae inſtar molles et debiles. Ad hanc poteſtatem ſimilibus commendandam aliquot ſcriptorum loca affert Gebhardus in Crepundiis 2, 15 p. 95. veluti Plaut. Epidic. 5, 1, 21 *pulmonei pedes* tribuuntur delicato et debili; Macrob. Saturn. 1, 8 memoratur proverbium: „*Dsos laneos* pedes habere.“ *Faciem torquere* Burmannus illuſtrat verſu Terentiano Eun. 4, 4, 3 „Illud „vide, os ut ſibi *diſtorſit* carnifex.“ *ut Caſſius* fateor abruptius mihi dictum videri quam pro Quintiliano. An *ut ait Caſſ.?* cf. 1, 6, 36.

in commune tamen laborare. Ex hoc genere 25
dictum illud eſt Ciceronis, *Ut corpora noſtra ſine mente, ita civitas ſine lege, ſuis partibus, ut nervis ac ſanguine et membris, uti non poteſt.* Sed, ut hac corporis humani pro Cluentio, ita pro Cornelio, *equorum;* pro Archia, *ſaxorum* quoque uſus eſt ſimilitudine. Illa (ut dixi) 26
propiora, *ut remiges ſine gubernatore, ſic milites ſine imperatore nihil valere.* Solent tamen fallere ſimilitudinum ſpecies: ideoque adhibendum eſt his judicium. Neque enim *ut navis utilior nova, quam vetus, ſic amicitia:* vel, *ut laudanda, quae pecuniam ſuam pluribus largitur, ita, quae formam.* Verba ſunt in his ſimilia, *vetuſtatis* et *largi-*

25. *dictum.* Subſtantivi loco uſurpatum. cf. 6, 3, 2. Locus eſt pro Cluent. c. 53.

hac — ſimilitudine. Ferri ſane poteſt pronomen feminini generis, etiam elegans videri et ex interiore latinitate. Mihi tamen diſplicet, ut contortum. Veteres mei excuſi ante Gryph. dant *hoc*, quibuscum facit Turic., ſententia quidem nulla. Binae edd. apud Burm. *hic* et hanc ego ſcripturam cenſeo veram, niſi forte *loco* exciderit poſt *hoc*.

pro Cornelio. vid. 4, 4, 8. *pro Archia.* c. 8.

26. *ut dixi.* Ut aliquoties negotium faceſſit haec interjectio in Qu., ita hic quoque. Refero tamen ad § 23 *hominum — inter ſe opera ſimilia.*

fallere. cf. 2, 12, 3. 5, 13, 43.

formam. Recte Geſnerus ad partes vocat Graecorum ὥραν quae cum pulchritudine, aetatis juvenilis ſignificationem conjungit, quomodo et Latini uſurpent *aetatem.*

Verba — pudicitiae. Vim et *etymologiam* ita ſibi invicem oppoſitas vidimus 5, 10, 55. Sed ſunt haec brevius comprehenſa quam pro ſumma accuratione. cf. dicta ad 1, 10, 29. Sic enim interpretare genitivos illos *pecuniae, pudicitiae:* „Vis largitionis longe „diverſa eſt, ſive dicitur largitio *pecuniae*, ſive *pudici*„*tiae.*“ Si ad *vis* refers genitivos hoſce, omnia obſcurantur. Deeſſe hic aliquid, ultro

tionis: vis quidem longe diverſa, *pecuniae* et
27 *pudicitiae.* Itaque in hoc genere maxime quaeritur, an ſimile ſit, quod infertur. Etiam in illis interrogationibus Socraticis, quarum paulo ante feci mentionem, cavendum, ne incaute reſpondeas: ut apud Aeſchinem Socraticum male reſpondit Aſpaſiae Xenophontis uxor; quod Cicero his
28 verbis transfert, *Dic mihi, quaeſo, Xenophontis uxor, ſi vicina tua melius habeat*

26. *pudicitiae.* Turic. *amicitiae* cum Jenſ. et edd. ante Gryph. Noſtrum tamen Guelf. Goth. Camp. et reliqui edd. mei. Geſnerus primus ſentiens lacunam conjiciebat: „pecuniae „*et formae*, *navis* et amicitiae." In ſententia unice accedo, ſed libros praeſtantes ſequens, in quibus eſt *pudicitiae*, malim: „pecuniae et pudicitiae, *navis et amicitiae.*"

27. *maxime.* Turic. Camp. omittunt.

Socraticis. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *Socratis* cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. Andr. (etſi hujus mox ad *Socraticum* haec varietas affertur; perperam haud dubie) et edd. ante Stoer. Diſplicet tamen vetus illa ſcriptura ob *reſpondeas* quo indicatur ſententia in univerſum propoſita. Et proclivis erat error. *quarum.* Turic. Guelf. *quorum* cum Voſſ. 3. cf. 1, 10, 6. *Aſpaſiae.* Turic. Camp. *Aſphaſia.* Guelf. *Aſpaſia* cum Goth. et edd. ante Burm. MSS. ſilentur, niſi quod refert Bad. Vallenſem dare *Aſpaſie.*

apparet, de qua re vide not. crit.

27. *infertur* i. e. colligitur, cogitur; ſignificatu dialectico. cf. 5, 14, 9. 8, 4, 20. Minus aperte hoc cap. § 3. Apud Cic. Inv. 1, 47. *illatum.* Appulej. de doctr. Plat. 3 p. Elmenh. 34. „Dico autem Illa„tionem vel Illativum Roga„mentum, quod acceptioni„bus colligitur et *infertur.*" *Francogelli* etiamnum *inferor*, hac ſignificatione.

paulo ante. § 3.

Aeſchinem — Cicero. Dialogus fuit Aeſchinis Socratici, inſcriptus: *Aſpaſia*, qui intercidit. vid. Fabr. B. G. Harl. Vol. 2. p. 692. Hujus locum hic poſitum Cicero recitat in libris de Inv. 1, 51.

445 *aurum, quam tu habes, utrumne illius, an tuum malis? Illius, inquit. Quid ſi veſtem et ceterum ornatum muliebrem pretii majoris habeat, quam tu habes, tuumne an illius malis? Illius vero, reſpondit. Age ſis, inquit, ſi virum illa meliorem habeat, quam tu habes, utrumne tuum virum malis, an illius?* Hic mulier erubuit, merito. male enim 29
reſponderat, *ſe malle alienum aurum, quam ſuum:* nam eſt id improbum. At, ſi re-

28. *utrumne.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui *utrum.* Apud Cic. de Inv. 2, 39 pro *utrum copia* aliquot libri dant *utrumne c.* Sic et Dialog. de Oratt. c. 37. *utrumne — an.* cf. 3, 3, 13.

habes. Turic. Camp. omittunt cum Alm. *habeas* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. Noſtrum et Cicero.

tuumne. Sic Turic. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Gryph. item Ciceronis libris. Reliqui *tuum.*

malis. Turic. *velis* cum Alm. (cf. modo hac §. item mox cod.). *Illius — reſp.* Turic. omittit cum Alm. *reſpondit illius* ſine *vero.* Camp. cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. *mal. ill. vero reſp.* omittit Guelf. *reſp. ill. vero* Bad. uterque. *reſpondit* omittit Goth. cum Voſſ. 2. 3.

Age ſis — virum. Turic. *accede iſti quid ſi v.* Alm. *acceđe ſi quid ſi v.* (cf. modo hac §. item § 31). Guelf. *ages vero is inquit ſi v.* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *age is i. ſi v.* Ruſc. Goth. *age ſi i. ſi v.* et hoc inveniebat Regius, qui repoſuit noſtrum (cf. § 21.) (huc enim refero Geſneri notationem) Camp. Loc. et edd. ante Gryph. exc. Ald. dant noſtram ipſam, ut et plurimi apud Ciceronem libri (vid. Oudendorpii not.) quorum aliqui *ſil* per errorem pro *ſis.* Reliqui omittunt *ſis.*

utrumne — illius. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. exc. Ald. qui omittit *virum* et tranſponit *a. i. m.* Reliqui *virumne t. a. i. m.* Ciceronis libri nobiſcum faciunt, niſi quod pro *m. a i.* tranſponunt *a. i. m.* quanquam aliter Erneſti, ſed cf. not. Oudendorp.

nam eſt id imp. Turic. Guelf. *n. e. i. hoc i.* cum Alm. Voſſ. 3. Jenſ. Tarv. Regius cradendum vidit alterum pro-

ſpondiſſet, *malle ſe aurum ſuum tale eſſe, quale illud eſſet*, potuiſſet pudice reſpondere, *malle ſe virum ſuum talem eſſe, qualis melior* 30 *eſſet.* Scio quosdam inani diligentia per minutiſſimas iſta partes ſecuiſſe, et eſſe aliquid minus ſimile, ut *ſimia homini*, et marmora deformata prima manu: aliquid plus, ut illud, *Non ovum tam ſimile ovo:* et diſſimilibus ineſſe ſimile, ut *formicae* et *elephanto* genus, quia ſunt animalia: et ſimilibus diſſimile, ut,

— — *Canibus catulos, et matribus hoedos;*

31 differunt enim aetate: contrariorum quoque aliter accipi oppoſita, ut *noctem luci;* aliter

nomen et abeſt *id* a Loc. (errante Burm,) usque ad Ald. qui omittit *hoc*. Et ſic eſt in Vall. Sed Camp. *n. e. in id hoc i.* An erat *eſt enim hoc improbum?* ut *nam* naſceretur ex *ſuum* extremo.

30. *ſimia.* Turic. Camp. *ſimilia* cum Alm.

et marm. MSS. et editi fere inſerunt *ut*, quod ejecit Regius, obſecundantibus Aldo et edd. ante Stoer.

Non ovum tam. Turic. *noum jam.* Guelf. *noumia.* Camp. *vie o. t.* *ut form.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui inſerunt *eſt.*

30. *deformata.* Hac poteſtate errori obnoxium vocabulum. Burmannus Plauti locum ponit Pſeud. 2, 3, 11 „certa „*deformata*." cf. 6 Prooem. 9. (ubi vide not. crit.) item Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 90. qui et in Elogio Hemſterhuſiano ſic uſurpavit. Adde Cic. pro Sylla c. 26. Poſtremo loco *deformata* dicuntur ea, quorum forma ad ſinem perducta eſt, cum opponantur *inchoata*. Hic quidem apud noſtrum *deformando* indicatur forma inchoata. vid. et Parei Lex. Crit. h. v.

Non ovum — ovo, vide Eraſm. in Adag. 1, 5, 10.

Canibus — hoedos. Virgil. Ecl. 1, 25.

446 noxia, ut *frigidam febri;* aliter repugnantia, ut *verum falso;* aliter disparata, ut *dura non duris:* sed, quid haec ad praesens propositum magnopere pertineant, non reperio. Illud est annotandum magis, argumenta 52
duci ex jure simili: ut Cicero in Topicis, *Ei, cui domus usus fructus relictus sit, non restituturum heredem, si corruerit, quia non*

31. *noxia.* Turic. *non* cum Alm. cf. § 28. 32.

ut frig. Turic. Camp. inferunt *aquam* cum Alm. Goth. Voss. 2. Vall. et edd. ante Gryph. exc. Aldo. Nobiscum omittunt Guelf. Bern. et alii fortasse MSS. ut reliquae edd. Facile quidem addebatur substantivum ab librario usus Romani ignaro, neque tamen ubique omittitur a scriptoribus, ut nihil certi statuere audeam, contra Turicensis praesertim auctoritatem. vide Oudendorp. ad Appul. Metam. 2 p. 127.

disparata. Turic. Guelf. Camp. *separata* cum Alm. Bodl. Ioann. Voss. 2. 3. Bern. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. Nihil agunt vel gravissimae auctoritates in errore proclivi.

32. *Ei — heredem.* Turic. *cum evidemus usus relictus s. n. refutuat heredi.* (a sec. manu: *cum evidens* rel.) Alm. *Ei* (cf. § 31. 35.) *cui domus usus rel. s. n. restituat heredi.* Guelf. Camp. *cum — herēdi* cum Voss. 2. 3. Ioann. Bern. Andr. (et ex his *heredi* non diserte memoratur) et edd. ante Rusc. qui primus reposuit Regii emendationem (cf. § 28). Nititur quidem ea Ciceronis loco, sed poterat Qu. memoria fallente (cf. § 20 not. ex.) ponere contrariam rationem in qua tamen

31. *ut frigidam.* cf. not. crit.

disparata. Cic. de Inv. 1, 28. „Disparatum — est id „quod ab aliqua re per oppo„sitionem negationis separa„tur, hoc modo: sapere et „non sapere.“ cf. Marius Victorin. p. Pithoei 157.

32. *Illud — magis.* i. e. Hoc potius, quam subtiles illae partitiones, notari meretur. Vides incidendum esse post, non ante, *magis*, quod recentiorum primus feci. Ante Leidensem enim multi recte; item Obrechtus. cf. 4, 5, 4.

Cicero in Top. c. 3. Non ipsa sunt Ciceronis verba. cf. not. crit.

reſtituat ſervum, ſi is deceſſerit: ex contrario, *Nihil obſtat, quo minus juſtum matrimonium ſit mente coëuntium, etiamſi tabulae ſignatae non fuerint. Nihil enim proderit ſignaſſe tabulas, ſi mentem matrimonii non fuiſſe con-*
33 *ſtabit:* ex diſſimili, quale eſt Ciceronis pro Cecinna, *Ut, ſi quis me exire domo coëgiſſet armis, haberem actionem; ſi quis introïre prohibuiſſet, non haberem.* Diſſimilia ſic deprehenduntur, *Non, ſi, qui argentum omne legavit, videri poteſt ſignatam quoque pecuniam reliquiſſe; ideo etiam, quod eſt in*

et ipſa procedit argumentum, ſi uſufructuarius heredi reſtituere non cogitur aedes, uti nec ſervum. *mente.* Guelf. *juſte*, quod etiam in Baſil. margine. Male.

33. *introire.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 1. et edd. ante Burm. exc. Leid. Cicero ipſe noſtrum. Reliqui *intrare.* *Non ſi.* Turic. Camp. *ne niſi* cum Alm.

ex contrario. Subaudi ad hunc ablativum adjectivi *jure*, ut et mox ad *diſſimili.* Ne *Diſſimilia* (§ 33.) quidem univerſe intelligenda ſunt, ſed addendum: *jura.*

mente. Huc vocandum id, quod mox ponitur *matrimonii* i. e. ea mente ut matrimonium contrahant.

33. *pro Cecinna.* c. 12. Leviter aberrant verba a Ciceronianis.

Non, ſi — creditur. Hoc exemplum de ſuo propoſuit Qu. ut non attineat ad locum Ciceronis exigere illud, quo ſane reſpexit noſter, ſed quem ipſum afferre noluit; alioqui Ciceronem nominaſſet ut in praecedentibus. cf. Cic. Top. c. 3. unde conflatum hoc eſt e duobus, quod recte monet Geſnerus. „A genere ſic du„citur: Quoniam argentum „omne mulieri legatum eſt, „non poteſt ea pecunia, quae „numerata domi relicta eſt, „non eſſe legata.“ Paulo inferius: „Non, ſi uxori vir „legavit omne argentum, „quod ſuum eſſet, iccirco, „quae in nominibus fuerunt, „legata ſunt.“ cf. 5, 10, 62.

nominibus, dari voluiſſe creditur. Ἀναλογίαν 34
quidam a ſimili ſeparaverunt; nos eam ſub-
jectam huic generi putamus. Nam, *ut unum*
447 *ad decem, ſic decem ad centum*, ſimile certe
eſt: et, *ut hoſtis, ſic malus civis.* Quan-
quam haec ulterius quoque procedere ſolent.
*Si turpis dominae conſuetudo cum ſervo, tur-
pis domino cum ancilla; Si mutis animalibus
finis voluptas, idem homini.* Cui rei facil- 35
lime occurrit ex diſſimilibus argumentatio.
*Non idem eſt dominum cum ancilla coïſſe,
quod dominam cum ſervo: Nec, ſi mutis finis
voluptas, rationalibus quoque:* quin immo
ex contrario, *Quia mutis, ideo non rationali-
bus.* Adhibetur extrinſecus in cauſam et 36
auctoritas. Haec ſecuti Graecos, a quibus

34. Ἀναλογίαν. Guelf. ἀποχτιαν. Camp. ἀπεαπιαν Goth. ἀπεπίαν cum Vall. Sed Turic. noſtrum.

ſic dec. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *et d.* cum Alm. Voſſ. 2. 3. Vall. et edd. ante Bad. Correxit Regius, neceſſario; quanquam poterat et *ita*.

domino. Sic Turic. Guelf. cum Goth. Alm. Voſſ. 2. 3. Ioann. et edd. ante Ald. Reliqui *domini* ex Regii mutatione, cui addicunt Vall. et Camp.

35. *quin.* Sic Turic. Camp. cum Obr. Reliqui omittunt, inter quos recenſetur Alm. (cf. § 32. 42). Sic et 5, 12, 1.

contr. — rationalibus. Turic. *c. in rationalibus.* Alm. Camp. *c. irrationalibus.*

34. Ἀναλογίαν. cf. 1, 6, 3.

ut hoſtis — civis. Geſnerus, in proportione quatuor membra deſiderari monens, ſuadet: *ut hoſtis ad hoſtem, ſic malus civis ad bonum.* Tot verba periiſſe non credo. Nec diligentia mathematicorum opus in definienda proportione. Similis oſtenditur ratio mali civis et hoſtis ad civitatem quamcunque.

36. *Haec.* i. e. quaecunque *auctoritate* continentur. Facile quidem fuerit *Haec* mutare in *Hanc*. Sed ſatius duco, ne-

κρίσεις dicuntur, *judicia* aut *judicationes* vocant, non, de quibus ex cauſa dicta ſententia eſt (nam ea quidem in exemplorum locum cedunt); ſed, ſi quid ita viſum gentibus, populis, ſapientibus viris, claris civi-
37 bus, illuſtribus poëtis, referri poteſt. Ne haec quidem vulgo dicta, et recepta perſuaſione populari, ſine uſu fuerint. Teſtimo-

36. *voc. non de.* Turic. Guelf. omittunt *non* cum Goth. Voſſ. 2. 3. et edd. ante Ald. Etiam Camp. ſed pro *vocant* dat *vocantur.* Hoc inveniebat Regius, qui activum repoſuit cum negatione, tanto faciliore mutatione, quoniam ſuperérat aliquid iſti *vocant.* cf. ad 4, 2, 29.

37. *Ne habc.* Turic. *Nec h.* miro caſu incidens in ſphalma Geſneri, quod repetierunt Bipontini. Reliqui omnes nobiſcum faciunt. *fuerint. Teſtimonia.* Ita diſtinxi cum Regio et Aldo ſolis. Reliqui *teſt.* ad praecedentem ſententiam referentes, novam ordiuntur ab *Sunt*, quod poſcere ait Badius

gligi ſummam ſtructurae accurationem in numero pronominis, quia mox pluralem eſt ſubjecturus in *judd. judicationes.* Nec ullus liber variat.

κρίσεις. vid. Lex. Rhet. Graec. Erneſti h. v. qui docet hoc maxime ſignificatu frequentatam rhetoribus vocem vix inveniri hodie. Uſurpat tamen ſic fere Ariſtot. Rhet. 1, 15, 12.

non — ſententia eſt. i. e. remotae illae a judicum in vera cauſa ſedentium pronunciata ſententia. „Judicationes, „de quibus dicta ſententia „eſt" poteſt ſane contorta videri oratio, ſed *judicationes* magis intelliguntur res, de quibus aliquid ſtatuitur. Apparet autem attendenti, ad vocem *Adhibetur* debuiſſe a librariis inchoari novum caput. Adhuc enim de exemplis egerat, quae nunc omitti manifeſtum eſt iis, quae interjiciuntur *nam ea — cedunt.* cf. initium capitis, ubi ſimilis huic noſtrae locutio „quae ex„trinſecus adducuntur in cau„ſam." item § 43 ubi *exempla* et *auctoritates* diſpeſcuntur.

37. *haec quidem.* *Haec* dicitur quaſi cum contemtu „quae quotidie tractata et „ubivis obvia vix ullum mo„mentum facere poſſe vide„bantur."

nia ſunt enim quodam modo, vel potentiora etiam, quod non cauſis accommodata, ſed liberis odio et gratia mentibus ideo tantum dicta factaque, quia aut honeſtiſſima, aut veriſſima videbantur. An vero me de incom- 38
modis vitae diſſerentem non adjuvabit earum perſuaſio nationum, *quae fletibus natos, laetitia defunctos proſequuntur?* Aut, ſi miſericordiam commendabo judici, nihil proderit, quod prudentiſſima civitas Athienſium, *non eam pro affectu, ſed pro numine*

poſitum τοῦ *enim.* Falſo ille. Solet enim ſecundam quoque vocem ſequi particula. cf. Drakenb. ad Liv. 3, 50, 7.

vel. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Burm. Reliqui omittunt, confirmato ex prava diſtinctione errore.

38. *numine.* Turic. Guelf. Camp. *animo* cum Bodl. Ioann. Bal. Alm. Voſſ. 3. Bern. Andr. et edd. ante Bad. qui repente noſtrum dat, non monito lectore. Goth. tamen et ipſe noſtrum,

accommodata, ſed. Suſpicor ante *ſed* excidiſſe *ſunt.* Si enim eo refers quod eſt in initio ſententiae, *ſunt*, contorta fit ſtructura, propterea quod illic verbum ſubſtantivum proprie uſurpatur, hic eſt auxiliare.

38. *nationum — proſequuntur.* Herodot. 5, 4 Τραυσοὶ — τὰ μὲν ἄλλα πάντα κατὰ ταυτὰ τοῖσι ἄλλοισι Θρῃξὶ ἐπιτελέουσι, κατὰ δὲ τὸν γινόμενόν σφι καὶ ἀπογινόμενον, ποιεῦσι τάδε· τὸν μὲν γινόμενον περιιζόμενοι οἱ προσήκοντες ὀλοφύρονται, ὅσα μιν δεῖ, ἐπεί τε ἐγένετο, ἀναπλῆσαι κακά· ἀνηγεόμενοι τὰ ἀνθρωπήϊα πάντα πάθεα. τὸν δ' ἀπογινόμενον, παίζοντές τε καὶ ἡδόμενοι, γῇ καλύπτουσι ἐπιλέγοντες ὅσων κακῶν ἐξαπαλλαχθεὶς ἔστι ἐν πάσῃ εὐδαιμονίῃ. Geſnerus recte ablegat ad Fabric. in Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. 3, 232. item Pſeudo-Turnebus ad epigramma Archiae Anal. Brunck. 2, 100. De Eſſedonibus idem narrat Pompon. Mela 2, 1.

ſed pro numine. Celeberrimus apud ſcriptores ἐλέου βωμὸς in foro Athenarum. cf. Apollod. Bibl. 2, 8, 1 ibique Heynium, qui ad reli-

39 *accepit?* Jam illa ſeptem praecepta ſapien- 448
tum, nonne quasdam vitae leges exiſtima-
mus? Si cauſam veneficii dicat adultera,
non M. Catonis judicio damnata videatur,
qui nullam adulteram non eandem eſſe vene-
ficam dixit? Jam ſententiis quidem poëtarum

cui cum multis locis conſententiens inveniatur Vall. (cf. 6, 1, 29.) poteſt ex eo ſomniſſe videri Badius. Voſſianum 2. ultro trahit Goth. qui ſiletur in varietatibus, ut et Voſſ. 1. ſed hic falſo, ut ſuſpicor. Burmannus ex *animo* malit exculpere *aſylo*, quale fuiſſe ad aram miſericordiae teſtentur plurimi ſcriptores. Huic nequaquam accedo; ſed ipſum noſtrum corruptum cenſeo in illud *animo*, fallente ignarum librariam etiam illo, qui antecedit, *affectu. nomini*, *numine*, *nomine* per compendium ſcripta facile abeunt in *animo*, quocum confundi putant et *omnino* vid. Lipſ. ad Vellej. 2, 33. et Heuſing. Emend. p. 119.

39. *dicat adultera, non M. C.* Turic. *d. in adulteram C.* Tarv. *d. in adulteram non Marci C.* Jenſ. *d. in adultera non Marci C.* cum edd. ante Ruſc. qui expunxit *in* ad mentem Regii (cf. § 32). Rectiſſime, nam *cauſam dicit* rea. cf. 4, 1, 19. Guelf. a *non* ad alterum *non* ante *eandem* omittit. *M.* ſcripſi pro *Marci*, quia *adulteram C.* eſt in Turic. cf. 5, 9, 13. 5, 13. 18. *Jam ſent.* Camp. *Nam ſ.* cum Obr. Recte, ut opinor. Burm. refert ad *Jam* in ſententiae

quos ablegat plurimos. Aliquot oratores, ſive rhetores, hoc argumento utentes, etiamnum verſamus ut Libanium, et Eumenium. Debebat autem admonere amicorum aliquis Salim', poëtam noſtratem dulciſſimum, ne *Hyllium* pro *Hyllo* faceret hujus arae ſiatuendae auctorem.

39. *M. Catonis.* Nusquam praeterea hanc Catonis Cenſorii profecto, ſententiam relatam reperi. Sed eo magnopere facit, quem locum indicat Pſeudo-Turnebus, Cornificius ad Herenn. 4, 16. „Majores noſtri ſi quam unius „peccati mulierem damnabant, ſimplici judicio multorum maleficiorum convictam putabant; quo pacto? „quoniam, quam impudicam „judicarant eam veneficii quoque damnatam exiſtimabant.“ et reliqua in eandem ſententiam.

Jam ſententiis. cf. not. crit.

non orationes modo ſunt refertae, ſed libri etiam philoſophorum: qui quanquam inferiora omnia praeceptis ſuis ac literis credunt, repetere tamen auctoritatem a plurimis verſibus non faſtidierunt. Neque eſt ignobile 40
exemplum, *Megareos ab Athenienſibus, cum de Salamine contenderent, victos Homeri verſu*, qui tamen ipſe non in omni editione reperitur, ſignificans *Ajacem naves ſuas Athenienſibus junxiſſe*. Ea quoque, 41
quae vulgo recepta ſunt, hoc ipſo, quod incertum auctorem habent, velut omnium fiunt: quale eſt, *Ubi amici, ibi opes:* et,

hujus initio, ubi *Nam* edd. ante Obr. exc. Camp. et Aldo. Illic quidem mei MSS. *Jam*, quod valet *porro*. Hic autem, ubi nulla quaeſtio, *nam* aptius, relate ad ſententiam ſuppreſſam. cf. 2, 11, 7. Sed MSS. et hic *jam* cum plerisque edd.

40. *Megareos:* Turic. Guelf. *megarius* cum Voſſ. 1. 3. Bern. Jenſ. et edd. ante Ald. exc. Camp. Tarv. qui *Megarios* cum Bad. pr. Noſtrum in Vall. Dicas graece ſcriptum fuiſſe μεγαρείους, ſed hoc analogia caret, cum μεγαρεῖς dicantur, nec convenit graecus accuſativus inter Latina. Forma eſt inſolens, pro qua *Megarenſes* malis; ſed apud Ciceronem quoque *Megareus*, brevi penultima ut *Phalereus*.

qui quanquam — faſtidierunt. Male diſſimulatur indignatio, et contemtus philoſophorum. cf. Prooem. 9 — 17.

40. *Megareos.* cf. not. crit. Verſus eſt Il. 2, 558. de quo cf. in primis Villoiſonum in Proll. Homerr. ejusque κριτὴν in A. L. 2, 91. 1, 250. vide et Ariſtot. Rhet. 1, 15, 13. Ἀθηναῖοι Ὁμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο, περὶ Σαλαμῖνος. item Plutarch Solon. p. 83. C. D. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῷ Σόλωνι συναγωνίσασθαι λέγουσι τὴν Ὁμήρου δόξαν. ἐμβαλόντα γὰρ αὐτὸν ἔπος εἰς νεῶν κατάλογον ἐπὶ τῆς δίκης ἀναγνῶναι κ. τ. λ. cf. Strabon. p. 394.

41. *Ubi — opes.* cf. Eraſm. Adag. 1, 3, 24. Locus eſt apud Plautum Trucul. 4, 4, 32 ubi hoc ipſum proverbium legitur in aliquot libris, ſed ita, ut cogamur praeferre

Conſcientia mille teſtes: et apud Ciceronem, 449
Pares autem (ut eſt in vetere proverbio) cum paribus maxime congregantur. neque enim duraſſent haec in aeternum, niſi vera omnibus viderentur. 42 Ponitur a quibusdam, et quidem in parte prima, Deorum auctoritas, quae eſt ex reſponſis, ut, *Socratem eſſe ſapientiſſimum.* Id rarum eſt: tamen utitur eo Cicero in libro de aruſpicum reſponſis, et in concione contra Catilinam, cum *ſignum*

42. *ut eſt in.* Haec omittunt libri Ciceroniani. Quintilianei quidem omnes dare videntur. Et reponenda cenſeo apud Ciceronem, cujus fine iis eſt abrupta oratio.

maxime. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. Goth. Reliqui *facillime* cum Cicerone.

42. *Id — tamen.* Turic. *idearum eſt non ſine uſu tamen* cum Alm. (cf. § 35. 5, 12, 6). Sed et Camp. *I. r. eſt non ſine uſu t.* Additamentum illud, etſi per ſe non diſplicet, cum praeſertim *tamen* facilius et conſuetius ſtruatur cum eo, tamen ob id quod mox eſt *utitur*, minus elegantem habet *utendi* iterationem. Neque Turic. caret gloſſematis cf. praef. noſtr. p. 47. *cum — C.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *cauſam* cum Voſſ. 3. proclivi errore poſt *cum* ante *C. Caeſ.*

plerorumque MSS. ſcripturam „ubi amici ibidem opus" quoniam orationis occaſio eo magis ducit.

conſcientia — teſtes Hoc uno loco legi videtur hoc proverbium apud antiquos.

apud Ciceronem. De Senectute c. 3. Non prorſus eadem, quae in libris Ciceronianis, hic leguntur. cf. § 32.

42. *in libro — reſponſis.* Ita enim fert omne hujus orationis conſilium, ex ipſa inſcriptione manifeſtum. De *libro* cf. 5, 10, 98. An hic ἀκριβεία Quintiliani deprehendatur cf. ad 4, 1, 68. Poteſt ſane in hac quidem oratione ſic defendi noſter, ut verum ipſe tractaverit Ciceronis opus, ſuppoſitium ne viderit quidem, quoniam nullum inde locum excitat.

contra Catilinam. 3, 8. 9. *Concio* haec eſt et ſecunda, reliquae *ſententiae* cf. 3, 8. 65.

Jovis columnae impoſitum populo oſtendit: et pro Ligario, *cum cauſam C. Caeſaris meliorem, quia hoc Dii judicaverint, confitetur.* Quae cum propria cauſae ſunt, *divina teſtimonia* vocantur: cum aliunde arceſſuntur, *argumenta.* Nonnunquam contingit judicis 43
quoque, aut adverſarii, aut ejus, qui ex diverſo agit, dictum aliquod aut factum aſſumere ad eorum, quae intendimus, fidem. Propter quod fuerunt, qui exempla et has auctoritates inartificialium probationum eſſe arbitrarentur, quod ea non inveniret orator, ſed acciperet. Plurimum autem refert. Nam *teſtis*, et *quaeſtio*, et his ſimilia, de 44
ipſa re, quae in judicio eſt, pronunciant; extra petita, niſi ad aliquam praeſentis diſceptationis utilitatem ingenio applicantur, nihil per ſe valent.

Sed Camp. reſarcit peccatum inſerens *partem* poſt *meliorem*; ſolus quantum video. Scripſi *C.* pro reliquorum *Caji* auctoribus Guelf. et Camp. cf. § 15. 6, 1, 31.

43. *cont. jud.* Turic. Camp. inſerunt *ut* cum Alm. Sed mox pro *aſſumere* Camp. ſolus *aſſumant*, male utrumque.

inart. prob. Sic Turic. Camp. Reliqui *prob. inart.* cf. § 23. 6, 12, 5.

44. *Nam teſt.* Turic. Camp. inſerunt *et.* Errorem interpretor, natum ex ſimilibus, quae ſequuntur, literis.

ſim. de ipſa. Sic Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. Sed Turic. *ſ. et ipſ.*, a ſec. manu *ſ. et ex i.* Camp. *ſ. ex ipſa.* Reliqui *ſ. et d. i.*

applicantur. Camp. *applicentur* cum Obr. Sed ille mox etiam *valeant* pro *valent.*

pro Ligario. c. 6. „cauſa — „nunc melior certe ea judi„canda eſt, quam etiam dii „adjuverunt."

44. *applicantur.* cf. idem verbum 4, 1, 30. Sed ibi natura, hic conſulto; ut 5, 7, 27.

XII. Haec fere de *probatione*, vel ab aliis 450
tradita, vel usu percepta, in hoc tempus
sciebam. Nec mihi fiducia est, ut ea sola
esse contendam: quin immo hortor ad quae-
rendum, et inveniri posse fateor: quae tamen
adjecta fuerint, non multum ab his abhorre-
bunt. Nunc breviter, quemadmodum sit
2 utendum his, subjungam. Traditum fere
est, *Argumentum oportere esse confessum. dubiis enim probari dubia qui possunt?* Quae-
dam tamen, quae in alterius rei probationem
ducimus, ipsa probanda sunt. *Occidisti virum, eras enim adultera.* Prius de adul-
terio convincendum est, ut, cum id coeperit
esse pro certo, fiat incerti argumentum.
Spiculum tuum in corpore occisi inventum est: negat *suum:* ut probationi prosit, proban-
3 dum est. Illud hoc loco monere inter neces-
saria est, nulla esse firmiora, quam quae ex
dubiis facta sunt certa. *Caedes a te commissa est, cruentam enim vestem habuisti.* non est
tam grave argumentum, si fatetur, quam
si convincitur. Nam si fatetur, multis ex
causis potuit cruenta esse vestis; si negat,
hic causae cardinem ponit, in quo si victus
fuerit, etiam in sequentibus ruit. Non

3. *cru. enim.* Guelf. Camp. omittunt *enim* cum multis apud Burm. et edd. ante Bad. qui recepit ex conjectura Regii. Sed Turic. habere videtur.

cardinem. Guelf. Camp. *ordinem.*

2. *qui possunt.* Malis *posse.* 49 *necessaria* pro *necesse* Jens.
3. *inter necessaria.* Malim *interim, necesse.* Sic 5, 13, et edd. ante Ald. cf. et not. crit. ad 5, 10, 69.

enim videtur in negando mentiturus fuiſſe, niſi deſperaſſet, id poſſe defendi, ſi confiteretur. Firmiſſimis argumentorum ſingulis 4
inſtandum, infirmiora congreganda ſunt: quia illa, per ſe fortia, non oportet circum-
15 ſtantibus obſcurare, ut, qualia ſunt, appareant: haec, imbecilla natura, mutuo auxilio ſuſtinentur. Itaque, ſi non poſſunt 5
valere, quia magna ſunt; valebunt, quia multa ſunt, quae ad ejusdem rei probationem omnia ſpectant. Ut, ſi quis hereditatis gratia hominem occidiſſe dicatur, *Hereditatem ſperabas, et magnam hereditatem, et pauper eras, et tum maxime a creditoribus appellabaris: et offenderas eum, cujus eras heres, et mutaturum tabulas ſciebas.* Singula levia ſunt, et communia: univerſa vero nocent, etiamſi non ut fulmine, tamen ut grandine. Quaedam argumenta ponere ſatis 6

5. *Itaque ſi non.* Guelf. *Itaque non* cum Goth. quanquam hic expreſſe *Ita quae non.* Et hoc blanditur; ſed vetuſtiſſimi quique vulgatam. *magna ſunt.* Sic Turic. Camp. cum Voſſ. 1. 3. Bern. Vall. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. item a Leidenſi inde ad Burm. Reliqui *non* inferunt, quod conjecit Regius. cf. ad 4, 2, 29. Nequaquam neceſſario. *er. her.* Sic Turic. Camp. Reliqui *her. er.* cf. 5, 11 43 item hic § 14. *nocent.* Turic. Camp. *valent* cum Alm. Obr. Equidem varietatem oſtendi vellem in *vero*, quod dici non poteſt quantum jaceat. Scribam *reo.*

4. *Firmiſſimis — ſuſtinentur.* Haec ipſa, at quam eleganti elocutione comprehenſa, cf. ad 4, 2, 82.

5. *communia* i. e. non hujus propria. vid. 4, 1, 71. *vero nocent.* cf. not. crit. *etiamſi — grandine.* Elegantiſſima ſimilitudo, quam eſſe Lyſiae, referente Demetrio Phalereo, ſi modo is eſt auctor, in libello de elocu-

potentiſſimum putat ex eo, qui dicit, ſi *ſit vir bonus:* quod ut optimum eſt; ita longe quidem, ſed ſequitur tamen, *videri.* Inde enim illa nobilis Scauri defenſio, *Q. Varius Sucronenſis ait Aemilium Scaurum rempublicam populi Romani prodidiſſe; Aemilius Scaurus negat.* Cui ſimile quiddam feciſſe Iphicrates dicitur, qui cum Ariſtophontem,

9. *bonus.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *optimus.*

10. *Q. Var.* Sic Goth. (tac. Geſn.) *qua V.* Turic. *quae V.* Guelf. Voſſ. 1. *quam V.* Camp. Reliqui *Quintus V.*

Sucronenſis. Guelf. Camp. Tarv. *Veronenſis* cum aliquot Valerii Max. libris.

poſt memoratas *probationes ductas ex affectibus*, ſequitur uſum ſuum, et fortaſſe Latinorum, *affectus* vocabulo utrumque appellantium, et πάθος et ἦθος. vide 6, 2, 8. 9. monente rectiſſime Capperonnerio. Graeci quidem, auctore Ariſtotele l. c. § 3. tres fecerunt probationum ſpecies: *αἱ μὲν γὰρ εἰσιν ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος· αἱ δὲ ἐν τῷ τὸν ἀκροατὴν διαθεῖναί πως* (cf. § 5 ubi adjicitur *ὅταν εἰς πάθος ὑπὸ τοῦ λόγου προαχθῇ*)· *αἱ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι.* cf. et Lex. Rhet. Ern. Gr. vocibus *πίστις, ἠθικόν.* item Voſſ. Inſtitutt. oratt. l. 1. p. 9.

10. *Scauri defenſio.* cf. 5, 13, 55. M. Aemilius Scaurus princeps ſenatus, alterum et ſeptuageſimum aetatis annum agens, A. U. C. 663 L. Marcio Philippo Sex. Julio Caeſare Coſſ., accuſatus eſt a Q. Vario trib. pl. concitatorum mercede accepta in arma ſociorum; et verbo repulit crimen. vide Freinsh. in Suppl. Livianis l. 71. c. 42. Et Valerius Max. et Aſc. Pedianus minus brevem ponunt Scauri reſponſionem. Noſtri ratio plurimum habet et acuminis et majeſtatis; ſed fortaſſe rhetore dignior eſt quam principe ſenatus Romani. Eximias Scauri laudes vide apud Cic. pro Fontejo c. 7. Pro Sextio c. 47. aliisque locis.

Iphicrates. Hoc ipſum narrat Ariſtoteles Rhet. 2, 23, 7 (qui reſponſum ex tragoedia ſumtum ſignificat) item Ariſtides ed. Jebbii T. 2. p. 585. Comparat Valckenaerius locum Telephi Euripidei qui ſic

quo accuſante ſimilis criminis reus erat, interrogaſſet, *An is accepta pecunia rempublicam proditurus eſſet?* isque id negaſſet; 453 *Quod igitur*, inquit, *tu non feciſſes, ego feci?* Intuendum autem et, qui ſit, apud 11 quem dicimus: et id, quod illi maxime probabile videatur, requirendum. qua de re locuti ſumus et prooemii et ſuaſoriae praeceptis. Altera ex affirmatione probatio eſt, 12

igitur. Turic. Camp. *dicis* cum Alm.

tu non feciſſes. Turic. *te n. feciſſes* cum Alm. Sed ille a ſec. manu *te n. feciſſe* et ſic Camp. Male haec omnia recedunt a vulgata. *ego feci.* Camp. inſerit *non.* Male. cf. ad 4, 2, 29.

11. *et prooem.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1, 2. 3. Goth. et edd. ante Ald. Auctore Regio hic pro *et* dat *in.* Bad. inſerit *in*, ut et mox ante *ſuas.* Reliqui ſemel inſerunt ante *pro.* Regii ratio mutandi melior, ſed non appareret in ea, diverſis hoc locis fieri; nec puto quidquam obſtare, quo minus *loqui* ſtruatur cum ablativo inſtrumenti, vel intelligatur etiam praepoſitio utroque loco, quam quidem ipſam poni nec ſemel nec bis liceat per ſententiam et venuſtatem.

12. *Altera.* Sic omnes, niſi quod ex Turic. notatur: *altera lipa.* In poſtremis latet profecto *aliqua.* Quod hinc effingas: *At et aliqua*, parum ſatisfacit. Ad ſententiam tamen melius recepto. *aff. — Ego.* Turic. omittit *prob.*

habet: Ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἐδρᾶτε· τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἰόμεσθα; vid. Fragm. Eurip. Valk. p. 211. Cum hiſce cf. Pearcium ad Longin. Segm. 10. item Alexandri reſponſionem „Et ego ſi eſſem Parmenio" de qua vide Weſſel. ad Diod. 17, 53. De *Ariſtophonte* (pro quo et Regius hoc loco *Antiphontem* [cf. 3, 1, 11.] videtur legiſſe, et Scholiaſtes Ariſtotelis) quaerentibus cumulate ſatisfaciet Ruhnkenius in hiſt. Crit. Oratt. p. 45. cui adde Wolfium ad Leptineam p. 367.

11. *prooemii — ſuaſoriae praeceptis.* vid. 4, 1, 17 — 22. item 3, 8, 36—48. cf. not. crit.

12. *ex affirmatione.* cf. 3, 13, 55. 4, 2, 125 *affirmandi* 11, 1, 28. 4, 2, 93. 7, 2, 15.

Ego hoc feci: Tu mihi hoc dixisti: et, *O facinus indignum!* et similia. quae non debent quidem deesse orationi, et, si desunt, multum nocent: non tamen habenda sunt inter magna praesidia, cum hoc in eadem causa fieri ex utraque parte similiter possit.
13 Illae firmiores ex sua cujusque persona probationes, quae credibilem rationem subjectam

est. Camp. *prob.* solum, ut et Alm. (cf. §. 6. 14). Sed pro *est* Camp. *fit.*

11, 3, 2. item 5, 11, 17. quibus locis manifestum fit, *affirmationem* plane significare quod *asseverationem*, quam frustra hic reponere volebat Regius, aliquot edd. obsecundantibus. Eam eadem potestate habes et 1, 4, 20. Conjungitur *asseverationis* sive *affirmationis* in probando vis cum *affectibus*, quoniam et ipsa affectum dicentis ostendit. Tanto minus assequor, quare *altera* dicatur haec esse ex affirmatione probatio, nec quidquam circumspicio, quo hic numerandi ordo referri possit, quod miror neminem adhuc eorum, qui haec legerent, male habuisse. Erat cum sufficere videretur, si *altera* respiceret ad *potentissimum* illud § 9, quasi illa *prima* esset probatio, haec *altera* i. e. secunda, minus potens. Sed illud Aristotelis erat deterendum, non nostri ipsius. cf. not. crit. Exemplorum quidem ejusmodi affirmationis, quae mox ponuntur, non nisi postremum speciem habet affectus; reliqua duo indicare tantum videntur. Sed est in hoc ipso, si gravis sit dicentis persona, affirmatio probationis vicaria; neque opus, id quod sit a vetustis fere interpretibus, interrogandi formam dare hisce, quod alienum quoque fuerit.

O — indignum. Citant fere Terent. Andr. 1, 1, 129. Sed equidem ullum scriptoris alicujus locum obversatum Quintiliano, non credo, ut neque in proximis istis.

et — nocent. Nemo, opinor, calumniabitur scriptorem in hisce, quae sane in risum possunt verti, si quis urgeat, ea, quae desint, tamen nocere. Neque illico glossam interpretor, quanquam si absint haec verba, nihil magnopere decedat sententiae.

habent: ut *vulneratus*, *aut filio orbatus, non fuerit alium accusaturus*, *quam nocentem*; *quando*, *si negotium innocenti facit*, *liberet eum noxa*, *qui admiserit*. Hinc et patres adversus liberos, et adversus suos quisque necessarios auctoritatem petunt. Quaesitum 14
etiam, potentissima argumenta primone ponenda sint loco, ut occupent animos? an
454 summo, ut inde dimittant? an partita primo summoque; ut Homerica dispositione in medio sint infirma? an a minimis crescant?

13. *habent*. Turic. Camp. *habeant* cum Alm. Non male.

14. *ut Hom.* Turic. *quodquod h.* Alm. *quidquid h.* (cf. § 12 item mox). Camp. *quod* et hoc Turic. quoque a secunda manu. Error ortus ex *summoque* extremo, cujus *qu.* coaluit cum sequente *ut* in *quot*. cf. 5, 5, 2.

13. *negotium — facit*. Hoc esse pro *accusando* animadverterunt VV. DD. ablegantes ad Cic. ad Div. 3, 10 init. Ipso nostro *facere* (non *facessere*) utitur Gellius 3, 16.

noxa — admiserit. An: *noxam qui admiserit?* Vel transponendo (cf. not. crit. ad § 5): *qui noxam admiserit?* Locutio est apud Ulp. Digest. 47, 2, 41, 3. cf. Oudend. ad Sueton. Caes. c. 81. p. 131.

adversus — necessarios. Quia nisi coacti nunquam eos fuerint in jus vocaturi.

14. *ut inde dimittant*. Cave aliud subjectum agnoscas, quam *potentissima argumenta*. *Inde* interpretare *a summo* i. e. postremo, *loco*. *Dimittunt* argumenta judicem ad sententiam ferendam. cf. 6, 1, 10.

Homerica dispositione. Il. 4, 299. κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν. Cic. de Or. 2, 77. „Si „qua erunt mediocria — in „*mediam* turbam, atque in „gregem conjiciantur.“ vid. et 6, 4, 22. 7, 1, 10.

an — crescant. *An* est a Regio, cum in MSS. sit *aut*. Equidem malim *an*, *ut* (vide not. crit. ad 5, 11, 6). Non enim quaeritur, an *crescant*, sed an *crescere debeant*. Conjunctivi isti *occupent*, *dimittant*, *sint*, a suo quisque *ut* pendent, quo et hic opus, ad orationem levigandam et

Quae, prout ratio cauſae cujusque poſtulabit, ordinabuntur, uno (ut ego cenſeo) excepto, *ne a potentiſſimis ad leviſſima decreſcat oratio.* Ego haec breviter demonſtraſſe contentus, ita poſui, ut locos ipſos et genera, quam poſſem apertiſſime, oſtenderem. Quidam executi ſunt verboſius, quibus placuit, propoſita locorum communium materia, quo quaeque res modo dici poſſet, oſtendere: ſed mihi ſupervacuum videbatur. Nam et fere apparet, quid *in invidiam*, quid *in avaritiam*, quid *in teſtem inimicum*, quid *in potentes amicos* dicendum ſit: et de omni-

prout rat. Turic. *ut pro ratione* cum Alm. (cf. mode, item § 18), conjunctis tranſponendi (cf. § 5. 21) et male jungendi (cf. 5, 10, 113. 5, 13. 45.) erroribus.

16. *invidiam.* Turic. Guelf. Camp. *injuriam* cum MSS. omnibus (niſi quod tacentur Bal. Voſſ. 2. 3.) et edd. ante Gryph. exc. Bad. utr. Reliqui noſtrum e Regii conjectura. Poſſis *injuriam* accipere ſuperbiam ſuperioris in inferiorem, ὕβριν, aut proprie ſignificatam eam, de qua egimus ad 2, 2, 5 quibus adde Burm. ad Decl. Qu. 259. Sed leniſſima eſt Regii emendatio, in qua fere non niſi una literula R in D mutetur. Accedit non diſſimilis locus 5, 2, 3 „gratia — *invidia.*“

in pot. am. Turic. Camp. *pro teſte amico* cum Goth. Bal. Ioann. et edd. ante Stoer. quo accedunt Gibſ. Obr. Multi MSS. ſileutur, inter hos Bodl., negligentiſſime. Sed noſtram praeter Bern. dat Guelf. Illa ſcriptura facile ex noſtra corrum-

emendandam. Ceterum *a minimis creſcentia argumenta* non ſunt eadem ac *ſummo loco poſita potentiſſima.*

15. *propoſita — materia.* Voluerunt inter docendum et ipſi oratores videri. De *locis* cf. 5, 10, 20.

16. *in invidiam.* cf. not. crit.

in potentes amicos. Exemplum Geſnerus ponit Ciceronem pro Roſcio Amerino, Chryſogono, potenti Erucii, vel potius T. Roſcii, amico, obſtantem. Burm. multis ve-

bus his omnia dicere infinitum eſt; tam hercule, quam ſi controverſiarum, quae ſint, quaeque futurae ſint, quaeſtiones, argumenta, ſententias tradere velim. Ipſas autem 17
argumentorum velut ſedes non me quidem omnes oſtendiſſe confido, plurimas tamen. Quod eo diligentius faciendum fuit, quia declamationes, quibus ad pugnam forenſem velut praepilatis exerceri ſolebamus, olim jam ab illa vera imagine orandi receſſerunt,

pebatur (*pro tetes amicos, pro teſte amico*) ab iis, qui putarent *inimico teſti* viciſſim *amicum teſtem* reddi debere. Sed inanis eſt iſta concinnitas; neque enim magis *pro* teſte amico, quam *contra* eumdem locus communis poteſt explicari. Univerſus autem ille locus, *pro teſtibus, in teſtes* (vid. 5, 7, 4), propter reliqua hic poſita exempla et addita adjectiva *amico, inimicum*, hinc eſt alienus. Sic recedendum mihi duxi a ſummae auctoritatis libris. *his omn.* Turic. Camp. inſerunt *et* cum Alm. Obr. quod improbare recte videtur Burm. elegantiam in geminandis iſtis *omnibus — omnia* quaeſitam veteribus, exemplis non paucis, oſtendens ad 9, 3, 56. et ablegans ad Manut. in Cic. Epiſt. ad Div. 5, 12. p. Graev. 237. adde not. crit. ad 4, 2, 121. *hercule.* Guelf. *hercle*, ſolus.

ſint — ſint. Sic Turic. ſed priore loco a ſec. demum manu. Poſteriore et Guelf. Camp. cum edd. ante Bad. Reliqui *ſunt — ſunt.*

terum locis oſtendit, *amicos* ita dici ſolitos qui gratioſi eſſent apud principem. Et eſt ſane *potentia* eorum in neceſſitudine principis, *amicos* tamen (aliter ac Burm.) ipſius adverſarii intellexerim. *Locos communes* aliquoties vidimus verſari in invehendo, objurgando, vid. 2, 4, 22. quo ipſo defenditur noſtra ſcriptura, de qua cf. not. crit.

17. *praepilatis.* Dialogus de oratt. c. 34. *rudibus*, alia imagine, poſt praeclaram Lipſii emendationem pro *ſudibus*, ut et Cic. de opt. gen. or. c. 6. Haec autem de neglectu probationum nimis gemina ſunt prioribus 5, 8, 1 — 4.

ſolebamus. Olim hoc fiebat; nunc, exercitationis cauſa hoc fieri obliti, ſine ullo ad opus ipſum reſpectu declamamus.

atque ad ſolam compoſitae voluptatem, nervis carent: non alio medius fidius vitio dicentium, quam quo mancipiorum negotiatores formae puerorum, virilitate exciſa, 18 lenocinantur. Nam, ut illi robur ac lacertos, barbamque ante omnia, et alia, quae natura propria maribus dedit, parum exiſtimant decora, quaeque fortia, ſi liceret, forent, ut dura molliunt: ita nos habitum ipſum orationis virilem, et illam vim ſtricte robuſteque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus: et, dum levia ſint ac nitida, quantum valeant, nihil intereſſe arbi- 19 tramur. Sed mihi, naturam intuenti, nemo non vir ſpadone formoſior erit: nec tam averſa unquam videbitur ab opere ſuo providentia, ut debilitas inter optima inventa ſit: nec id ferro ſpecioſum fieri putabo, quod, ſi 456

18. *propria.* Turic. Guelf. Camp. *proprie* cum Voſſ. 1. 3. Goth. *eute operimus.* Turic. *cui coeperimus* cum Alm. (cf. 14. 20). Sed ille a ſec. manu *vi premimus.* Bodl. Bal. *vi operimus.* *ſint ac.* Turic. Guelf. Camp. *ſunt a.* Male.

19. *ſpecioſum.* Turic. Camp. *ſpecioſiſſimum* cum Alm.

non alio — lenocinantur. De *non alio* cf. 4, 5, 5. Auget haec forma vehementiam aptiſſimae ſimilitudinis, habentem affectum viri boni. Alia in emendis ſervis inſania notatur 2, 5, 11.

18. *ſtricte* i. e. nervoſe cf. Prooem. 24. „*aſtringi* nervis.“

tenera — cute. Hic *cutem* dixit cum contemtu; alibi *corpus, carnem* cum laude cf. § 6. 5, 8, 2.

levia. vid. 2, 5, 9.

19. *nemo non.* vid. 3, 1, 6. item 4, 1, 73.

nec tam averſa — providentia. cf. 1, 12, 19. Stoïcum arguit haec *providentiae* commemoratio. vid. not. ad 3, 5, 6. it. 6. Pro. 13. Sed cf. 6 Pro. 4.

naſceretur, monſtrum erat. Libidinem juvet ipſum effeminati ſexus mendacium, nunquam tamen hoc contiget malis moribus regnum, ut, ſi qua pretioſa fecit, fecerit et bona. Quapropter eloquentiam, licet hanc 20
(ut ſentio enim, dicam) libidinoſam reſupina voluptate auditoria probent, nullam eſſe exiſtimabo, quae ne minimum quidem in ſe indicium maſculi et incorrupti, ne dicam gravis et ſancti viri, oſtendet. An vero ſtatua- 21
rum artifices, pictoresque clariſſimi, cum corpora quam ſpecioſiſſima fingendo pingendove efficere cuperent, nunquam in hunc

contiget. Turic. Camp. *contingeret* (cf. 5, 11, 4). Voſſ. 1. *contingere.*

20. *reſupina.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *reſupinum* cum edd. ante Gryph. exc. Badio qui correxit.

maſculi. Sic Turic. cum Alm. (cf. § 18. 21). Reliqui *maſculini.* *oſtendet.* Turic. *oſtentet.* Camp. *oſtendat.* Non admonitus haeſi in futuro, pro quo praeſens conjunctivi malebam. Blanditur Turic. ſcriptura. *Oſtentare* enim h. l. citra reprehenſionem dici videtur in eo, quod laudi nobis ducimus, aliisque incitamenti cauſa oſtendimus. vid. Barth. ad Stat. Thebaid. 7, 620.

21. *An vero.* Jenſ. *At vero* cum edd. ante Baſ. exc. Aldo. cf. 2, 5, 16. 6, 2, 30. *ſpecioſiſſima.* Guelf. *ſpecioſiſſime* cum Jenſ. Tarv. *efficere.* Sic Turic. Aliquot MSS. *effingere* dare narrantur; meorum quidem nullus, nec Camp. Falſo Bodl. recenſet Burm. tacente Gibſ.

nunquam — regnum. cf. 2, 5, 12. 1, 6, 44.

fecit — fecerit. Quod ſubjectum? An forte *libido?* Malim *fecerunt — fecerint.* Et pro hoc Goth. *ferent.*

20. *auditoria.* cf. 2, 11, 3. 2, 21, 21. 10, 1, 36. item Dial. de Oratt. c. 29. et paſſim. Sed idem et in veris judiciis uſurpat c. 39.

oſtendet. cf. not. crit.

21. *An vero — nos.* vid. 2, 5, 16. Etiam ſimilior forma 12, 1, 21. „An vero M. „Antonius — ego non“ cet. item 6, 2, 30.

inciderunt errrorem, ut *Bagoam* aut *Megabyzum* aliquem in exemplum operis ſumerent ſibi, ſed *Doryphoron* illum aptum 457

neque Alm. recte, ut opinor (cf. § 20. item mox hac §). vide de hoc loco Oudend. ad Suet. Dom. 19. Dant quidem pravum illud *effingere* edd. meae a Jenſ. inde ante Stoer. quo acc. Rollinus. *Bagoam.* Turic. *Bachiam* cum Alm. Bodl. Jenſ. et edd. ante Bad. niſi quod Ald. duplicato *c. Baguam* Goth. (tac. Geſn.). Noſtrum expreſſe Guelf. Camp. Vall. Neque eſt quod in ignoto vocabulo veteres libros moremur.

Megabyzum. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *Megabuxum* cum edd. ante Ald. et aliquot Burm. confuſe notatis. Camp. *Negabuſum.* *ſumerent.* Turic. Guelf. *ſumere* cum Voſſ. 1. et Baſil. Sed Alm. *aſſumerent* (cf. modo hac §. item § 22.) cum edd. ante Stoer.

aptum. Turic. *actum* (a ſec. manu *mactum*) illud cum Alm., hoc cum Voſſ. 1. et Obr. Noſtrum Guelf. Goth. Camp.

Bagoam — Megabyzum. Solita fuerunt eunuchorum nomina. vide Plin. H. N. 13, 4, 9. „in horto Bagoi" (genitivus graecus eſt) „*ita enim* „*vocant*" [Perſae] „*ſpadones.*" Strabo l. 14. p. 641. Ἱερέας δ' εὐνούχους εἶχον (Epheſii) οὓς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους (vel Μεγαβύζους ut ait Caſaubonus, eodem enim redit). Megabyzos in aula Perſarum appellatos multos, plurimi auctores ſunt. De Megabyzo vide Hemſterhus. ad Luciani Timon. Vol. Bip. 1. p. 382 ſeqq. et interpp. ad Ael. 2, 2. De Bagoa Lucian. Eunuch. Vol. Bip. 5 p. 204 ſeqq. et interpp. Adde Boſium in indice Corn. Nep. voce *Bagaeus.* Namque et hoc plurimorum nomen proprium. Obſtat tamen quodammodo Plinius Quintiliano l. 35. c. 10, p. Hard. 697. Megabyzum in pompa Dianae pictum ab Apelle referens, ſed neque ſolum, neque de induſtria, tanquam exemplar formae.

Doryphoron illum. Polycleti, cf. Plin. H. N. 34, 8. (quem fecit artifex „viriliter „puerum") vide et Cic. Brut. c. 86. Orat. c. 2. Cave autem Geſnero credas, effictum fuiſſe *Jovem* Doryphorum; in quem *puerilis* aetas nequaquam cadit. Fuit fatelles aliquis. Idem „*Diadumenum* fecit mol„liter juvenem" quod et ipſum Quintiliani argumentationi repugnat aliquatenus.

458 vel militiae vel palaestrae; aliorum quoque juvenum bellicosorum et athletarum corpora, decora vere existimaverunt: nos, qui ora-

Vall. Tarv. et edd. ab Aldo inde. Priores omittunt vocem. Burm. conjicit *natum*, non quidem male, sed frequens est confusio *τῶν actus* et *aptus*. vid. Drakenb. ad Liv. 40, 13, 6.

al. quoque. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. 3. Bern. et edd. ante Stoer. Reliqui *alioramque*. MSS. quidem, qui tacentur, negligenter profecto excussi sunt.

bellicosorum. Turic. Camp. *bellicorum* cum Goth. Alm. Voss. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. cf. 5, 10, 10. Nostrum dat Guelf. *corp. dec.* Sic Turic. Camp. Goth. Jens. (turbante aliquid in notando Gesn.) cum Bodl. Bern. edd. ante Stoer. (nisi quod Guelf. et Basil. transponendo inserunt *vere*). Reliqui inserunt *quae esse*. Hoc unde sit, nemo ostendit, neque ullum ei praesidium profecto in MSS. qui male silentur plurimi. *dec. vere.* Bodl. *decorare* cum Jens. et edd. ante Basil. Haec transponendo *vere dec.* cum Guelf. (cf. § 14. 5, 13, 1) non impune. Nostrum Vall. Turic. Goth. (errante Gesn.) Camp. et reliqui.

existimaverunt. Sic Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Ald. Bad. uterque, Steph. Gryph. Stoer. Chouet. Roll. Sed Turic. Camp.

vel — vel. cf. 3, 8, 49. Inde Voss. 3. scriptura *et — et*, quae est glossa.

aliorum quoque. Sic dirimere oportuit in hac scriptura, quae sola est libris firmata. Repetitur quaestio ante *aliorum*. Sed est sane quod displiceat, in ea ratione, ubi negantur artifices incidisse in hunc *errorem*, ut Bagoam in exemplum sumerent, *sed* — ut Doryphoron exemplum sumerent. Hiccine ergo et ipse error erat? Sentio equidem hoc esse calumniari; sed quidni diligens scriptor vitaverit hanc calumniam? Longe igitur melius legetur *aliorumque* pro *aliorum quoque* (leniissima emendatione, nam *quoque* et *que* saepissime confusa habes in libris, vid. Drakenb. ad Liv. 5, 27, 1: et est ea scriptura in recentioribus edd., sine auctore tamen), ubi major diremtio fiet ante *sed*, a quo deinde ordietur altera quaestio, finem habens in *existimaverunt*, verbo respondente superiori illi *inciderunt*. Eandem structuram fieri in hac nostra constitutione, contortum videtur, nisi forte *et* inserueris post *palaestrae*.

vere. Attende positum adverbii, qui jubet referre

torem ſtudemus effingere, non arma, ſed
22 tympana, eloquentiae demus? Igitur et ille,
quem inſtituimus, adoleſcens, quam maxime
poteſt, componat ſe ad imitationem veritatis:
initurusque frequenter forenſium certami-
num pugnam, jam in ſchola victoriam ſpectet,
et ferire vitalia ac tueri ſciat: et praeceptor
id maxime exigat, inventum praecipue pro-
bet. Nam, ut ad pejora juvenes laude du-
23 cuntur, ita laudari in bonis gaudent. Nunc
illud mali eſt, quod neceſſaria plerumque
ſilentio tranſeunt, nec in dicendo videtur
inter bona utilitas. Sed haec et in alio nobis 459
tractata ſunt opere, et in hoc ſaepe repetenda.
Nunc ad ordinem inceptum.

exiſtimarint cum Bodl. et recentt. edd. *exiſtimaverint* Jenſ. cum edd. ante Ald. acc. Baſil.

22. *ac.* Guelf. *aut* cum Jenſ. et Tarv. Regius correxit, et noſtram firmant libri noſtri.

exig. inv. praec. Guelf. omittit *inv.* cum Bern. Praeter Turic. Alm. Camp. inſerunt fere *et* ante *inv.*

gaudent. Turic. *laudent* cum Alm. (cf. § 21. 5, 13, 3.) ſed ille a ſec. manu noſtrum. Guelf. *mallent* cum Bern. Goth. (niſi quod hic *mallet*) et Stoer. Chouet. Leid.

23. *inceptum.* Deſinit in hanc vocem caput in Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) ut et Voſſ. 1. 2. 3. Alm.

ad verbum, ad adjectivum vetat.

tympana. Bacchica et imbellia inſtrumenta. vid. Ovid. Metam. 3, 534 — 37. Virg. Aen. 9, 617. Stat. Achill. 2, 174 — 76. cf. noſtr. 11, 3, 59 *cymbalis.*

22. *veritatis.* vid. not. ad 3, 8, 58. item 6, 1, 45.

victoriam ſpectet. cf. 5 Prooem. 1. 5, 8, 1. 10, 2, 27.

23. *utilitas.* Nihili eſt conjectura in Leidenſi poſita: *virilitas.* vid. 4, 3, 2 ſeqq.

alio — opere. cf. dicta in praefatione noſtra p. 39.

Nunc — inceptum. cf. 3, 6, 60. Ordo autem ille inceptus

(quod Cicero ſaepe teſtatur) *defendere*, quam *accuſare*. Primum, quod eſt res illa ſimplicior: proponitur enim uno modo, diſſolvitur varie: cum accuſatori ſatis ſit plerumque, verum eſſe id, quod objecerit: patronus, *neget*, *defendat*, *transferat*, *excuſet*, *deprecetur*, *molliat*, *minuat*, *avertat*, *deſpiciat*, *derideat*: quare inde recta fere, atque, ut

proponitur — varie. Turic. Camp. *p. uno modo haec v. d.* cum Alm. Hic quidem vel optimos antiquiſſimosque libros, alioqui plurimam librariorum ſimplicitatem prae ſe ferentes, vitii, nec inconſulto admiſſi, arguere cogimur. *haec* manifeſto inſertum ut opponeretur τῷ *illa res*, quapropter et *enim* expunctum. Omne hoc natum ex ignorata *proponendi* ſignificatione. Sed error profecto ſuperior ea aetate, qua deſcriptus eſt Turic. Levius eſt, quod ordo in ultimis diverſus eſt et in Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Stoer. (cf. not. prox. item § 17.) *varie diff.*, grato ſane χιασμῷ, ſed neque neceſſario et fortaſſe nimis affectato in hac dicendi tenuitate.

inde recta. Sic ſcripſi contra libros quidem omnes, de conjectura Lochmanni V. C. (vid. ejus Progr. anni 1790 priús

quod Cicero — teſtatur. Loca Ciceroniana nunc quidem in promptu nulla ſunt, quae percenſentem ejus libros, ſi ſit admonitus, fallere non poſſunt. Quod autem Turnebus ablegat ad Cic. de Offic. 2, 14, nec manifeſtam habet locus hanc ſententiam, nec ſufficiet illi *ſaepe*. Alterum, quem indicat in *oratore*, fruſtra quaeſivi. Se defendendi majorem habuiſſe conſuetudinem, teſtatur Cicero divinatione in Caecilium, et oſtendunt ipſae ejus orationes.

illa. ad propius i. e. *accuſare* refer. vid. 4, 1, 28. item hic § 12.

proponitur. Geſnerus monet hoc verbum aliquoties proprie in actore, ſeu accuſatore, a Fabio uſurpari. cf. nos ad 4, 4, 1. Manifeſta in primis loca 3, 6, 15. 5, 13, 46. Sed eſt in omni argumento utique *propoſitio*, eo ſignificatu, qui eſt in προθέσει Ariſtotelica, vid. 3, 9, 5; ut *proponere* poſſit dici pro *probando*, *affirmando*.

deſpiciat. cf. 4, 1, 38. 6, 13, 22.

inde — hinc. i. e. a parte accuſatoris — a parte patroni.

ſic dixerim, clamoſa eſt actio: hinc mille flexus et artes deſiderantur. Tum accuſator
160 praemeditata pleraque domo affert: patronus etiam inopinatis frequenter occurrit. Accuſator dat teſtem: patronus ex re ipſa refellit. Accuſator criminum invidia, vel ſi falſa ſint, materiam dicendi trahit, *de parricidio*, *ſacrilegio*, *majeſtate*: quae patrono tantum neganda ſunt. Ideoque accuſationibus etiam mediocres in dicendo ſuffecerunt: bonus defenſor nemo, niſi qui eloquentiſſimus, fuit.

p. 5. item anni 1776. p. 5 ſeqq. et 1778. p. 3.) In illis enim *indirecta*, unde vir doctus effecit *inde directa* ablegans ad 2, 13, 4. Poterat et hic ad § 11. Sed praeſtat profecto ſimplex *recta*. Geſnerum, pro *clamoſa* ingenioſe ſane conjectantem *dumoſa*, alieno loco quaeſiſſe ulcus, docet veritas reperta a Lochmanno.

3. *Tum.* Guelf. omittit cum Bern. Ald. Leid. Gibſ. *cum* Camp. *vel ſi.* Sic Camp. Omittit *ſi* Turic. Etiam hoc feras, quanquam vehementius. Reliqui *etſi.*

ſint. Sic Guelf. Reliqui *ſit.* Invidia criminum nunquam eſt falſa. Nec verbum ſubſtantivum poſiturus erat, ſi *falſa* eſſet ſingularis.

Sic 5, 7, 33. 6, 1, 6. Cic. pro Cluentio c. 30. *iſtinc — hinc.*

recta — clamoſa. vide *recta* 10, 5, 8 *clamoſe* 11, 3, 45 indicante Lochmanno V. C. Adde *recta* 6, 1, 2.

3. *criminum — trahit.* Geſnerus, contra libros, velit *a* praepoſitionem poni ante *crim.* Ignoro ſane, ubi veteres ſtruxerint *trahere* ſolo ablativo, niſi forte φυσικῶς, ut *fonte, caverna.* Si quid addi debet malim *e* ante *c.* cf. 4, 2, 93.

accuſationibus — mediocres. Monet Geſnerus, propterea adoleſcentes fere in accuſatione aliqua illuſtri poſſiſſe tirocinia. Sed hujus rei non in ſola facilitate erat ratio. Erudite de hoc more diſputat Boettigerus in prolusione anni 1794 p. 5. ablegans ad Qu. 12, 7, 3. et apponens egregium Plutarchi locum: (Ῥωμαῖοι) καὶ πάνυ τοὺς νέους

Nam, ut, quod ſentio, ſemel finiam, tanto eſt accuſare, quam defendere, quanto facere, quam ſanare, vulnera, facilius. Plurimum autem refert, et *quid* protulerit adverſarius, et *quomodo*. Primum igitur intuendum eſt, id, cui reſponſuri ſumus, proprium ſit ejus judicii, an ad cauſam extra arceſſitum: Nam, ſi eſt proprium; aut negandum, aut defendendum, aut transferendum. extra haec in judiciis fere nihil eſt. *Deprecatio* quidem, quae eſt ſine ulla ſpecie defenſionis, rara admodum, et apud eos ſolos judices, qui nulla certa pronunciandi forma tenentur: quanquam illae quoque apud C. Caeſarem et Triumviros pro diverſarum partium hominibus actiones, etiamſi precibus utuntur, adhi-

Nam ut quod. Turic. Camp. *quanquam ut q.* cum Alm, niſi quod hic dicitur omittere *ut* (cf. 5, 12, 22. item mox hac §). Guelf. *Nam quod* cum Voſſ. 1. Illa veterum librorum ſcriptura fortaſſe eſt frugi, ſi cum vehementia dictum interpreteris et ſubaudias: *quanquam quid opus eſt tot verbis!*

4. *quid protulerit.* Turic. *qui profuerit.* (Alm. *qui profuderit* cf. modo hac § item § 5.) cum Guelf. Camp. *quid profuerit* Voſſ. 1. *arceſſitum.* Turic. Guelf. Goth. Camp. *accerſitum* cum edd. ante Roll. Sed haec cauſa acta jam eſt. vide Dausqu. in v. Neque tamen ubique in vett. libb. meis prava ſcriptura. *utuntur.* Camp. *nituntur,*

ἐβούλοντο τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπιφυομένους ὁρᾶν, ὥσπερ θηρίοις εὐγενεῖς, σκύλακας. T. 2. p. 491. E.

Nam — finiam. Elegans forma ſibi quaſi ipſius inſtantis, et ſuam tarditatem indignantis. cf. 8, 3, 56. 9, 4, 138. 11, 3, 59. ſed et hic not. crit.

5. *Deprecatio — rara.* cf. 7, 4, 17.

certa — forma. cf. not. ad 3, 10, 1.

C. Caeſ. et Triumv. cf. not. ad 3, 8, 50.

bent tamen patrocinia: nisi hoc non fortissime defendentis est, dicere, *Quid aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possemus?* Quod si quando apud Principem, 6
461 aliumve, cui, utrum velit, liceat, dicendum erit, dignum quidem morte eum, pro quo loquemur, clementi tamen servandum esse vel talem: primum omnium non erit res nobis cum adversario, sed cum judice; deinde forma deliberativae magis materiae, quam judicialis utemur. Suadebimus enim,

hoc non fort. Jens. omittit *non* cum edd. ante Ald. exc. Camp. corrigente jam Regio, sed ex aliis exemplis, non de conjectura. cf. ad 4, 2, 29. ut et proximum.

nos possemus. Turic. *n. non possumus* cum Alm. etsi hic *possemus.* cf. § 3. 8.

6. *lic. dicend.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voss. 2. Goth. Ald. Stoer. Chouet. Leid. Roll. Burm. At Jens. cum Vall. et edd. ante Ald. inserit *dicemus* quo accedunt Gryph. Gibs. Obr. Gesn. Bip. et aliquot a Gibs. memoratae. Regius, cum hoc inveniret, *dicend. er.* expunxit, retinuit *dicemus*, verissime judicans de sententia. Hunc secuti sunt Bad. Bas. Capp. De suis Codd. altum tacet Gibs. (5, 10, 64), Mysorum ultimus inter criticos. Quis in Quintiliano tulerit *dicemus, dicendum erit*, aut *primum omnium* hic in fronte novae sententiae positum? Quod fieri necesse in Gibsoni et Gesn. constitutione. *clementi.* Sic Guelf. cum Goth. Vall. pro-

fortissime. Interpretor *confidentissime* ut 5, 10, 78 non: *cum magno argumenti pondere.* cf. mox § 21.

Quid — possemus. Cic. pro Lig. c. 4. init.

6. *Quod si — talem: primum — utemur.* A vocabulo *primum* ordire apodosin, nec quidquam deesse orationi videbitur. Sin, post *dicendum erit*, absolutam putas protasin, omnia turbantur. *dicendum erit* interpretare, si tanti, *dicere cogeris, dicere necesse erit*; jam autem sequuntur ea ipsa, quae sola in tali causa dicenda relinquuntur. *primum omnium* eodem usu quo *ante omnia* cf. 4, 2, 40. Ad *utrum* cf. 5, 10, 69.

ut laudem humanitatis potius, quam voluptatem ultionis concupiſcat. 7 Apud judices quidem, ſecundum legem dicturos ſententiam, de confeſſis praecipere ridiculum eſt. Ergo, quae neque negari, neque transferri poſſunt, utique defendenda ſunt, qualiacunque ſunt: aut cauſa cedendum. Negandi duplicem oſtendimus formam: *aut non eſſe factum; aut non hoc eſſe, quod factum ſit.*

bantibus Bad. et Geſn. *clemantem* Bern. Reliqui *clementia*. Antiquitus fortaſſe *autem* ſequebatur hanc vocem, pro quo nunc eſt *tamen*.

7. *legem*. Camp. *leges* cum edd. ante Stoer. exc. Aldo. *praecipere*. Guelf. *praecipue*. *ſunt qu. ſunt*. Sic Turic. Guelf. Camp. Tarv. Stoer. Chouet. Leid. Gibſ. Obr. *ſint — ſunt* Jenſ. quod inveniens Regius tranſpoſuit, et ſic Goth. Loc. Ven. Ruſc. Ald. Bad. Baſ. Gryph. Roll. Burm. Geſn. Bip. *cedendum*. Ioann. Ald. Gryph. Stoer. Chouet. Leid. Gibſ. Roll. *cadendum*. Ioann. quidem etiam ante *cauſa* inſerit *a* quod eſt in Voſſ. 3. quoque et vett. quibusdam edd. ſed cum *ced.* Burm. ablegat ad 5, 8, 1. ubi pro *cedent* in aliquot edd. *cadunt*, item ad 2, 1, 5. ubi omnes *cedunt*. *Cedere cauſa*, collatis etiam hiſce locis, facile appareret, eſſe non ſuſcipere cauſam, tanquam non vincibilem. Sed mihi majus acumen et dignius Quintiliano ineſſe videtur noſtro loco, ſi legitur: *cadendum*. Poſuerat et antea: *ridiculum*. „Qui hoc noluerit, is etiam *cauſa cadere* optabit," quaſi hoc ſit, quod ſanus optare poſſit. Alia hic ratio eſt, quam in binis iſtis locis; cum *cauſa* enim proprie jungitur *cadere*, cum *victoria* aut *onere*, non item. Geminus locus 7, 2, 12 „cauſa „periclitandum."

7. *de conf. praecipere*. Inſtruere oratorem praeceptis tractandorum eorum apud judices criminum, quae confiteatur reus.

tranſferri. Ad alium judicem cf. 3, 6, 83. 84.

cedendum. cf. not. crit.

non eſſe — non hoc eſſe. Status conjecturalis — ſtatus finitivus, ſive *finitio*, quod vocabulum mox ponitur.

Quae neque defendi, neque transferri poſſunt, utique neganda: nec ſolum, ſi finitio poteſt eſſe pro nobis, ſed etiam, ſi nuda infitiatio ſupereſt. *Teſtes* erunt? multa in eos dicere licet. *Chirographum?* de ſimilitudine literarum differemus. Utique nihil erit pejus, quam confeſſio. Ultima eſt *actionis controverſia*, cum defendendi negandive non eſt locus, *translatio*. Atqui quaedam ſunt, quae neque negari, neque defendi, neque transferri poſſunt. *Adulterii rea eſt*, *quae*,

8 9 462

8. *differemus.* Sic Turic. Camp. item Alm. et aliquot exempla Regio viſa; probanti. Reliqui *differendum.*

translatio. Turic. Guelf. Camp. *id eſt relatio* cum Alm. (etſi is dicitur notam habere pro *eſt*, referentem aleph Hebr. cf. § 5. 13.) Goth. Voſſ. 2. 3. Vall. Bern. et edd. ante Ald. Regius correxit, et facile litera *t* potuit abire in *i*, ut ex noſtro fieret illa Codd. ſcriptura. Haec quidem omnium eſt MSS. etſi ſilentur Britannici, ubi, cum et Voſſ. 1. nulla mentio, ſuſpicio poſſit ſubnaſci, an forte Ioann. et Voſſ. 1. (cf. 4, 5, 5) dederint receptam. Sed Bodl., ſimiliter neglectum a Gibſ., recedere a Turic. Alm. non eſt credibile. Si objiceretur in edd. illud MSS. *id eſt relatio*, de gloſſa aliquid nobis ſuboleret profecto. Eadem manet ſuſpicio, ſi *id eſt translatio* ſcriptum fuit (cf. 5, 11, 3.), Geſn. quidem ipſius Qu. appoſitionem interpretatur vocem *translatio*, ſine *id eſt* ſubjectam, et poteſt commendare, quod mox eſt verbum *transferri.* Sed poterat uſurpari id, etiamſi nulla ante *translationis* propria appellatio. Malim igitur pro gloſſa expungi *translatio.* cf. *transl.* et *rel.* ad 3, 6, 23.

8. *translatio.* cf. not. crit. De re vide 3, 6, 69. 7, 5, 1.

9. *Adulterii.* Promiſcue enim in jure uſurpatur *adulterii* et *ſtupri* appellatio, cum in vidua proprie *ſtuprum* modo fiat. vide Dukerum de Latinitate ICtorum p. 122—30. Hunc quidem Fabii locum non excitant VV. DD. ſed 4, 2, 98. ubi contraria permutatio *ſtupri* pro *adulterio*, facilior illa.

cum anno vidua fuiſſet, enixa eſt. lis non erit. Quare illud ſtultiſſime praecipitur, quod defendi non poſſit, ſilentio diſſimulandum; ſi quidem eſt id, de quo judex pro-
10 nunciaturus eſt. At, ſi extra cauſam ſit adductum, et tantum conjunctum, malim quidem dicere, nihil id ad quaeſtionem, nec eſſe in his morandum, et minus eſſe, quam adverſarius dicit: tamen velut huic ſimulationi oblivionis ignoſcam. Debet enim bonus advocatus pro rei ſalute brevem negligentiae
11 reprehenſionem non pertimeſcere. Viden-

10. *ſit adduct.* Turic. Camp. inſerunt *et* cum Alm. non male, cum *extra cauſam adducere* inſolenter dicatur. Subest etiam legere: „extra *ad* cauſ. add.“ ut 4, 1, 50. „ad cauſ. „*extra* pert.“ *tantum.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Bern. Reliqui *tamen*, quod praefert Regius. Mihi noſtrum potius viſum ob id quod mox ſequitur *tamen.* cf. 4, 2, 100.

anno. Francius malebat *annum*, hic quidem non malus augur. Suſpicor noſtram ſcripturam natam ex errore male jungendi *cum* quod praepoſitionem interpretabantur (cf. 5, 12, 14. not. crit.). Eandem varietatem vide apud Drakenb. ad Liv. Epit. l. 2. Nec tamen vitioſa recepta. cf. § 27, not. crit.

lis non erit. Fuit tamen undecimi menſis partus legitimus decretus ab Hadriano vide Gell. 3, 16. indicante Turnebo.

ſtultiſſime — ſilentio. cf. 4, 2, 65.

10. *ſit adductum.* vide not. crit.

velut huic. Capperonnerius transpoſuit *h. v.*, facili emendatione (cf. not. crit. ad § 2), vide 3, 8, 45. Sed ne ſic quidem video, quare haec dicatur *velut ſimulatio oblivionis*, cum ſit ipſa ſimulatio obl. Si quo referri recte poteſt *velut*, ad *oblivionem* adjunges. Poſſis *velut* mutare in *ut vel* (cf. not. crit. ad 5, 9, 16.) et poſt *dicit* inſerere *ita.*

dum etiam, ſimul nobis plura aggredienda ſint, an amolienda ſingula. Plura ſimul invadimus, ſi aut tam infirma ſunt, ut pariter impelli poſſint: aut tam moleſta, ut pedem conferre cum ſingulis non expediat: tum enim toto corpore obnitendum, et, ut ſic dixerim, directa fronte pugnandum eſt.
463 Interim, ſi reſolvere ex parte diverſa dicta 12
difficilius erit, noſtra argumenta cum adverſariorum argumentis conferemus. ſi modo, haec ut valentiora videantur, effici poterit. Quae vero turba valebunt, diducenda erunt: ut, quod paulo ante dixi, *Heres eras, et pauper, et magna pecunia appellabaris a creditoribus, et offenderas, et mutaturum tabulas teſtamenti ſciebas.* Urgent univerſa. 13

11. *etiam ſimul.* Goth. (tac. Geſn.) Camp. inſerunt *an*, cum Andr. edd. ante Gryph. *num* Bodl. Obr. cf. 5, 4, 2. Burm. hic aliquot laudat, qui duplex *an* latinum negarint; rectiſſime illi. vid. et 7, 1, 13. *poſſint.* Jenſ. (tac. Geſn.) *ſit* cum Loc. et edd. ante Ald. Regius Graeciſmum defendi poſſe agnoſcens, recte monet, alienum tamen a Qu. more. Noſtrum et in Tarv. *directa.* Jenſ. *detecta* cum edd. ante Stoer. exc. Camp. Tarv. Ald.

13. *Urg. univ.* Turic. inſerit *jungunt.* Alm. *vingunt.* (cf. § 8. item mox). An *vincunt?* Sed videtur inconſulta ſimilium literarum iteratio.

11. *Plura — ſingula.* cf. 5, 12, 4. et hic mox § 12 *turba valebunt.*

directa fronte. cf. 2, 13, 3. 4.

12. *haec ut valentiora.* De uſu pronominis ad remotius relati cf. not. ad § 2.

paulo ante. 5, 12, 5.

magna — appellabaris. Inſolentius quod ſine praepoſitione ſtruitur *appellare*, cum alias ſit „*de* pecunia appella„re.“ Neque tamen dubia ſcriptura, nec quidquam agit Capperonnerius interpungens poſt *pecunia*, ut hoc referatur ad *erat* (malatet in *eras*), quod defendit loco gemino „Here„ditatem ſperabas *et magnam* „*hereditatem.*“

At, ſi ſingula quaeque diſſolveris, jam illa flamma, quae magna congerie convaluerat, diductis, quibus alebatur, concidet: ut, ſi vel maxima flumina in rivos diducantur, qualibet tranſitum praebent. Itaque propoſitio quoque ſecundum hanc utilitatem accommodabitur, ut nunc ſingula oſtenda-
14 mus, nunc complectamur univerſa. Nam interim quod pluribus collegit adverſarius, ſatis eſt ſemel proponere: ut, ſi multas cauſas faciendi, quod arguit, reo dicet accuſator fuiſſe: nos, non enumeratis ſingulis, ſemel hoc intuendum negemus, quia non, quisquis cauſam faciendi ſceleris habuit, et
15 fecerit. Saepius tamen accuſatori congerere

At ſi ſing. Turic. *ut ad ſ.* Alm. *ut at ſi ſ.* (cf. modo, item § 14.) Goth. *et* (non *ut*, ut Geſn.) *ſi ſ.* cum Voſſ. 2. *At ſ.* Guelf. cum Voſſ. 1. 3. Hanc ego veram puto ſcripturam, ut eſt apud Juvenalem 3, 78. „in coelum, *juſſeris*, „ibit" et ſaepe in calidiore oratione. cf. § 3.

conc. ut. Turic. *c. continetur u.* a ſec. *c. et continetur u.* cum Alm. Bodl. *c. et conteretur et* Camp. cum Andr. Pro *concidet*, opinor, Burm. malit *conſidet*. Eleganter profecto. cf. 6, 2, 31. *diducantur.* Turic. Guelf. omittunt cum Alm. Voſſ. 3., ſine ſenſu. *ut nunc.* Sic Turic. Camp. cum Alm. *ea cum* Voſſ. 1. Reliqui *u. ea n.* Poterat eſſe ſextus caſus; ſed nihil neceſſe addi.

14. *ſatis eſt.* Turic. Guelf. Camp. *ſat. e.* Alm. *ſatis e.* dare narratur, per ſphalma Burm. profecto. cf. 4, 2, 45. mox tamen omnes *ſatis.* *reo dic.* Turic. *reum d.* cum Alm. cf. § 13. item mox. *enumeratis.* Turic. *numeratis* cum Alm. cf. modo item § 16.

13. *At ſi ſingula.* cf. not. crit.

flamma — flumina. Diſplicent implicitae ſibi ſimilitudines, ſingulae quidem egregiae. cf. 2, 4, 7.

argumenta, reo diſſolvere expediet. Id autem, quod erit ab adverſario dictum, quomodo refutari debeat, intuendum eſt. Nam, ſi erit palam falſum, negare ſatis eſt: ut pro Cluentio Cicero, eum, quem dixerat accuſator epoto poculo concidiſſe, negat eodem die mortuum. Palam etiam contraria, et 16
ſupervacua, et ſtulta reprehendere, nullius
464 eſt artis: ideoque nec rationes eorum, nec exempla tradere neceſſe eſt. Id quoque (*obſcurum* vocant), quod ſecreto, et ſine teſte aut argumento dicitur factum, ſatis natura ſua infirmum eſt (ſufficit enim, quod adverſarius non probat); item, ſi ad cauſam non pertinet. Eſt tamen oratoris interim 17
efficere, ut quid aut contrarium eſſe, aut a cauſa diverſum, aut incredibile, aut ſupervacuum, aut noſtrae potius cauſae videatur

25. *dix. — epoto.* Turic. Camp. *dix. poto* omiſſis reliquis. Ex Alm. nonnihil *poto* affertur.

26. *Ideoque — non probat.* Haec omnia deſunt in Turic. Mire. Ex Alm. aliqua eorum afferuntur, neque ulla lacunae mentio. cf. § 14. 17.

27. *erat. int.* Sic Turic. Camp. Reliqui *i. a.* cf. § 2. 25. *aut a cauſa.* Turic. Camp. omittunt *a.*

25. *pro Cluentio Cicero.* c. 60.

26. *contraria.* cf. 5, 5, 5, item hic § 17. 3a. Sic et Dial. de oratt. c. 34 „ſtultae „*contrariae.*“

quod ſecreto — factum. Pſeudo-Turnebus bene ad partes vocat locum Cic. Philipp. 2. c. 4. ubi tam infirmi argumenti tractatio, in literis Ciceroni ab Antonio tributis.

ſi ad. Regius pro *ſi* malit *quod.* Equidem inſeram *quid.* Recepta quidem vitio non caret.

eſſe conjunctum. *Objicitur Oppio, quod de militum cibariis detraxerit:* aſperum crimen: ſed id contrarium oſtendit Cicero, quia iidem accuſatores objecerint Oppio, quod is voluerit exercitum largiendo corrumpere.
18 *Teſtes in Cornelium accuſator lecti a tribuno codicis pollicetur:* facit hoc Cicero ſupervacuum, quia ipſe fateatur. *Petit accuſationem in Verrem Q. Caecilius, quod fuerat quaeſtor ejus:* ipſum Cicero ut pro ſe videretur effecit.
19 Cetera, quae proponuntur, communis ratio habet. Aut enim *conjectura* excutiuntur, an

ſed id contr. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Bern. et edd. ante Stoer. Reliqui omittunt *id* inter quos recenſetur Alm. cf. § 16. item mox.

18. *qu. ipſe fat.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. Reliqui *q. idem f. ipſe.* Alm. *q. f. ipſe.* cf. modo, item § 19.

Q. Sic Goth. (tac. Geſn.) *L.* Turic. (ſed a pr. manu *C.*) Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 3. Bern. Reliqui integrum praenomen. cf. 5, 11, 39. 6, 1, 20.

19. *comm. — habet.* Sic Camp. ſolus. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *communis habet.* Alm. Voſſ. 1. 2. *communes habent* (cf. § 18. item mox). Reliqui *communes locos habent.* Significatio *locorum communium*, qualis hic foret, aliena plane ab omni conſuetudine, ut cogeretur Capper. nova de iis praecipere ad h. l. *Ratio* facile excidebat, *ro* notata per compen-

Oppio. vid. 5, 10, 69.

18. *in Cornelium.* vid. 4, 3, 13.

Q. Caecilius. vide Cic. Divinat. in Q. Caec. c. 2. 6. 11. et paſſim. Hunc Caecilium, Judaeum et ipſum, teſtante Plutarcho vit. Cic. p. 864 C. cf. cum altero ad 3, 1, 16.

19. *Cetera — habet.* Non ſine inſolentia *habere*, h. e. continere, dicitur *ratio* ea *quae proponuntur.* Acquieſcendum tamen videtur in hac ſcriptura. *Communis ratio* facile intelligitur, modus receptus tractandi argumenta, idemque *communis* probanti et refutanti.

verà ſint; aut *finitione*, an propria; aut *qualitate*, an inhoneſta, iniqua, improba, inhumana, crudelia, et cetera, quae ei generi accidunt. Eaque non modo in propoſitionibus, ſed in toto genere actionis, intuenda, An ſit *crudelis?* ut Labieni in Rabirium, lege perduellionis; *Inhumana?* ut Tuberonis Ligarium exulem accuſantis, atque id agentis, ne ei Caeſar ignoſcat; *Superba?* ut in Oppium ex epiſtola Cottae reum factum. Proinde *praecipites*, *inſidioſae*, *impotentes*

dium (cf. 5, 13, 1.) ut et *res.* (cf. 5, 7, 13. not. ex.) quocum confunditur mox § 25. quanquam Camp. editio non eſt immunis a correctionibus. cf. 6 Pro. 6. 7. 9. 11. 13. 15. 6, 1, 5. 9. 40. 6, 3, 13. 16. 47.

19. 20. *inhumana crud.* — *Inhumana.* Haec omnia poſt prius *inh.* abſunt a Turic. afferuntur inde aliqua ex Alm. cf. modo, item § 21.

generi accidunt. συμβέβηκε. Hic quidem ea quae *generi accidunt*, ſunt ſpecies generi ſubjectae. cf. 3, 6, 56. Ibi ſane magis ex uſu Peripateticorum adhibitum vocabulum, quem vide apud Porphyr. in Iſag. p. (Ariſt. Buhl.) 395. 414. Sed in illa veterum denominandi libertate (cf. not. ad 3, 6, 25.) potuerunt ſpecies videri accidentia generis.

20. *lege perduellionis.* Hac enim lege cum niteretur actio Labieni, non poterat non eſſe atrociſſima poena rei, ſi condemnaretur. vid. argumentum orationis Ciceron. pro C. Rabirio, perduellionis reo, item ejusd. orat. c. 3 extr. 4. 5.

Superba. Videtur *ſuperbum*, ſoli proconſulis contra quaeſtorem ſuum teſtimonio fidem exigere; neque in judicio dicto, ſed literis familiaribus ſcripto. cf. § 17. item § 30 ubi apparet, veritatem Cottae pro ſummo argumento eſſe accuſatori. Praegravabat in hac cauſa reum magiſtratus auctoritas, cui et ipſe Cicero arrepſit, quanquam dicens in Cottam. vid. 11, 1, 67.

21. *Proinde.* Hic quidem non mala videtur Geſneri κρίσις; optantis *perinde* (cf. 3, 8, 38). Vocabula haec ubique

deprehenduntur. Ex quibus tamen fortiſſime invaſeris, quod eſt aut omnibus periculoſum, ut dicit Cicero pro Tullio, *Quis hoc ſtatuit unquam, aut cui concedi ſine ſummo omnium periculo poteſt, ut eum jure potuerit occidere, a quo metuiſſe ſe dicat, ne ipſe poſterius occideretur?* aut ipſis judicibus, ut pro Oppio monet pluribus, *ne illud actionis genus in aequeſtrem ordinem admittant.* Nonnunquam tamen quaedam bene et contemnuntur, vel tanquam levia, vel tanquam ad cauſam nihil pertinentia. Multis hoc locis facit Cicero. Sed haec ſimulatio interim hucusque procedit, ut, quae dicendo refutare non poſſu-

21. *Tullio.* Tarv. *Rullo.* Jenſ. *Rullio* cum edd. ante Ald. *eum.* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *cum.* correxit Regius. *ut pro Oppio.* Turic. *propoſitum* cum Alm. cf. § 19. 20. 23.

22. *bene et.* Sic Turic. cum Alm. Voſſ. 1. *et bene* Camp. Reliqui omittunt *et.* *facit.* Turic. Camp. *fecit* cum Alm.

paene confunduntur vide Drakenb. ad Liv. 27, 8, 18. item in noſtro 5, 9, 11. 5, 10, 112. mox h. c. § 58. 6, 4, 20. Sed Qu. *ut, atque,* omnibus fere locis ſubjicit voci, quod quidem hic poni non poterat. Convenit tamen *perinde* orationi eo ſignificatu, quem dant vett. Gloſſae παραπλησίως, ὁμοίως.

pro Tullio. cf. 4, 2, 131.

poſterius. Pro hoc Francius *potius* malit, Capperonnerius *prius.*

22. *bene et contemnuntur,* cf. § 10.

Multis — Cicero. Inſignem locum ponit Geſn. pro Roſc. Am. c. 29. extr.

Sed — calcemus. Cum *Sed* in omnibus ſit libris, videntur haec cum reprehenſione dici et referenda eodem quo § 9 *ſtultiſſime*; cui tamen obſtat uſus primae perſonae *calcemus.* Malit fortaſſe aliquis: *Et* pro *ſed,* ubi nulla exit improbatio (cf. 4, 2, 65).

mus, quasi fastidiendo calcemus. Quoniam 23
vero maxima pars eorum similibus constat,
rimandum erit diligentissime, quid sit in quo-
que, quod assumitur, dissimile. Id *in jure*
facile deprehenditur. Est enim scriptum de
466 rebus utique diversis, tantoque magis ipsa-
rum rerum differentia potest esse mani-
festa. Illas vero *similitudines*, quae ducun-

23. *Quon. — eorum.* Turic. *Q. in has* (a sec. manu *his*) *erit vero pars* (a sec. manu inseritur *et*) *e.* cum Alm., fine correctionibus (cf. § 21. item hac §). *Q. v. m. p. in his et e.* Camp. Priores scripturas non expedio; nisi forte trajiciendo natae ex illa Campani in qua est manifestus error librarii argutantis; sed *erit* unde sit non exputo. *Id.* Turic. Guelf. Camp. omittunt cum Alm. Voss. 2. Vall. et edd. ante Ald. Reposuit Regius, sed habet, nisi dormitavimus, Goth., et Voss. 3. *id* pro *in*, ut videtur. *ipsarum.* Jens. (tac. Gesn.) *ipsa* cum edd. ante Stoer. Sed Camp. et MSS. mei receptam.

23. *eorum.* Fluctuat pronomen, nec certum habet respectum. Suspicor intelligi ea „quae dicendo refutare non „possumus." cf. not. crit.

in jure. Intelliguntur quaestiones legales. cf. 3, 5, 4.

Est enim — diversis. Nunquam enim lex perscripta est de hoc ipso, quod nunc tractamus, facto. Hoc est in *utique.* Nec *diversis* debet accipi *variis*, *inter se diversis*, quod facit Gedoynus; sed diversis ab hac, quae cum maxime in judicium venit. Alii *scriptum* interpretantur legem illam, cujus similitudine utatur, qui dicit, et volunt exemplum petitum a statu collectivo, sive syllogismo (cf. 3, 6, 46. 61). Sed hoc ex verbis *in jure* non recte elicitur, quae latius patent, quam ut una illa significetur ex quaestionibus legalibus.

ipsarum. Jam si ne lex quidem potest doceri de hoc ipso facto statuisse; quanto facilius, duo facta, ad quae accommodetur lex, inter se diversa ostendere. *Res* autem hic pro *factis* usurpantur, unde et mox illa locutio *exempla rerum.*

tur ex mutis animalibus, aut inanimis, facile
24 eſt eludere. *Exempla* rerum varie tractandà ſunt, ſi nocebunt: quae ſi veterà erunt, fabuloſa dicere licebit; ſi indubia, maxime quidem diſſimilia. Neque enim fieri poteſt, ut paria ſint omnia: ut, ſi Naſica poſt occiſum Gracchum defendatur exemplo Ahalae,

inanimis. Turic. *animae* cum Alm. cf. hac ipſa §. item § 24.

24. *vetera.* Turic. *ultra.* Jenſ. *vera* cum edd. ante Ald. Noſtrum Guelf. Goth. Vall. Alm. Voſſ. 2. Camp.

ſi indubia. Turic. *ſi indubi*, a ſec. manu *ſin dubia*, et ſic Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Bodl. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Noſtra eſt in Alm. Guelf. Bern. Ald. Stoer. Chouet. Leid. Multi cum Regio transponunt *ſi dubia — ſin vera* ut Gibſ. Roll. Capper. et vetuſtiores. Ab Obr. inde fere *ſi vetera — ſive dubia* quod defendit Burm. *ſive* accipiens *vel* (ſubaudiendo *dicere licebit*); male profecto. Geſnerus fluctuat inter noſtram et illam Regianam transpoſitionem; propenſior tamen in noſtram. *enim fieri.* Turic. Camp. *eſſe* cum Alm. Male. *ut — omnia.* Guelf. *utra ita ſit optima.* Voſſ. 1. *Utrum ita ſit optima.* Voſſ. 3. *ita ſit optima.*

defendatur. Guelf. *oſtendatur.* Camp. *defenditur.*

Ahalae. Turic. *athaleam.* Alm. *ut baleam.* Guelf. *Halae.* cum Jenſ. et edd. ante Roll. Sed Goth. *Nualae*, ſed *N* correctum ex *H.* Noſtra eſt in Ioann. Bern. (recedente a Guelf. vid. 5, 10, 113.) Camp. et a Rollino inde. vide Drakenb. ad Liv. 4, 16 extr. item noſtr. 5, 11, 16.

24. *tractanda.* cf. 5, 12, 7.

indubia. Recte ſuſpicatur Regius *indubitata* legendum, quod noſtro frequens (cf. 5, 9, 2, et paſſim). Eſt tamen *indubium* apud Tacitum quoque.

maxime quidem. Hoc refertur ad § 25 *Si def. omnia.*

ſint omnia. Malim *ſ. omnino*, vel *ſ. per omnia.* cf. Plin. H. N. 37, 11 „*per omnia* „ſimilis.“ noſter 10, 1, 28 „*per omnia* ſequendos.“ Et loco nimis ſimili 5, 2, 3 „*per* „*omnia — ſimilis.*“ item VV. DD. ad Vellej. 2, 31, 1.

Naſica — Ahalae. cf. 3, 7, 21 et 5, 9, 13.

a quo Maelius eſt interfectus: *Maelium regni affectatorem fuiſſe; a Graccho leges modo latas eſſe populares: Ahalam magiſtrum equitum fuiſſe; Naſicam privatum eſſe*, dicatur. Si defecerint omnia, tum videndum erit, an obtineri poſſit, ne illud quidem recte factum. Quod de exemplis, idem etiam *de judicatis* obſervandum. Quod autem poſui, referre, *quo* quidque accuſator *modo* dixerit, huc pertinet, ut, ſi eſt minus efficaciter elocutus, ipſa ejus verba ponantur; ſi acri et vehementi fuerit uſus oratione, eandem rem noſtris verbis mitioribus proferamus: ut Cicero de Cornelio, *Codicem attigit*: et protinus cum quadam defenſione: ut; ſi pro *luxurioſo* dicendum ſit, *Objecta*

Maelius. Camp. *Emilius* omiſſo *eſt.* Guelf. *melius* et ſic reliqui, quanquam litera majuſcula. cf. 5, 11, 12.

Maelium. Sic Guelf. *M. Emilium* Camp. *M. Aelium* Goth. *M. elium* Voſſ. 1. 3. *M. Aemilium.* Bern. Reliqui *Mélium.*

tum. Turic. omittit cum Alm. (cf. § 23. 27). Placet.

obtineri. Turic. Camp. *obtinere* cum Alm. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald.

25. *acc. modo.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. Reliqui *m. a.* cf. § 17. 27.

rem. Turic. *rationem rem*, ſed poſterius ſubterlitum. Camp. *orationem.* Facilis confuſio ſcriptorum per compendia.

26. *de Corn.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Bern. et edd. ante Baſil. exc. Aldo. Reliqui *pro C.*

et protinus. Turic. Camp. omittunt *et* cum Alm. Sed Turic. a pr. manu dans *attiget* pro *attigit*, erroris originem demonſtrat.

privatum. cf. Cic. in Cat. 1, 1 ibique Interpp.

tum videndum. Malim *jam v.*

25. *quo — modo.* vid. § 4.

26. *Codicem attigit.* vide § 18.

eſt paulo liberalior vita. Sic et pro *ſordida parcum*, pro *maledico liberum* dicere licebit. 467
27 Utique committendum nunquam eſt, ut adverſariorum dicta cum ſua confirmatione referamus, aut etiam loci alicujus executione adjuvemus, niſi cum eludenda: *Apud exercitum mihi fueris, inquit; tot annis forum non attigeris; abfueris tamdiu; et, cum tam longo intervallo veneris, cum iis, qui in fora*

liberalior. Guelf. *liberior* cum Vall. recte rejiciente Badio, ob id quod ſequitur „pro maledico *liberum*;“ dubitante Burmanno, et exempla ponente Nep. Themiſt. c. 1 „*liberius* vivebat.“ et Terent. Andr. 1, 1, 25. „*liberius* vivendi.“ Terentianum locum aufert Bentlejus, ſcribens *libera.*

27. *committ. nunquam.* Sic Turic. Camp. Reliqui *n. c.* cf. § 25. 29. *loci.* Turic. *joci* cum Alm. Bern. Jenſ. et edd. ante Ruſc. (cf. 5, 11, 21) item Ald. Baſil. Regius correxit, cui addicunt Guelf. Goth. Vall. Camp.

adjuvemus. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *adjuves* cum Voſſ. 2. 3. Bern. et edd. ante Gryph. *adjuvem* Alm. (cf. § 25. 28). Neceſſaria correctio, ob *referamus* quod praecedit; ſed neſcio cujus. *cum elud.* Badii margo *eum eludendo* quod blandiretur, ſi pro *adverſariorum* eſſet *adverſarii.* Margo Baſil. et Vid. *cum eludendo.* Goth. *c. eluenda.* *tot annis.* Turic. *quod a.* cum Alm. *quot a.* Camp. *t. annos* Goth. quod malit Burm. auctore Servio ad Aeneid. 1, 47. vid. eundem ad Ov. art. am. 1, 648. et accuſativum dant Ciceronis libri; qui et dirimunt aliter *t. a.* referentes ad priorem ſententiam. cf. § 9 not. ex.

pro ſordido — liberum. cf. 4, 2, 77.

27. *loci.* i. e. communis vid. 4, 2, 117.

cum eludenda. Accuſativum intellige participii, et ex proximis intellige *adjuvamus*, vel potius *referimus.*

Apud exercitum. Cic. pro Murena c. 9.

cum tam longo. *Tam* abeſt a libris Ciceronis cf. 5, 11, 41.

habitarunt, de dignitate contendas? Praeterea in contradictionibus interim totum crimen exponitur, ut Cicero pro Scauro circa Boſtarem facit, veluti orationem diverſae partis imitatus. Aut pluribus propoſitionibus junctis, ut pro Vareno, *Cum iter per agros et loca ſola faceret cum Pompuleno, in fami-* 28

de dign. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Jenſ. et edd. ante Burm. qui *de* expunxit, quia recte abſit a Ciceronis libris. Erneſtus repoſuit et illic. *in contrad.* Guelf. Camp. *de c.* cum Goth. Vall. et edd. ante Ald. *in contradictiones* Turic. *in contradictionem.* Alm. (cf. § 27. item hac §). Erat profecto *in contradictione.* *circa.* Sic Turic. Reliqui *contra.* cf. 4, 2, 19. 7, 2, 10. *veluti.* Sic Turic. (a manu ſec.) Camp. Reliqui *velut.* Ex noſtro patet fons erroris Turic. (a pr. manu) *velut in rationem* qui eſt in Guelf. Bern. *velut in orationem* Alm. cf. modo hac § item § 30.

Pompuleno — Pompulenum. Sic Voſſ. 1. 3. Sed Turic. *pompulenio* (a ſec. manu *pompulenium*) — *pompulenium* cum Camp. Noſtrum nomen eſt apud Muratorium p. 1067, 3. ibidem 1023, *Pompulledius.* Reliqui hic *Populeno — Populenum* quod nusquam inveni praeterea.

28. *contradictionibus.* cf. 4, 2, 29. Malim ſingularem hic legi. vid. not. crit.

pro Scauro. cf. 4, 1, 69.

circa Boſtarem. Fit mentio hujus hominis, Nora, urbe Sardiniae, oriundi, cujus mors objecta fuiſſe videtur Scauro. vid. Fragm. Cic. ap. Ern. p. 1056. Locus Severiani, rhetoris ex Pithoeanis, p. apud hunc 306, qui ſervavit fragmentum, cum noſtri diſputatione magnopere convenit. „Reſponſurus autem adverſario primum id, quod ille poſuerit, verbis infirmioribus „pronunciato (cf. § 25). „Quae vero incredibilia viſa „fuerint aut imbecilla, ita „univerſa ponantur ſicut ab „adverſario dicta ſunt: ut eſt „illud, Boſtarem igitur quendam" cet. cf. et 7, 2, 10.

imitatus. An forte *mutuatus*, ut *veluti* magis proprie dicatur?

Aut — junctis. Hoc *Aut* referes ad id quod ſequitur § 29 *Interim.* cf. 4, 3, 16. item 6, 2, 12. Sic et Sueton. Caeſ. c. 81. *interdum — alias.*

pro Vareno. cf. 5, 10, 69.

*liam Anchariana*m *incidiſſe dixerunt, deinde Pompulenum occiſum eſſe, illico Varenum vinctum aſſervatum, dum hic oſtenderet,*468 *quid de eo fieri vellet.* Quod eſt utique faciendum, ſi erit incredibilis rei ordo, et ipſa expoſitione fidem perditurus. Interim per partes diſſolvitur, quod contextu nocet: et plerumque id eſt tutius. Quaedam contradictiones natura ſunt ſingulae. id exem-
29 plis non eget. *Communia* bene apprehenduntur, non tantum, quia utriusque ſunt partis; ſed, quia plus proſunt reſpondenti. Neque enim pigebit, quod ſaepe monui,

illico. Guelf. *illic.* *aſſerv.* Camp. *ad ſenatum.* Jenſ. (errante Geſn.) *obſervaſſe* cum edd. ante Ald. exc. Tarv. *adſervatione* Voſſ. 1. 3. Reliqui (praeter Bip.) *adſervatum.*

faciendum. Turic. Guelf. Camp. omittunt cum Alm. Voſſ. 2. 3. Goth. Vall. et edd. ante Ald. Hic pro *utique* dat *utile* cum Badio, quod et ipſum ſuaſerat Regius, ſed idem noſtrum de conjectura inſeri voluit, quod expreſſerunt reliqui; rectiſſime.

29. *quia plus.* Turic. Camp. *plus quia.* Fortaſſe non ſine conſilio ſcriptoris ipſius; duriuſcule tamen. cf. § 27. 42.

29. *Communia.* vid. 5, 12, 5. *apprehenduntur* autem egregie dicitur, quod ſaepe apud noſtrum valet: *in ſuam utilitatem convertere* veluti 6, 4, 18. 9, 2, 74.; hic etiam ſignificantius, quia tanquam *commune* in medio poſitum erat, ut utervis *apprehendens* ſuum faceret

quod ſaepe monui. Ingeniosa eſt et vera, ut videtur, Geſneri animadverſio, ſuſpicantis hoc familiari ſermone ſaepius monuiſſe Quintilianum; neque enim in ipſo opere noſtro tale quid inveniri. Dicat aliquis, plurimis illis locis, ubi *communia* nominet Qu., ſubeſſe reprehenſionem omnibus, ut potuerit ſibi videri hoc ipſum diſerte monuiſſe, quod, vocabulum uſurpans, ſemper in animo habuerit. cf. 4, 1, 71. quem ipſum locum memorat Geſn. Eſt tamen inſolens *referre* interpretari: „iterum ponere

referre. Commune qui prior dicit, contrarium facit. Eſt enim contrarium, quo ad- 30
verſarius bene uti poteſt. *At enim non veriſimile eſt, tantum ſcelus M. Cottam eſſe commentum. Quid? hoc veriſimile eſt, tantum ſcelus Oppium eſſe conatum?* Artificis autem eſt, invenire in actione adverſarii, quae inter ſemet ipſa pugnent, aut pugnare videantur: quae aliquando ex rebus ipſis manifeſta ſunt: ut in cauſa Coeliana: *Clodia aurum ſe Coelio commodaſſe dicit, quod ſignum magnae familiaritatis eſt; venenum ſibi paratum, quod ſummi odii argumentum eſt.* Tubero Ligarium accuſat, *quod is in* 31

facit — contrarium. Turic. Camp. omittunt eum Goth. Alm. et edd. ante Ald. niſi quod *facit* (quod inferi juſſerat Regius) ſervant Tarv. et Ruſc. (cf. § 27). Noſtra eſt ſaltem in Guelf. et Vall. niſi in multis qui ſilentur.

30. *commentum.* Turic. *contentum*, a ſec. manu *conatum* et ſic Camp. *inter.* Turic. Camp. *contra* cum Alm. *in* Guelf. *quae al. ex.* Turic. *q. de a. et* cum Alm. cf. § 28. item mox. *Coeliana.* Turic. *juliana.* Alm. *viliana.* cf. modo, item § 34. *Clodia.* Turic. Camp. *Claudia.* *quod ſign.* Turic. Camp. inſerunt *etiam* cum Alm.

„repetere," et hoc ſignificet neceſſe eſt, ſi reſpicit *monui* ad ea, quae dixerit in hoc ipſo opere. Sin ad familiares cum diſcipulis ſermones pertinet, *referre* eſt „narrare, „cum lectore communicare;" et haec eſt recepta verbi poteſtas. cf. 6, 3, 106.

30. *At enim.* cf. § 20.

in cauſa Coeliana. Cic. pro Coelio. c. 13. „maximum vi- „deo ſignum cujusdam egre- „giae familiaritatis" — „ma- „gnum rurſus odium video „cum crudeliſſimo diſcidio „extitiſſe." Quintilianus rem ipſam ponit, Ciceronis verba referre nequaquam vult.

31. *Tubero Ligarium.* Cic. pro Lig. c. 3. „Quis putet „eſſe crimen, fuiſſe in Africa „Ligarium? nempe is, qui „et ipſe in eadem Africa eſſe

Africa fuerit; et queritur, quod ab eo ipse in Africam non sit admissus. Aliquando vero praebet ejus rei occasionem minus considerata ex adverso dicentis oratio: quod accidit praecipue cupidis sententiarum, ut ducti occasione dicendi non respiciant, quid dixerint, dum locum praesentem, non totam
32 causam, intuentur. Quid tam videri potest contra Cluentium, quam censoria nota? Quid tam contra eundem, quam filium ab Egnatio corrupti judicii, quo Cluentius Oppianicum circumvenisset, crimine exhere-
33 datum? At haec Cicero pugnare invicem ostendit. *Sed tu, Acci, consideres, censeo, diligenter, utrum censorium judicium grave velis esse, an Egnatii. Si Egnatii: leve* 469
est, quod censores de ceteris subscripserunt. Ipsum enim Egnatium, quem tu gravem esse

31. *Afr. fu.* Camp. *Africam fugerit* cum Turic. a manu sec., a pr. enim nostra. Turic. cf. ad 4, 2, 29. manu *data* et sic Camp. *non sit.* Omittit negationem. *ducti.* Turic. *dicta*, a sec. manu *data* et sic Camp.

33. *Acci.* Guelf. Camp. Jens. (errante Gesn.) *acti* cum Bodl. et edd. ante Ald. *Atti* Goth. Alm. cum libris Cic. Nulla Turic. varietas memoratur.

„voluit, et prohibitum se a „Ligario queritur.“ Huc addunt locum Appuleji insignem in hoc exemplum. Apolog. p. Elmenh. 289. 90. „An „non contraria accusatis? „peram et baculum, ob auctoritatem: carmina et speculum, ob hilaritatem: unum „servum, ut deparci: tres libertos, ut profusi?“

cupidis sententiarum. cf. 2, 4, 31. 32.

locum praesentem. cf. 2, 11, 6.

32. *contra Cluentium.* cf. 5, 11, 13. apud Ciceronem quidem pro Clu. est c. 48.

vis, ex ſenatu ejecerunt. Sin autem cenſorium, hunc Egnatium, quem pater cenſoria ſubſcriptione exheredavit, cenſores in ſenatu, cum patrem ejicerent, retinuerunt. Illa magis vitioſe dicuntur, quam acute reprehenduntur, *argumentum dubium* pro neceſſario, *controverſum* pro confeſſo, *commune pluribus* pro proprio, *vulgare, ſupervacuum, ſerius conſtitutum, contra fidem.* Nam et illa acci- 34

ſin. a. cenſ. Turic. Guelf. *ſ. a. cenſorum* cum libris Ciceronianis. Superius tamen omnes contra Cic. *cenſoritium.*

hunc Egn. Sic Turic. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Baſil. et libris Ciceronianis. *h. ipſum enim* E. Guelf. qui modo poſt *ſubſcripſerunt* omittit *ipſum enim.* Reliqui inſerunt *ipſum.*

34. *com. pluribus pro.* Sic Turic. cum Bodl. Alm. Goth. Loc. et edd. ante Stoer. quo accedunt Roll. Capp. Inſerunt *pro* poſt *com.* Camp. Jenſ. quod correxit Regius. Reliqui omittunt *pluribus.* Geſnerus et ipſe reſumere ſuadebat.

vulgare. Turic. *legare vulg.* cum Alm. Solo repetendarum literarum errore. cf. § 30. *ſerius conſt.* Sic Turic. a ſecunda manu, cum a prima eſſet *ſervum conſt.* (cum Alm. hoc. cf. modo item § 36.) Camp. cum Andr. et edd. ante

33. *cenſoria ſubſcriptione.* „Eſt, credo, luſus in hac formula. *Subſcribere* dicuntur „cenſores, cum in tabulis ſub „nomine civis, quem notarunt, cauſam notae vel animadverſionis ſuae ſubſcribunt; „unde circa hunc ipſum locum „*ſubſcriptionem* ſaepe pro ipſa „nota ponit Tullius. Egnatius, ſenex delirus, levis „et parum ſibi conſtans, notatus ipſe a cenſoribus, cenſuram in filium exercet, et „exheredationi cauſam ſub„ſcribit.“ Haec quidem docte Geſnerus, quanquam ad Ciceronem pertinentia, non ad Qu.

24. *commune pluribus* Addidit *plur.* ut ſecerneret hoc ab illo *communi* § 29. proprie appellato.

vulgare. Nonniſi gradu diſtare videtur a praecedenti. cf. 4, 1, 71 ubi eadem reprehenſio in prooemio uſurpata.

ſerius conſtitutum. Intellige *argumentum.* Poteſt autem *argumentum* dici *ſerius conſtitu-*

dunt parum cautis, ut crimen augeant, quod probandum eſt; de facto diſputent, cum de auctore quaeratur; impoſſibilia aggrediantur; pro effectis relinquant vix dum inchoata; de
35 homine dicere, quam de cauſa malint; hominum vitia rebus aſſignent, ut, *ſi quis decemviratum accuſet, non Appium;* manifeſtis repugnent; dicant, quod aliter accipi poſſit; ſummam quaeſtionis non intueantur; 470
non ad propoſita reſpondeant: quod unum aliquando recipi poteſt, cum mala cauſa adhibitis extrinſecus remediis tuenda eſt, ut *cum peculatus reus Verres, fortiter et induſtrie*
36 *tuitus contra piratas Siciliam dicitur.* Eadem

Baſil. quo acc. Gryph. niſi quod Jenſ. Tarv. *ſervis c.* quod correxit Regius. Reliqui omittunt *ſerius.*

35. *vitia.* Turic. Guelf. Camp. *vitam* cum Goth. et edd. ante Obr. Hunc, ſive ex Arg. ſive de conjectura, praeſtantiſſima, noſtrum reponentem ſecuti omnes praeter Roll.

tuitus. Camp. *tutatus* cum Goth. Andr. et edd. a Ruſc. (cf. § 29.) inde ad Stoer. quod placet Regio; mihi item.

tum, cum petitur ex SCto aut ſtatuto principis, quod poſt eam prodiit cauſam, quam agimus. cf. 4, 1, 41. *genus cauſae conſtitutum.* Refert Badius, Vallam annotaſſe vitia haec argumentorum non omnia vitata a Cicerone, juniore adhuc, ut pro Quintio et pro Roſc. Amerino; apud Lactantium autem, Ciceronem Chriſtianum, etiam frequentia.

crimen — probandum. cf. 4, 5, 6.

35. *tuitus — Siciliam.* Cic. in Verrem 5, 1. „Sed quae„dam mihi magnifica et prae„clara ejus defenſio oſtendi„tur —. Ita enim cauſa con„ſtituitur, provinciam Sici„liam virtute et vigilantia „ſingulari, dubiis formidolo„ſisque temporibus, a fugiti„vis atque a belli periculis „tutam eſſe ſervatam. — „Novi locum: video ubi“ (Ern. malit *uti*) „ſe jactaturus „ſit Hortenſius.“

adverſus contradictiones nobis oppoſitas praecepta ſunt: hoc tamen amplius, quod circa eas multi duobus vitiis diverſis laborant. Nam quidam etiam in foro tanquam rem moleſtam et odioſam praetereunt: et iis plerumque, quae compoſita domo attulerunt, contenti, ſine adverſario dicunt: et ſcilicet multo magis in ſcholis, in quibus non ſolum contradictiones omittuntur, verum etiam materiae ipſae ſic plerumque finguntur, ut nihil dici pro parte altera poſſit. Alii diſli- 37
gentia lapſi, verbis etiam vel ſententiolis omnibus reſpondendum putant, quod eſt et infinitum, et ſupervacuum. non enim cauſa reprehenditur, ſed actor: quem ego ſemper videri malim diſertum, ut, ſi dixerit quod rei proſit, ingenii credatur laus eſſe, non cauſae: ſi forte quod laedat, cauſae, non

36. *et. in foro.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *in* cum Alm. Vall. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. correxit Regius. *e foro* Goth. (tac. Geſn.). *et iis.* Guelf. *etenim* cum Bern. Goth. Vall. et edd. ante Ald. correxit Regius, aſtipulante Turic. Camp. quanquam hic *is* pro *iis*.

non ſolum. Turic. Guelf. omittunt *non* cum Alm. Sed Turic. a ſec. manu reponit (cf. § 34. 37.) vide 4, 2, 29.

37. *mal. diſ.* Sic Turic. Guelf. cum Alm. Voſſ. 1. Baſil. Reliqui inſerunt *ſic.* *rei proſit.* Turic. *re promiſit.* Alm. *repmi.* (cf. § 36. 38.) *rei profuerit.* Guelf. Camp. cum Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. *forte quod.* Turic. Camp. Goth. Alm. Ioann. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. *quando forte*

36. *hoc — amplius.* vid. 3, 6, 73. Accipias tamen et nominativum *hoc.*

etiam in foro. Malim *et in f.* (quod in aliquot edd. eſſe narrat Burm.) ut *et* referatur ad „*et* ſcilicet."

ſine adverſario. Cum irriſione hoc dicitur pro eo: ſine reſpectu adverſarii.

ingenii culpa. Itaque illae reprehenſiones, aut obſcuritatis, qualis *in Rullum* eſt; aut infantiae in dicendo, qualis *in Piſonem*; aut inſcitiae rerum verborumque, et inſulſitatis etiam, qualis *in Antonium* eſt, animo dantur

non Jenſ. (errante Geſn.) cum edd. ante Baſil. *quando forte* Baſil. ad Stoer. qui primus noſtram. Guelf. *forte q̄n* i. e. *f. quando.*

38. *reprehenſiones.* Turic. *reſponſiones.* Solus, quantum video. cf. 5, 7, 14. Hic quidem vulgatam praefero, non ſolum ob id quod eſt modo *reprehenditur* (§ 37) ſed etiam quod cum modo omnem actoris vituperationem vetuiſſet, hic docet, quare Cicero tamen in hoc genus inciderit; ubi *reprehenſio* ſignificantior, quam *reſponſio*, cui etiam genitivus minus proprie adjungebatur quam *reprehenſioni.*

aut — aut — aut. Omittit primum Camp. alterum et tertium Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Bad. *animo dantur.* Sic Turic. (a pr. manu) Guelf. eum Alm. et edd. Stoer. Chouet. Leid. Reliqui *accommodantur* ut et Turic. a ſec. manu, quanquam *acomodantur.*

38. *reprehenſiones.* cf. not. crit.

in Rullum. Cic. de agraria 2, 5. extr.

in Piſonem. Cic. in Piſ. c. 1. 30 et paſſim.

in Antonium. Philipp. 13, 19. 2, 4. 17. 3, 4.

animo — odiis. Poſtquam contumelioſam actoris tractationem proſcripſerat Qu. cavet ſibi ab exemplis Ciceronianis. *Itaque* enim ait i. e. cum vera ſint quae adhuc diſputavi, jam quaecunque apud Ciceronem videntur contraria meis dictis, ea aut conceſſa fuerunt *animo* i. e. iracundiae (ſic enim animus ſaepiſſime eſt accipiendus, ut apud Terent. Andr. 1, 1, 8. et Statium paſſim, ubi veteres Gloſſae Barthii inſpiciendae) vel libertati, aut expreſſit eadem adverſarii nequitia. Eodem modo Horatius dixit „amico quae *dederis animo,*“ caſu tertio, non ſexto; quanquam ibi *animus* eſt hilaris. Haec exempla igitur condonanda ſunt impotenti cuidam affectui, non pro regula ſequenda. Pro *aut* malis fortaſſe *et.* cf. not. crit.

aut juſtis odiis: ſuntque utiles ad conciliandum iis, quos inviſos facere volueris, odium. Alia reſpondendi patronis ratio. et aliquando 39
tamen eorum non *oratio* modo, ſed *vita* etiam, *vultus* denique, *inceſſus*, *habitus*, recte incuſari ſolet: ut adverſus Quintium Cicero, non haec ſolum, *ſed ipſam etiam praetextam demiſſam ad talos*, inſectatus eſt. Preſſerat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. Nonnunquam elevandae 40
invidiae gratia, quae aſperius dicta ſunt, eluduntur: ut a Cicerone Triarius. Nam,

aut. Turic. Guelf. Camp. *ut* cum Goth. et edd. ante Bad. Reliqui omittunt conjunctionem, quam ego de conjectura mutavi. Haec particula, omiſſa Badio primum, lectore non monito, in omnibusque, ut ſuſpicor, MSS. inventa (quanquam abeſſe narratur ab Alm. (cf. § 37. 40.) redūxit me ad iſtam ſcripturam Leidenſem, Gibſono tantopere diſplicentem: *animo dantur*, cum altera non poſſit ferri, ſervato illo *ut*, an *aut*. Nec apparet, quomodo *accommodantur* coëat cum iſto *Itaque*. *juſtis*. Tarv. *iſtius*.

39. *inſectatus*. Turic. Guelf. Camp. *ſectatus* cum Goth. Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Male.

ſuntque — odium. Diſplicet quam maxime tam exiguo intervallo recurrens *odium*, et jacet tota ſententia; non profecto deſiderata ſi abſit. Quanquam nec tota ineſt antecedenti. Et ſane vitio iterandorum vocabulorum non caret noſter. cf. 4, 2, 35. 6 Pro. 5.

39. *patronis.* Hi non *actori* (§ 37.) opponuntur, ſed *inimicis* et *adverſariis* ipſius dicentis, quales fuere Ciceronis Rullus, Piſo, Antonius. cf. 5, 11, 43. ubi „is qui ex diver„ſo agit" ſegregatur item ab „adverſario."

adverſus Qu. Cic. Cic. pro Cluentio c. 40. quod attinet ad togam in hoc loco vide Ferrarium de re Veſt. in Theſ. Graev. 6, 705. item Ruben. ibid. p. 959. Agnoſcitur enim a Qu. toga, non tunica, cum praetextam nominet.

40. *a Cic. Triarius.* cf. § 28.

cum Scauri columnas per urbem plauſtris vectas eſſe dixit, *Ego porro*, inquit, *qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportavi.* Et magis hoc in accuſatores conceſſum eſt, quibus conviciari aliquando patrocinii
41 fides cogit. Illa vero adverſus omnes et recepta et non inhumana conqueſtio, ſi callide quid tacuiſſe, breviaſſe, obſcuraſſe,
42 diſtuliſſe dicuntur. Defenſionis quoque permutatio reprehenditur ſaepe, ut Accius

40. *clitellis.* Turic. *depellis* cum Alm. cf. § 38. 43.

41. *tacuiſſe.* Turic. Goth. *accuiſſe.* Guelf. Camp. *acuiſſe* cum Voſſ. 2. Ioann. (tac. Gibſ.) et edd. ante Baſil. exceptis Badii. Noſtrum eſt e Regii conjectura, quamquam ſilentium collatorum multos et graves auctores receptae videatur dare ut Alm. Bodl. Sed monemur in Turnebiana nota, *acuiſſe* eſſe in omnibus Codd. (ſignificat excuſos) et in ſcripto Vallae (cf. 5, 10, 71.), qui notarit in hunc locum aliquid de hiſtoria illa Demoſthenis accentum male ponentis *μίσθωτος* pro *μισθωτός*. Vulgatae errorem defendere fruſtra conatur Taylorus ad Demoſth. pro Corona (p. Rskii 213. Vol. I. Apparat.) quem memorat Foſterus On Accent and Quant. p. 164. Ingenioſiſſima eſt Regii emendatio. Neque enim *breviaſſe* de corripiendis ſyllabis interpretandum (ut 12, 10, 57.), ſed de contrahendis et artandis ſententiis (ut 1, 9, 2.) cujus verbi vicinia utitur Regius ad commmendandam ſuam ſcripturam. Sic *breviarium* uſurpatum fuit a Seneca, Plinio, Suetonio.

42. *Accius.* Turic. *Appius* cum Alm. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui noſtrum. Guelf. *Actius* (cf. § 33.) Goth. Voſſ. 2. Bern. *Attium* cum Burm. et recentt. hoc ſolum loco. cf. Heuſing. ad Cic. de Off. 3, 21, 12. *Marcius* per *c* eſt a *Marte*, quare ne *Accius* quidem male, quanquam ab *Atto* vel *Atta*.

Ego — apportavi. Quaſi viliori materia columnae (Albanae enim ſunt e lapide ex montis Albani lapicidinis) non et ipſae plauſtris indigeant ad vehendum. De vilitate *column. Albb.* vide Sueton. Aug. c. 72. De *porro*. cf. 2, 3, 5.

Accius. vid. mox § 47.

adverſus Cluentium, Aeſchines adverſus Cteſiphontem facit: cum ille Ciceronem lege uſurum modo, hic minime de lege dicturum Demoſthenem queritur. Declamatores vero in primis ſunt admonendi, ne contradictiones eas ponant, quibus facillime reſponderi poſſit; neu ſibi ſtultum adverſarium fingant. Facimus autem, quod maxime uberes loci, popularesque ſententiae naſcuntur, materiam dicendi nobis, quod volumus, ducentibus, ut non ſit ille inutilis verſus,

Non male reſpondit, male enim prior ille rogarat.

Fallet haec nos in foro conſuetudo, ubi ad- 43
verſario, non ipſi nobis reſpondebimus. Ajunt Accium interrogatum, cur cauſas non

quod vol. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Reliqui *quo vol.* Accommodarunt ad *ducentibus*, ſed pro *quo* in hac ratione debebat eſſe *unde*. cf. 5, 10, 124. 6, 2, 16.

ille inut. Sic Turic. Guelf. Camp. Voſſ. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Baſil. qui *nobis inut.* Reliqui *inut. ille*. cf. § 29. 5, 14, 6.

43. *Accium.* Camp. *Actium* cum Alm. (non Turic. cf. § 40. 45.) Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. *Attium* Goth. Voſſ. 2.

Aeſchines. vid. 3, 6, 3. ibique notam.

ducentibus i. e. credentibus. cf. not. crit.

Non male — rogarat. Unde ſit hic verſus, ignoro; nec videntur interpretes anquiſiviſſe, plerique tacentes. Quod autem Pithoeus confert Iliad. 20, 250 Ὀπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις, parum ad rem facit.

43. *Fallet — conſuetudo.* cf. 5, 11, 26. 11, 3, 108. 12 Prooem. 2. Pro *fallet* 2, 10, 9. „*tirones — inveniunt.*“ et 2, 8, 13 *decipient.*

ageret, cum apud eum in tragoediis tanta vis eſſet optime reſpondendi, hanc reddidiſſe rationem, *quod illic ea dicerentur, quae ipſe vellet, in foro dicturi adverſarii eſſent, quae*
44 *minime vellet.* Ridiculum eſt ergo in exer- 475
citationibus, quae foro praeparantur, prius cogitare, quid reſponderi, quam, quid ex diverſo dici poſſit. Et bonus praeceptor non minus laudare diſcipulum debet, ſi quid pro diverſa, quam ſi quid pro ſua parte acriter
45 excogitavit. Rurſus aliud in ſcholis permittendum ſemper, in foro raro. Nam loco a petitore primo contradictione uti qui poſſumus, ubi vera res agitur, cum adverſarius
46 adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen plerique in hoc vitium vel conſuetudine declamatoria, vel etiam cupiditate dicendi: dant-

eſſet — hanc. Guelf. omittit interjecta cum Bern. et Gryph. Stoer. Chouet. Leid. *e. optime h.* Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. exc. Camp. *e. optime reſp. optime h.* Ald. cum edd. ante Gryph.

45. *aliud.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Bodl. Ioann. Voſſ. 1. Bern. Andr. Reliqui *aliquid.*

raro. Turic. Camp. *rarum* cum Voſſ. 1. 3. Habet inſuavem ſonum recepta, et poteſt videri nata ex errore (de quo vide 5, 12, 14. 6 Pro. 12); nec viciſſim apparet quare conſulto aliquis ſcripſerit *rarum* niſi invenerit in exemplo. Durior tamen ſtructura ſi non adverbium *raro* opponatur alteri *ſemper*, verum *rarum* nomen ad *ſemper permittendum* referatur, ut utrobique ſubauditur *eſt*. *Rarum* ita uſurpatur 5, 11. 42.

qui poſſ. Turic. omittit *qui* cum Alm. cf. § 43. 47.

45. *aliud.* Hoc, ut „aliquid ſimile contradictioni" ponatur (§ 49.), non plane idem eſt; ac „ſtultum adverſarium ſibi fingere" (§ 42.), ut poſſet *aliud* appellare.

raro. cf. not. crit.

loco — primo. vid. 4, 2, 28.

que de se respondentibus venustissimos lusus, cum modo, *se vero nihil dixisse, neque tam stulte dicturos;* modo, *bene admonitos ab adversario, et agere gratias, quod adjuti sint,* jocantur; frequentissime vero, id quod firmissimum est, *nunquam iis respondurum adversarium fuisse, quae proposita non essent, nisi illa sciret vera esse, et ad fatendum conscientia esset impulsus:* ut pro Cluen- 47
tio Cicero, *Nam hoc persaepe dixisti, tibi sic renunciari, me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere. itane est? ab amicis imprudentes videlicet prodimur? et est nescio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad adversarium deferat? Quisnam hoc tibi renunciavit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narravi? Nemo, ut opinor, in culpa est. nimirum tibi istud lex ipsa renunciavit.* At quidam, con- 48
tradictione non contenti, totos etiam locos
474 explicant, *Scire se hoc dicturos adversarios,*

47. *dixisti.* Turic. Guelf. Camp. *dixi* cum Alm. Voss. 1. 3. cum edd. ante Rusc. quod correxit Regius (cf. § 29). *dixti* Vall. et Voss. 2. (cf. 9, 3, 22) *dixit* Goth. si recte est excussus. *est nescio.* Turic. Camp. *iste n.* Alm. *ille n.* cf. § 45. 50. *renunc. quis.* Turic. inserit *ut* Camp. *aut.* *autem.* Voss. 1. *ante.* Placet.

est. nim. Ald. Bas. inserunt *sed* cum libris Cic.

istud lex. Turic. Camp. *i. res.* Placet. Ciceronis libri *istuc l.*

47. *pro Cluentio. c.* 52. *autem.* cf. not. crit. *istud lex.* cf. not. crit.

48. *explicant.* De vocabulo cf. 3, 6, 76, de re hic § 27.

et ita perſecuturos. Quod factum venuſte noſtris temporibus eluſit Vibius Criſpus, vir ingenii jucundi et elegantis: *Ego vero*, inquit, *iſta non dico. quid enim attinet illa bis*
49 *dici?* Nonnunquam tamen aliquid ſimile contradictioni poni poteſt, ſi quid ab adverſario teſtationibus comprehenſum in advocationibus jactatum ſit; reſpondebimus enim rei ab illis dictae, non a nobis excogitatae: aut, ſi id genus erit cauſae, ut proponere poſſimus certa, extra quae dici nihil poſſit: ut, cum res furtiva in domo deprehenſa ſit, dicat neceſſe eſt reus, aut *ſe ignorante illatam*, aut *depoſitum apud ſe*, aut *donatam ſibi.* quibus omnibus, etiamſi propoſita non ſint, reſponderi poteſt.
50 At in ſcholis recte et contradictionibus

48. *Vibius.* Turic. *vivus.* Camp. *Junius.*

50. *recte et contr.* Turic. *r. plenaribus e. c.* cum Guelf. niſi quod hic lacunas habet, poſt *plen.* minorem, poſt *et* paulo majorem. Goth. *r. et plenaribus e. c.* cum Voſſ. 2. Alm. (cf. § 47, quoniam prius *et* non eſt in Turic., item § 51).

Vibius Criſpus. Sub Domitiano ſenex teſte Juvenale 4, 81 ſed gaudae Vitellianae ſodalis (Dio Caſſ. l. 65. p. 1061 Reim.), „inter claros „magis quam inter bonos" judicante Tacito Hiſtor. 2, 10. Multis eum locis memorat noſter cf. in primis 10, 1, 119. ubi *jucunditas* ejus laudatur, ut et 12, 10, 11 et a Juvenale l. c. Fidem faciunt dicta ejus aliquot a noſtro, Suetonio (Domit. c. 3 cf. Dio Caſſ. p. 1084 Reim.), aliis, relata. vid. et ſcriptorem de cauſſ. corrupt. el. c. 8.

49. *advocationibus.* Interpretor congreſſus advocatorum privatos, non in judicio factos. De *advocatis* cf. 5, 6, 6, item not. ad 2, 15, 30. *teſtationes* vide ad 5, 7, 33.

50. *recte et contradictionibus.* cf. not. crit.

475 occurremus, ut in utrumque locum, id eſt primum et ſecundum, ſimul exerceamur. Quod niſi fecerimus, nunquam utemur contradictione: non enim erit, cui reſpondeamus. Eſt et illud vitium, nimium ſoliciti, 51 et circa omnia momenta luctantis. Suſpectam enim facit judici cauſam, et frequenter, quae

Poſterius *et* in Goth. Geſnerus neglexit. Camp. *interpellationibus e. c.* Tarv. *r. et interpellationibus e. c.* cum Andr. Venet. Ald. Baſ. ut quosdam emendare narrat Regius. Jenſ. *r. et plenaribus c.* cum Loc. Ruſc. *r. et probationibus e. c.* Bad. utr. Gryph. Capper. cum aliquot praeterea. Noſtra eſt in reliquis edd., ſed MSS. turpiter ſilentur. *interpellationibus* omiſſis *recte* et *et*, ipſum ab emendatore eſt profecto, quanquam in principe Campani. Pro *plenaribus* Geſn. conjicit *velitaribus*. Reponere *probationibus* non attinet, cum adeo nota vox tam nova non potuerit obliterari. Alioqui ſi noto vocabulo defungi poſſemus, nihil aptius quam *propoſitionibus*, quod inter multa ſuadet Badius. *plenius*, quod Regius, nec ipſum eſt nihili, modo *et* fuerit ante hanc vocem, poſt autem deleatur. Equidem nihil exputo. Ejicere vocem portentoſam, quod interim feci cum multis, proletaria ſane eſt κρίσις. Eum cenſeo emendaturum orationem, qui graecas aliquas voces invenerit, lacunis illis Guelferbytanis inſerendas. Ne illud quidem pro certo ſtatuam, ſextum an tertium caſum agnoſcere debeamus in *contradictionibus*. Hunc tamen malim.

ſec. ſimul. Turic. Camp. inſerunt *plurimum*.

51. *nimium.* Turic. Camp. *magnum* cum Alm.

ſoliciti. Turic. *ſolicite* cum Alm. (cf. § 50. 56). Hoc cum antecedente facit expeditiorem ſane ſed et jejunam orationem.

occurremus. cf. 3, 6, 12. 5, 13, 52. 5, 14, 20, 6, 3, 84.

id eſt — ſecundum. Hoc adjecit, ne quis cogitaret de accuſando et defendendo. Gloſſam enim quo minus credam, obſtat omnium librorum conſenſus cf. § 45.

51. *Eſt et illud* i. e. Solet committi etiam illud cet. cf. 6, 1, 50. Rem ipſam habes 5, 12, 8. loco nimis ſimili noſtro.

ſtatim dicta omnem dubitationem ſuſtuliſſent, dilata ipſis praeparationibus fidem perdunt, quia patronus et aliis crediderit opus fuiſſe. Fiduciam igitur orator prae ſe ferat, ſemperque ita dicat, tanquam de cauſa optime ſen-
52 tiat. Quod (ſicut omnia) in Cicerone praecipuum eſt. Nam illa ſumma cura ſecuritatis eſt ſimilis, tantaque in oratione auctoritas, ut probationis locum obtineat, dubitare nobis non audentibus. Porro, qui ſcierit, quid pars adverſa, quid noſtra habeat valentiſſimum, facile judicabit, quibus maxime rebus vel occurrendum ſit, vel inſtan-
53 dum. Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris. Nam, ſi agimus, noſtra confirmanda ſunt primum: tum, quae noſtris opponuntur, refutanda. Si reſpondemus,
54 prius incipiendum eſt a refutatione. Naſcuntur autem ex his, quae contradictioni oppoſuimus, aliae contradictiones, euntque in- 476
terim longius: ut gladiatorum manus, quae

dicta. Turic. omittit, male. Opponuntur *ſtatim dicta — dilata.*

54. *manus.* Conferendis et noſtri locis 6, 4, 8. 9, 1, 20. et aliorum ſatis apparet, *manum* dici pro *ictu*, quae eſt interpretatio Schol. V. ad Stat. Theb. 6, 788. Sic et Lucan. 6, 190. Mutuantur hinc vocem in aleae jactibus appellandis. cf. Caſaub. ad Suet. Aug. c. 71. Neque tamen aeque facile eſt, docere, quae *vocatae* fuerint *ſecundae manus*. Nam quod Geſnerus ſumit, primam manum intelligi caventis ictum, ſecundam inferentis, id quidem inde precario efficitur „quia prius „eſt, humanius, juſtius, tueri „corpus ſuum; alterum, alie„num ferire.“ Equidem caventis ictum nullam eſſe manum, ſed ſoli inferenti tribui eam,

ſecundae vocantur, fiunt et tertiae, ſi prima ad evocandum adverſarii ictum prolata erat: et quartae, ſi geminata captatio eſt, ut bis cavere, bis repetere oportuerit. Quae ratio 55
et ultra ducit. Sed illam etiam, quam ſupra oſtendi, ſimplicem ex affectibus atque ex affirmatione ſola probationem recipit refutatio; qualis eſt illa Scauri, de qua ſupra dixi: quin neſcio, an etiam frequentior,

54. *ſi prima*, Turic. *iſti p.* Solus.

evocandum. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gefn.) *vocandum* cum Vall. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Ruſc (cf. § 47). Noſtrum timida conjectura ſuaſit Regius. A MSS. iis, qui ſilentur, defendi vix ſpero. Quod Bern. noſtrum dare narratur, in eo errorem ſuſpicor transponendarum vocum.

bis cav. Camp. inſerit *etiam* cum Voſſ. 2. Goth. et odd. ante Stoer. An *eam* leges, et referes ad *captationem*? Sed ne ſic quidem juſtus manuum numerus videtur exire.

55. *ducit. Sed illam etiam.* Turic. *ductis et eam eſt illa tamquam ſed illa etiam.* Guelf. Camp. *d. S. illa e.* cum Goth. et edd. ante Ald. quo acc. recentiores a Stoer. inde ad Capper.

crediderim; collatis reliquis locis. Sed hic ſane ex bis *cavendo*, bis repetendo, quarta fit manus. *Captatio* hic quidem *συνώνυμον* videtur „proferendi manum ad evocandum adverſarii ictum," non petitio. Sed non video, quo modo numerus quaternarius manuum exeat in hac ratione. Obſcura eſt et res per ſe ipſa et collata cum altera cujus imaginem facit. *Secundam* ego *manum* per ſe quidem interpreter ictum protinus continuatum cautioni, *den Nachſtoſs.* Solatur me Regii ſimplicitas fatentis, ſibi ignotam eſſe hanc gladiatorum conſuetudinem.

bis cavere. cf. not. orit.

55. *ſupra oſtendi.* 5, 12, 12.

ſupra dixi. 5, 12, 10.

frequentior. Quod legitur in veteri Campani editione, ſola, *frequentius* adverbium, placet; facilius ad *recipit* referendum, quam adjectivum *frequentior*, ad *qualis — illa.*

ubi quid negatur. Videndum praecipue utrique parti, ubi ſit rei ſumma. Nam fere accidit, ut in cauſis multa dicantur, de pau-
56 cis judicetur. In his probandi refutandique ratio eſt, ſed adjuvanda viribus dicentis, et adornanda. Quamlibet enim ſint ad docendum, quod volumus, accommodata, tamen erunt infirma, niſi majore quodam 477
57 oratoris ſpiritu impleantur. Quare et illi communes loci *de teſtibus*, *de tabulis*, *de argumentis*, aliisque ſimilibus, magnam vim animis judicum afferunt; et hi proprii, quibus factum quodque laudamus, aut contra, *juſtum* vel *injuſtum* docemus, *majus*

rei. Turic. omittit, ſolus.

56. *docendum.* Turic. Guelf. Camp. *dicendum* cum Goth. Alm. Vall. et edd. ante Ruſc. (cf. § 54) item Baſ. Stoer. et rell. ante Roll. quo acc. Burm. Noſtrum ex emendatione Regii. *accom. tamen er. inf.* Turic. *a. pecunia t. e. et i.* (a ſec. manu deletum *pec.*) cum Alm. (cf. § 51. 5, 14, 7). *a. t. e. et i.* Camp. cum Voſſ. 3. Ex monſtro illo Turic. et Alm. ingenioſe Burm. efficit *tenuia*, quod ſpeciem ſumit ab *et*, in aliis quoque, ut vidimus, libris remanente.

impleantur. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *implentur* cum edd. ante Baſ. *impleatur* Voſſ. 2.

57. *quodque.* Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *quoque* cum Vall. Regius correxit.

juſt. vel. Guelf. *j. aut.*

ubi — ſumma. vid. 3, 6, 9. Capperonnerius commodum laudat Juvenal. 7, 155 — *ubi ſumma Quaeſtio* —.

56. *accommodata, tamen.* cf. not. crit.

majore — impleantur. Non ego ullam, cum Geſnero, hic navis ſimilitudinem agnoſco. *implere* pro *magnum reddere* et alibi uſurpat noſter ut 6, 1, 12. 9, 3, 74. Ambigas autem, pro *oratoris* ſitne legendum *orationis*.

aut *minus*, *asperius* aut *mitius*. Ex his autem alii ad comparationem singulorum argumentorum faciunt, alii ad plurium, alii ad totius causae inclinationem. Ex quibus 58
sunt, qui praeparent animum judicis; sunt, qui confirment. Sed praeparatio quoque aut confirmatio aliquando totius causae est, aliquando partium, et perinde, ut cuique conveniunt, subjicienda. Ideoque miror, in- 59
ter duos diversarum sectarum velut duces non mediocri contentione quaesitum, *Singulisne quaestionibus subjiciendi essent loci?* ut Theodoro placet: *An prius docendus judex, quam movendus?* ut praecipit Apollodorus: tanquam perierit haec ratio media, et nihil cum ipsius causae utilitate sit deliberandum. Haec praecipiunt, qui ipsi non dicunt in foro: ut artes, a securis otiosisque compositae, ipsa pugnae necessitate turbentur.

plurium. Turic. Guelf. Camp. *plurimum.* Male. cf. 2, 7, 5.

58. *perinde.* Turic. Guelf. Camp. *proinde* cum Alm. Voss. 3. et edd. ante Stoer. quo acc. Obr. *provident* Voss. 1. cf. § 21. not. ex.

59. *artes.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bodl. Bal. Alm. Goth. Voss. 1. 2. 3. Bern. et edd. ante Stoer. Reliqui *acies.* Ingeniosa est conjectura (neque enim ab ullo, credo, MS.

59. *duos — duces.* cf. 3, 1, 17. 18.

tanquam — media. Agnoscit Gesn. colorem petitum ab Aristotele cf. nos ad 4, 2, 32.

nihil — deliberandum. cf. 4, 2, 101.

ut — turbentur. De usu conjunctionis *ut* cf. nos ad 1, 1, 30: quanquam hic intelligi etiam potest *ita* ante *ut. Artes* vide explanatas ad 2; 15, 4. ubi ex Cicerone „ad „*artes componendas.*“ *Pugna*

60 Namque omnes fere, qui legem dicendi, quasi quaedam mysteria, tradiderunt, certis 478
non inveniendorum modo argumentorum locis, sed concludendorum quoque nos praeceptis illigaverunt: de quibus breviſſime praelocutus, quid ipse sentiam, id est quid clariſſimos oratores feciſſe videam, non tacebo.

XIV. Igitur *enthymema* et argumentum ipsum, id est rem, quae probationi alterius adhibetur, appellant; et argumenti elocutionem. Eam vero, ut dixi, duplicem: *ex*

defenditur) cujus quidem eruditi, ignoro; nec tamen neceſſaria. Deduxit eo *pugnae* mentio, et veniat legenti in mentem Phormionis illius Hannibalem docentis (Cic. de Orat. 2, 18). Sed diſſuadet mutationem hanc, quod ſubito per illam injicitur ſimilitudo. Alia res ſit ſi, pro *ut — turbentur*, legatur *ut — turbantur*. Abrupta quidem et hiulca vel ſic fuerit oratio, ſed manifeſta tamen comparatio. Neque pluralis locum habet, ſi legitur *acies*; ſi *artes*, optime.

60. *Namque*. Hinc novum caput, inſcriptione plerique impoſita, ordiuntur Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. cum Vall. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. Neque erat quod tantam hujus diremtionis imperitiam accuſaret Regius, quem mox ſecuti ſunt omnes.

1. *quae prob.* Turic. Camp. *q. de reprob.* cum Alm.

ut dixi. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Bern. Alm. et edd. ante Baſil. Reliqui omittunt *ut*.

autem *ſcholae* ſaepe opponitur ut 5, 12, 17. 22. 6, 3, 28. 10, 1, 79. Praecepta ſchola cum cedere debere utilitati aliquoties monet, velut 4, 2, 85. cf. tamen 19t. crit.

60. *myſteria*. Comparat Burm. Cic. de Or. 1, 47. „explicet nobis, et illa di„cendi *myſteria* enunciet.“ item Geſnerus noſtrum 5, 14, 27.

1. *ut dixi*. vide 5, 10, 2. Accuſativum *eam duplicem* repete ex *appellant*.

consequentibus, quod habet propositionem, conjunctamque ei protinus probationem: quale pro Ligario, *Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior ea judicanda est, quam etiam Dii adjuverunt*: habet enim rationem et propositionem, non habet conclusionem. ita est ille imperfectus syllogismus. Ex 2
pugnantibus vero, quod etiam solum *enthymema* quidam vocant, fortior multo proba-
479 tio est. Tale est Ciceronis pro Milone, *Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis.* Quod 3
quidem etiam aliquando multiplicari solet, ut est ab eodem, et pro eodem reo, factum:

ei. Turic. Camp. *rei.* *mel. ea jud.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Voss. pr. et edd. ante Gryph. *mel. jud.* Goth. (tac. Gesn.). Reliqui *m. e. certe j.* cum libris Ciceronianis. *rationem et propos.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Bodl. Andr. Jens. et edd. ante Bas. quo acc. Obr. *propositionem* omissis reliquis Guelf. cum Bern. Bas. *t. e. probationem* Goth. (tac. Gesn.). A Gryphio inde praeter Obr. *propositionem probationemque*; quo auctore, nescio.

3. *eodem et — reo.* Turic. Guelf. omittunt *et pro eodem* cum Voss. 1. 3. et Alm. ut suspicor, quanquam etiam *reo* ab hoc abesse narratur. Solitus error.

quod habet. Neutrum pronominis relativi spectat ad *enthymema*, nisi forte totum negotium comprehendit. cf. 5. c. III. item mox § 2.

pro Ligario. c. 6.

rationem — conclusionem. Ratio hic plane pro probatione dicitur; nec ordo diligenter custoditur, qui *prop.* anteverti postulabat *rationi.* Propositiones sunt *dubia, melior judicanda*, rationes *quod erat — posset, quam — adjuverunt.*

imperfectus syllogismus. vid. 5, 10, 3.

2. *quod etiam solum.* cf. 5, 10, 2.

pro Milone. c. 29.

Quem igitur cum omnium gratia noluit; hunc voluit cum aliquorum querela? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune, non eſt auſus; hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitavit occidere? Optimum autem videtur enthymematis genus, cum propoſito diſſimili vel contrario ratio ſubjungitur: quale eſt Demoſthenis, *Non enim, ſi quid unquam contra leges factum eſt, idque tu es imitatus, iccirco te convenit poena liberari: quin e contrario damnari multo magis. Nam*

omnium. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *aliqua* cum Voſſ. 2. 3. et edd. ante Baſil. *aliquorum.* Voſſ. 1.

quem impune. Turic. Guelf. Camp. omittunt haec cum Vall. Goth. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Baſ. Sed etiam *quem loco* Voſſ. 1. 2. 3. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Ald.

4. *factum.* Turic. Guelf. Camp. *actum.* cf. 5, 10, 33. Graece eſt ἐπράχθη. Cum de legibus ferendis hoc dicatur, *actum* fortaſſe melius. *quin.* Turic. Guelf. Camp. Jenſ. (errante Géſn.) Tarv. *quod.* Regius correxit. Goth. *ſed* cum Voſſ. 2.

4. *Demoſthenis.* In Androtionem p. Rsk. 595. Οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἀλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων προήλω, σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν σὺ δίκην δῷς, ἄλλος οὐ γράψει. Geſnerus ſimile de eadem re enthymema deſignat apud Cic. Verr. 5, 89. „Si is qui erit — liberabuntur" et Regius ait, (quam quidem vere, ipſe viderit), Paulum (Digeſt. 1, 3, 14.) ex hoc Demoſthenis dicto collegiſſe regulam juris civilis: „Quod — „contra rationem juris recep- „tum eſt, non eſt producen- „dum ad conſequentias." Eodem Demoſthenis loco utitur Demetr. § 31. p. Schn. 17. Similis eſt alter ejusdem contra Stephanum falſi teſtimonii οὐ γὰρ ἂν ἕτερον δείξῃ δεινότερα εἰργασμένον, ἀποφεύγειν αὐτῷ προσήκει. p. 1117.

ut, si quis eorum damnatus esset, tu haec non scripsisses: ita, damnatus tu si fueris, non scribet alius. Epichiremata et quatuor, 5
et quinque, et sex etiam factae sunt partes a quibusdam; Cicero maxime quinque defendit, ut sit *propositio*, deinde *ratio* ejus, tum *assumtio*, et ejus *probatio*, quinta *complexio:* quia vero interim et propositio non
10 egeat rationis, et assumtio probationis, nonnunquam etiam complexione opus non sit, et quadripertitam, et tripertitam, et bipertitam quoque fieri posse ratiocinationem. Mihi, et plurimis nihilominus auctori- 6
bus, tres summum videntur. Nam ita se

5. *vero.* Turic. Guelf. omittunt cum Camp. (a quo et *quia* abest, et pro *interim* est *interdum*) Voss. 1. 2. Goth. Vall. et edd. ante Bad. Regius reposuit, necessario; et facillime intercidebat, compendio notatum ꝛ̄.

et ass. prob. Guelf. omittit. *complexione.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *cum plane* cum Alm. Vall. et edd. ante Ald. Regius verissime correxit.

quadripertitam. Sic Turic. In reliquis duabus vocibus A habet et ipse pro E. et sic libri mei omnes ubique, exc. Gryph. et Obr. qui mecum faciunt. cf. 3, 6, 83.

6. *plurimis.* Turic. Camp. *pluribus* cum Voss. 1. cf. 5, 13, 57. *summum.* Camp. *summi.* Ald. *ad summum* cum Bad. sec. Bas. Gryph. aliisque. *solummodo* Goth. Bad. pr. cum Voss. 1. 2. 3. Goth. Burmannus ablegat ad Liv. 31, 42, 4. ubi vid. Drakenb. cf. nostr. 5, 10, 5.

5. *Cicero.* vid. de Inv. 1, 37. item Script. ad Herenn. 2, 18.

et propositio — probationis. In altero membro deficit negatio, ubi pro *et* expectabas *nec.* In tali oratione equidem non acquiesco, cum exemplis geminis destituar. Suspicor *aut — prop. aut* assumt.

6. *tres summum videntur.* cf. 5, 10, 5. qui locus non plane coit cum hoc.

habent iſta natura, ut ſit, de quo quaeratur, et per quod probetur: tertium adjici poteſt velut ex conſenſu duorum antecedentium. Ita erit prima *intentio*, ſecunda *aſſumtio*, tertia *connexio*. Nam confirmatio primae ac ſecundae partis et exornatio, eisdem cedere
7 poſſunt, quibus ſubjiciuntur. Sumamus enim

habent iſta nat. Turic. Camp. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *habet i. n.* cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Bak. Noſtrum eſt in Gryph. (1536) Colinaei. Reliqui *habet nat.*

partis et exorn. Turic. Camp. *p. exorn. et.* Tarv. *p. exorn. eſt et* cum Alm. (cf. 5, 13, 42. item § 13). Reliqui *part. exorn.* omiſſo *et.* Noſtrum dedi ex conjectura Capperonnerii, quam et ipſe recepit, firmiſſimis rationibus comprobatam. Neque enim, ut monet, eſt pro candore Quintilianeo haec affectatio diſcernendi (etiam per χιασμὸν) *confirmationem primae* ab *exornatione ſecundae partis*, neque *exornatio* magis ad ſecundam argumentationis partem ſpectat quam ad primam (quod Cicero ipſe oſtendit mox § 7. *primam partem — copioſiſſimis verbis*) ſicuti ne *confirmatio* quidem conjunctior eſt cum prima quam cum altera ejus parte. vid. § 5. *ratio — probatio.* *poſſunt.* Jenſ. (tac. Geſn.) *poſſent* cum edd. ante Ald. correxit Regius. cf. 5, 11, 2.

7. *enim.* Sic Turic. Guelf. Tarv. cum Alm. Voſſ. 1. Ald. Omittunt Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante

Nam conſ. — ſubjiciuntur. i. e. ratio propoſitionis et probatio aſſumtionis, quae ſunt ſecunda et quarta pars ratiocinationis Ciceronianae, poſſunt comprehendi, illa quidem propoſitionis, haec aſſumtionis vocabulo, quibus ſubjunguntur. *Cedere alicui rei* idem eſt ac *cedere in locum vel partem alicujus rei* (cf. 3, 8, 53). *Subjici* autem hic non dialectico illo ſignificatu dicitur, ſed pro *ſubjungendo* cf. 3, 3, 6. Exornationem vide apud Cornif. ad Herenn. 2, 18, 29. Cic. de Inv. 1, 30. *exornari* argumentationem. Animadvertit Regius, Boëthium in ſecundo dialecticorum libro multis collegiſſe argumentis ratiocinationem tripertitam, quod et Ariſtoteli ac Theophraſto et omnibus denique peripateticis placuiſſe demonſtret.

ex Cicerone quinque partium exemplum. *Melius gubernantur ea, quae consilio reguntur, quam quae sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps rationibus variis, et quam copiosissimis verbis approbari putant oportere.* Hoc ego totum cum sua ratione unum puto: alioqui si ratio pars est, est autem varia ratio, plures partes esse dicantur. Assumtionem deinde[8] ponit, *Nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus, administratur. Hujus assumtionis quarto in loco jam porro inducunt approbationem:* de quo idem, quod supra, [81] dico. *Quinto inducunt loco complexionem, quae*[9]

Basil. exceptis, quas demonstravi. Recentiores *autem*, sine auctore. cf. 3, 3, 10. item Morel Elémens de Critique p. 306. *gubernantur ea.* Ciceronis libri *accurantur* nisi quod Leid. 3. addit *ea.* *reguntur.* Cic. *geruntur.* Turic. ante *cons.* inserit *sine.* Alm. *cons. reg.* bis ponere et quaedam turbare narratur cf. 5, 13, 56. item § 11.

cum sua. Turic. Camp. *in s.* cum Goth. Vall. Alm. Voss. 1. 2. 3. Bern. *insita* Guelf. cum marg. Basil. non sine specie. Nostrum conjecit Regius. *puto.* Ioann. *pono* cum Steph. ipso, non ejus margine, ut narrat Burm. Non displiset.

8. *jam.* Basil. *aliam* cum edd. posterioribus ante Obr. et libris Cic. *approbationem.* Sic Turic, Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Bern. et edd. ante Gryph. item libris Cic. Reliqui *prob.*

9. *compl. quae.* Cic. inserit *eam.*

7. *ex Cicerone.* vid. de Inv. 1, 34. *Enim* dixit, quia hoc ipso exemplo tripertitam rationem est defensurus. *est, est.* Intelligo *si* inter haec duo verba.

8. *quod supra.* modo § 7. „Hoc — dicantur."

aut id infert ſolum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo, Conſilio igitur mundus adminiſtratur: aut, unum in locum cum conduxit breviter propoſitionem et aſſumtionem, adjungit, quid ex his conficiatur, ad hunc modum: Quod ſi melius geruntur, quae conſilio, quam quae ſine conſilio adminiſtrantur; nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus, adminiſtratur: conſilio igitur mundus adminiſtratur. Cui parti conſentio. In tribus autem, quas fecimus, partibus,

aut id infert. Turic. Guelf. Camp. *a. id fert.* cum Alm. Bern. Tarv. Ald. *a. infert.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. (niſi quod hic dicitur dare *autem*) et reliqui ante Gryph.

conduxit. Sic Turic. Guelf. Camp. *conducit* Voſſ. 3. Reliqui *conduxerit*, ut et libri Cic. Sed *cum* h. l. eſt *poſtquam*. Baſil. margo *concluſerit* quod operoſius impugnat Burmannus Ciceronis locum aliquem afferens aliorumque, nec ſentiens, hoc ipſum eſſe Ciceronis, quod multos videtur interpretes fefelliſſe; etiam Regium. *aſſumt. adj.* Cic. inſerit *id.*

quid. Goth. *quod* cum Cic. *gerunt. quae.* Cic. inſerit *ea.* *qu. omn. mund. adm.* Cic. *adm. qu. omn. mund.*

infert. cf. 5, 11, 27.

10. *In tribus — partibus.* Queritur Geſnerus hic deeſſe lucidum ordinem, nec conſtare partium numerum. Nemmem profecto dicturum, totum hoc „Nam quidquid — „ex ſe ipſa movetur“ eſſe aſſumtionem; qua tamen ſola ratione efficiei tres partes. Hunc errorem natum ex prava *intentionis* appellatione (§ 6) pro qua *propoſitionem* aptius fuiſſe dicturum. *Intentionem* vocandam fuiſſe, quae interdum praemittatur *propoſitioni*, ut hic; quaeque eadem ſit *concluſioni*. (Sed efficiet ea quartum profecto membrum.) Equidem nihil aliud quam aſſumtionem creditum a Qu. cenſeo totum illud „Nam quidq. — movetur“ quanquam hoc magnopere recedit a noſtra ſubtilitate enumerandi partes ſyllogiſmi, neque ipſi ſane Ciceronis exemplo, modo poſito, ſatis con-

non eſt forma ſemper eadem, ſed una, in qua idem concluditur, quod intenditur, *Anima immortalis eſt. Nam, quidquid ex ſe ipſo movetur, immortale eſt: anima autem ex ſe ipſa movetur, immortalis igitur eſt anima.* Hoc fit non ſolum in ſingulis argumentis, ſed in totis cauſis, quae ſunt ſimplices, et in quaeſtionibus. Nam et hae primam habent propoſitionem, *Sacrilegium commiſiſti: Non, quisquis hominem occidit, caedis tenetur:* deinde rationem (ſed haec eſt 11

11. *commiſ. Non.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui inſerunt *hominem occidiſti.* cf. 3, 6, 74. *caed. ten.* Sic Turic. (ſed a ſec. manu aſcriptum *reus*) Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Reliqui inſerunt *reus.*

haec eſt. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) omittunt *eſt.* Placet.

venit. Sed nondum adoleverat nec juſtas vires ſumſerat dialectica illa diligentia inter homines Romanos, agendi et eloquendi peritiores quam argutandi. cf. 5, 13, 19. Sic in vocabulis uſurpandis fluctuat noſter, ut *connexio* (§ 6. 12,) pro *complexione.* Et hoc agnoſcit mox ipſe Geſnerus ad § 12. item in praef. ſua § 14, luculentiſſime diſputans. Refert maxime, ut hic efficiatur ternarius ille numerus, quem de induſtria tutatur noſter. Male autem Geſnerus ipſam ſcripturae integritatem ſolicitat, quanquam tecte, nec ſibi fidens ſatis.

Anima — eſt. Hoc quidem et ipſum e Cicerone petitur, quanquam non ipſius verbis explicatum. vid. Tuſc. Diſp. 1, 23. item Somn. Scip. p. 1091 (frgm. Cic. in Ed. Ern.). Sua autem ſe convertiſſe e Platonis in Phaedro oratione, teſtatur Cicero. vid. Phaedr. Plat. p. 245. C. D. E. (Bip. 10, 318. 19.) ubi cf. Heindorf. p. 246.

in quaeſtionibus, quae opponuntur cauſae univerſae cf. 3, 6, 10. De *cauſis ſimplicibus* 3, 10, 1.

11. *Sacril. — Non quisquis.* Sunt hae propoſitiones, vel intentiones, ajens altera, altera negans.

caedis — tenetur. Structuram eandem habes Cic. de legg. 3, 13. Digeſt. 6, 1, 4.

in cauſis et quaeſtione longior, quam in ſingulis argumentis) et plerumque ſumma com- 48
plexione, vel per enumerationem, vel per brevem concluſionem teſtantur, quid effecerint. In hoc genere propoſitio dubia eſt:
12 de hac enim quaeritur. Altera eſt complexio, non par intentioni, ſed vim habens parem, *Mors nihil ad nos. nam, quod eſt diſſolutum,*

quaeſtione. Sic Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Baſ. *quaeſtionem* Turic. (cf. § 7. item mox hac §) *quaeſtionum* Voſſ. 3. Reliqui *quaeſtionibus*. Goth. ante *quaeſt.* inſerit *in*, ſolus. cf. 4, 3, 16. *teſtantur.* Turic. Camp. *teſtatur* cum Obr. Sed mox Camp. *quod fecerit.* Obr. *quid effecerit.* Alm. *qui defecerint* ubi nulla Turic. varietas, uti viciſſim nulla hic in Alm. (cf. modo hac § item § 12). Haeſerunt profecto in ſubjecto, quod ſi aliunde eſt circumſpiciendum, malim *ſumma complexio* pro abl. *ſ. complexione.* Saltem non eſt cogitandum cum Capper. in ſingulari de *ratione*, in plurali de *oratoribus* ἀπὸ κοινοῦ.

12. *nam quod — ad nos.* Turic. omittit cum Voſſ. 1. 3. cf. § 4.

et quaeſtione. Malis inſeri *in.* cf. not. crit. extr.

enumerationem. Hic quidem ex ipſa ſerie orationis apparet quid ſit, neque proprium eſt artis vocabulum, quale 6, 1, 1. aut apud Cic. de Inv. 1, 29. cf. not. ad 5, 10, 66.

teſtantur quid effecerint. Si ſubjectum requiris, habes § 10. *totas cauſas et quaeſtiones.*

12. *Altera — compl.* Refer ſecundam hanc diviſionis partem ad § 10, „ſed *una.*“ item mox hac § *In alio genere.*

Mors nihil ad nos. Hoc ipſum epichirema eſt Epicuri, referente Gellio 2, 8 ex libro ſecundo Plutarchi de Homero (qui quidem interciderunt): Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. τὸ δὲ (l. γὰρ) διαλυθὲν ἀναισθητεῖ. τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς Plutarchus in hac argumentatione deſiderabat, „quod in prima parte Epicurus ſumere deberet“ Ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. Ne hoc quidem igitur argumentum ad amuſſim reſpondere regulis dialecticis, nihil mirum. Apparet tamen ὁ θάνατος et τὸ διαλυθὲν eſſe illa, quae, ut *non ſint paria*, ita *vim* tamen *habeant parem.* Et hoc noſtro ſufficit.

ſenſu caret; quod autem ſenſu caret, nihil ad nos. in alio genere non eadem propoſitio eſt, quae connexio. *Omnia animalia meliora ſunt, quam inanima; nihil autem melius eſt mundo, mundus igitur animal.* Hic poteſt videri de re contentio. Potuit enim ſic conſtitui ratiocinatio: *Animal eſt mundus,*

quae connexio. Turic. *quae ex* (a ſec. manu *eſt*) *conceſſio.* Alm. *q. exceſſio* (cf. § 11, 15). *ſſ* factum ex *x.* cf. 2, 20, 9.

Hic poteſt — contentio. Non profecto aperta ſententia. Libri quidem nihil variant. Moſellanus pro *de re* (quanquam ne hoc quidem diſerte deſignat) *ſine* vel *praeter rem* legendum judicat, „quod „ratio ſubjuncta ſatis aperte „demonſtrare videatur:“ *Ceterum haec propoſitio* cet. Neque emendatio lenis eſt, neque ejusdem probatio evidens. Geſnerus de gloſſa cogitat, quae de margine, ubi talis a ſtudioſo quodam fuerit poſita: *Hic poteſt videri deeſſe complexio* vel *connexio*, corrupta venerit in textum. Deinde, poſt *Potuit*, *enim* mutat in *etiam;* neceſſario, poſt illam jacturam. Per ſe quidem leniſſima haec eſt mutatio (cf. 2, 13, 11. It. Oudend. ad Suet. Aug. c. 82.) ſed, cum ſine ea non procedat altera illa atrocior, minus tuta. Equidem ejiciendum cenſeo *de re*, quod ortum videtur ex antecedente *videri*, pro quo potuit eſſe alicubi *videre* (cf. 5, 7, 37). Praeterea muto *hic* in *haec*, *contentio* in *intentio*, inſerens, ſi venia detur (nam carere eo poſſumus), *etiam* poſt *poteſt*. Inde hanc ſententiam efficio: „*mundus — animal*, quod in „noſtro exemplo eſt com„plexio, poteſt etiam videri „*intentio* i. e. propoſitio.“ Variat *intentionem* et *propoſitionem* (hac ipſa § „par *in*„*tentioni*“ „eadem *propoſi*„*tio*“), promiſcue uſurpans ut *compl.* et *connex.* Sic deinceps recte *enim* dicetur. Namque, in altera illa ratiocinationis forma, *animal — mundus* eſt ipſa *intentio* ſive *propoſitio*. Neglexit quidem *tripertitam* ſuam rationem in poſtremo exemplo, quod eſt *bipertitum*. Sed hoc ego aſſigno incuriae illi ſuperbae et Romanae (vid. ad § 10). Ut nunc eſt, locum non intelligo; quid ſit *de re*, plane non aſſequens.

omnia enim animalia meliora sunt, quam
13 *inanima.* Ceterum haec propositio aut confessa est, ut proxima; aut probanda, ut, *Qui beatam vitam vivere volet, philosophetur* 485
oportet: non enim conceditur: cetera sequi, nisi confirmata prima parte, non possunt. Et assumtio interim confessa est, ut, *Omnes autem volunt beatam vitam vivere;* interim probanda, ut illa, *Quod est dissolutum,*

13. *vivere.* Turic. Camp. *videre* cum Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Rusc. (cf. 5, 13, 56). Correxit Regius. Hebraïsmum olet, ut monuit Gesnerus. Sic et mox itidem, nisi quod priore loco filetur Alm. altero Voss. 2.

oportet. Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *oporteat* cum edd. ante Bad. exc. Camp. Correxit Regius.

non — conceditur. Turic. *non hoc c.* a sec. manu: *hoc enim c.* et sic Camp. *hoc enim concedit* Tarv. cum Alm. marg. Bas.

poss. Et ass. int. conf. est ut. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. et errante Gesn.) *p. ut est a. i. c. e. u.* cum Alm. Voss. 2. et edd. ante Ald. nisi quod *est* post *conf.* omittunt Jens. et rell. quod ne ex Alm. quidem et Voss. 2. affertur. Reliqui *p. est et a. i. c. u.* quod Regius reposuit. *Ut* natum ex *possunt* extremo. Mutavi veterem scripturam, nonnisi, pro *ut est*, dando *et*, solum.

13. *haec propositio.* Haeret Gesnerus in pronomine, pro quo malit *et*, quod ait valde esse ex more Quintiliani, conjunctionem *et* in protasi libenter usurpantis, ut 3, 7, 37 „Est laus *et* op." in primis 6, 5, 39. „Nam *et* a Cicerone." Huic deinde respondere *est et ass.* In hac concinnitate volebat haud dubie ejici mox *est* ex illis *est et ass.* (sicut vulgo quidem legitur). Est sane elegans in hac constitutione structura; neque tamen necessaria mutatio, nullo auctore nixa. *Haec* interpretare, „de „qua nunc agimus" ut non designetur certa aliqua propositio. cf. 4, 1, 64. Si longius trajicere liceat pronomen, tollas hinc et reponas inter *ut* et *proxima.* Hoc de dubiis etiam inter argumenta adhibendis vide et supra 5, 12, 1—4.

ſenſu caret: cum, ſoluta corpore anima an ſit immortalis, vel ad tempus certe maneat? ſit in dubio. Quam aſſumtionem alii, alii *rationem* vocant. *Epichirema* autem nullo 14 differt a ſyllogiſmis, niſi quod illi et plures

13. *certe.* Turic. Guelf. Camp. *certa* cum Vall. et edd. ante Ald. In Voſſ. 2. *certa;* ſed correctum *certum*, quod ipſum repoſuit Regius, et eſt in Goth. (cf. praef. p. 42). Reliqui *certum.* MSS. ſilentur. Recepi meam conjecturam, quae propius ad MSS. accedit, quam Regiana (cf. 3, 11, 26), et apertiorem habet quaeſtionis non disjunctivae ſignificationem.

aſſ. — *vocant Epich.* Sic plane Camp. Sed Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *a. alii rationem alii voc. epic. Epic.* Jenſ. (tac. Geſn.) *a. alii alii r. v. alii epic. Epic.* cum edd. ante Bad. exc. Ruſc. (cf. modo hac §, ſed hic nulla Regii correctio) quae, ut deinceps omnes, *aſſ. ulii r. v. alii epic. Epic.* Voſſ. 2. *a. alii r. alii v. Epic.* non plane conſentiens Gothano, ſed ſemel tantum ponens *Epic.* In recepta, et plerorumque etiam MSS. (nam de Britannicis altum ſilentium), ſcriptura id maxime offendit, quod *epichirema*, id quod animadvertit Pſeudo-Turnebus, pro *argumentationis*, *argumenti* ſignificationem aſciſcit. Appellat hic quidem Hermogenem, apud quem de Inv. 3, 4. 7. ſane ἐπιχείρημα tale quid ſignificat, quanquam deſidero juſtam ejus definitionem. Quid autem proclivius, quam vocabulum illud male geminari a librariis? In ceteris quidem, aut trajectionem illam Campani aſciſcemus (cf. § 6. 16), quam ipſe recepi, elegantiſſimam ſtructuram, aut, abjecto *epichirema* priore, acquieſcemus in Turic. aliorumque conſtitutione, quae eſt ipſius Voſſ. 2.

vel — *maneat.* Cic. Tuſc. Diſp. 1, 31. „Stoïci — uſu„ram nobis largiuntur, tan„quam cornicibus: diu man„ſuros ajunt animos; ſemper, „negant.“ Diog. Laert. 7, 156. μετὰ θάνατον ἐπιμένειν τὴν ψυχήν. Attende *an* — *vel* uſurpatum in quaeſtione non disjunctiva. Tum enim *utrum* — *an* requirebatur. cf. 1, 5, 47. *an* h. l. interpreteris *an non* cf. 1, 5, 19.

Quam aſſ. — *vocant.* Pronomen relativum vel ad praecedens referes, vel ad ſequens, Si prius, haec erit ſententia: Hoc quod modo exemplo demonſtravi, alii vocant cet. Sin poſterius: Idem, quod alii *aſſ.*, alii *rat.* vocant. Et hoc videtur praeſtare. Mox § 14 de *nullo* vide 2, 4, 13.

habent ſpecies, et vera colligunt veris: epichirematis frequentior circa credibilia eſt uſus. Nam, ſi contingeret ſemper controverſa confeſſis probare, vix eſſet in hoc genere uſus oratoris. Nam quid ingenio eſt opus, ut dicas, *Bona ad me pertinent, ſolus enim ſum filius defuncti*, vel *ſolus heres, cum jure bonorum poſſeſſio teſtati ſecundum tabulas teſtamenti detur; ad me igitur pertinent.* Sed, 484 cum ipſa ratio in quaeſtionem venit, efficiendum eſt certum id, quo probaturi ſumus, quod incertum eſt: ut, ſi ipſa forte intentione dicatur, *Aut filius non es, aut non es legitimus,*

15. *filius.* Turic. *fidelius.* Alm. Guelf. *fidelium.* cf. § 12. 17.

teſtati. Turic. Guelf. *inteſtatis* cum Alm. ſed Camp. *inteſtati* cum Vall. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ruſc. (cf. § 13). Correxit Regius, et potuit *in* adhaereſcere ex extremo *poſſeſſio*. Sed Burmannus deſiderat hic aliqua, quia duplici uſus fuerit propoſitione: „ſolus ſum filius, vel heres. Utroque ergo caſu, ſive „pater teſtatus, ſive inteſtatus, deceſſiſſet, ſibi bona deberi contendebat: quare legendum forte" [fortaſſe] „*cum jure bonorum poſſeſſio teſtati heredi ſecundum tabulas, inteſtati filio detur, ad me igitur pertinet.*" In hac ratione una eſt cauſa *filii* et *heredis* etſi duplex, habens plures quaeſtiones. Quod prohiberi videtur ab illo *vel*. Hoc enim eſt in oratione Quintiliani, non ejus, qui hereditatem petit.

pertinent. Turic. Guelf. *pertinet* cum Alm. Obr. Refertur ad *poſſeſſio*.

16. *id quo.* Turic. *idque*, ſed a ſec. manu *id quod* et ſic omnes praeter Geſn. qui noſtrum repoſuit de conjectura; veriſſima illa. *forte.* Turic. Guelf. Camp. *fere* cum Alm. Frequens confuſio vid. Drakenb. ad Liv. 34, 47, 4.

aut non es — non es. Turic. *aut eſi leg. et aut non e.* Guelf. *aut es leg. et aut non e.* cf. ad 4, 2, 29.

15. *teſtati.* cf. not. crit.

16. *ipſa — intentione*, adverſarii puta.

aut non es ſolus: itemque, *Aut heres non es, aut non juſtum teſtamentum eſt, aut capere non potes, aut habes coheredes:* efficiendum eſt juſtum, propter quod nobis bona adjudicari debeant. Sed tum eſt neceſſaria illa ſumma 17
connexio, cum intervenit oratio largior. Aliquando ſufficiunt intentio ac ratio, *Silent leges inter arma, nec ſe expectari jubent,*

non juſt. t. e. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. exc. Baſil. Reliqui *j. t. non e.* cf. § 13. item mox hac §. *nobis b. adj.* Sic Turic. Capp. Reliqui *b. adj. nobis.* cf. modo hac § item § 20.

17. *Aliquando.* Turic. *aliquod.* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ad quod* cum Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. *Ad aliquid* Ald. Noſtrum repoſuit Regius, quem adjuvat Turic. cf. 5, 13, 37. *ac ratio.* Jenſ. (tac. Geſn.) *ac oratio* cum edd. ante Ald. Correxit Regius cf. ad 5, 2, 3.

Silent leges — nec ſe exp. Turic. *Silentem in l.* cet. (a ſec. manu noſtrum) Alm. *Silen ēm l.* cet. (cf. § 15. 18.) Jenſ. *ſ.*

Capere non potes. Propter eos, qui legibus vetarentur capere hereditatem, etſi heredes inſtituti, velut peregrini, deportati, fideicommiſſa coeperunt uſurpari cf. not. ad 3, 6, 70.

efficiendum eſt juſtum. Hoc dicitur cum reſpectu ad prius illud „efficiendum eſt *certum*." *Legitimum* docere id, unde jus noſtrum repetimus, aeque eſt neceſſe, ac *certum*, unde facti veritatem probamus. Hic quidem teſtamentum juſtum efficere oportet, quanquam non illa una eſt propoſitio, ſeu intentio. Adverſus illas enim reliquas: *heres non es, capere non potes, habes coheredes*, opus erat, *certum* efficere; ut non adeo bene opponi haec ſibi invicem videantur „*juſtum* eſſ. *certum* „eſſ." Neque tamen propter hanc difficultatem, negem cum Geſnero, exputari poſſe, quid *juſtum* ſibi velit; nec recipiam ejus mutationem *iſtud*, etſi ingenio non carentem. *efficere* pro *probando*, notiſſimam formam, vix tamen oſtenderis a Quintiliano uſurpatam; nec patitur concinnitas hic nude poni hoc verbum, cum modo fuerit cum adjectivo *certum*.

Silent — leges. Cic. pro Milone c. 4. cf. not. crit.

cum ei, qui expectare velit, ante injusta poena luenda sit, quam justa repetenda. Ideoque id enthymema, quod est ex consequentibus, rationi simile dixerunt. Sed et singula quoque interim recte ponuntur: ut
18 ipsum illud, *Silent leges inter arma.* Et a ratione fas est incipere, deinde concludere: ut ibidem, *Quod si duodecim tabulae nocturnum furem quoque modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune voluerunt:* 485 *quis est, qui, quoquo modo quis interfectus*

enim l. cet. cum edd. ante Bad. quo accedunt Baf. et libri Cic. Si *enim* ponebat Qu., refragabatur ille aliquatenus suae ipsius rationi. Neque enim sic fit *intentio* et *ratio* in hoc loco, sed ratio sola, alii intentioni inserviens; quae est haec apud Cic. *si vita nostra — expediendae salutis.* Sin omittitur *enim*, habes *intentionem* in his: *Silent — arma*, rationem deinceps: *cum ei — repetenda.* Et sic memoriter profecto scripsit noster. cf. 5, 13, 27 not. ex. *Sed — recte.* Turic. *S. e. f. interimque r.* cum Alm. Voss. 2. *S. e. f. interim quae r.* Camp. cum Goth. *S. e. f. quae interim r.* Jens. cum edd. ante Ald. *quoque* ex *quae* fecit Regius. *S. f. interim quoque r.* Guelf. *S. e. f. quaeque interim r.* Bad. pr., solus, nec monito lectore. Hoc maxime blanditur (cf. 5, 13, 13). *Et quoque* tamen et ab aliis junguntur, vid. Ruhnk. ad Vell. 1, 17, 2.

18. *concl. ut ib.* Turic. *concluderent ibidem* a sec. manu *concludere ib.* et sic Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. et edd. ante Ald. *c. ut idem.* Ald. Bad. pr. ex Regii emendatione.

et — quoque. cf. not. crit.

ut ipsum illud. Non quidem apud Ciceronem, opinor. Neque enim memini sic positum hoc in ejus operibus. Sed permittit Qu. ejusmodi sententias, qualis haec sit, etiam singulas poni.

18. *ibidem.* c. 3. extr.

defenderet. Apud Ciceronem aliquot libri *defenderit*, minus bene, ob *voluerunt.*

fit, puniendum putet? Variavit hic adhuc, et rursus rationem tertio loco posuit, *cum videat, aliquando gladium nobis ab ipsis porrigi legibus.* Prioris autem partis duxit ordi- 19

puniendum. Guelf. Camp. *permittendum*, mire argutante librario. *Variavit.* Sic Guelf. *varia aut* Turic. *varia autem* Camp. cum Alm. (cf. § 17. 19). *variant autem* Goth. Jens. cum Voss. 2. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. Basil. Reliqui *variat autem.* *adhuc et.* Camp. *adducat.*

posuit. Sic Guelf. *possunt.* Turic. cum Alm. Sed ille a sec. manu *ponunt* et sic Camp. cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. Basil. Reliqui *ponit.*

videat. Camp. *videant* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Bad. sec. quo acc. Basil. *nobis ab ipsis.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui inserunt *ad occidendum hominem* post *nob.* ex Cicerone. cf. § 17. not. 3.

19. *Prioris — ordinem.* vid. Cic. pro Mil. c. 4. Subjectum hujus sententiae, id quod recte vidit Capperonnerius, nullum aliud nisi totum illud quod sequitur: *Insidiatori — nex;* multum autem abest, ut sit Cicero, quae est Gesneri ratio et aliorum fortasse, quanquam obmutescentium in loco, non adeo facili. *Prioris partis ordinem ducere*, itidem cum Capperonnerio, interpretor, *priorem locum obtinere.* Repetenda profecto locutio e re militari, ubi *ordinem ducere* est centurionem esse (cf. 1, 2, 24). Addi etiam solet aliquid isti *ordini*, ut apud Livium 3, 44, 2 „*honestum* ordinem — ducebat." Apud nostrum quidem loca hinc ad hanc formae originem referri nequeunt 4, 2, 58. 10, 1, 85. Ad Livianum autem exemplum *prioris partis ordinem* interpretor, ut dixi, i. e. *primum ordinem.* Monet Qu., in isto exemplo Ciceroniano, quod jam positurus sit, intentionem, quae est in verbis a me designatis, praemitti ceteris epichirematis partibus, cum modo inversi ordinis exemplum dederit. Reliqua: *Quid comitatus — volunt* et *Quos habere — liceret*, simpliciter ponuntur, et subjectis tantum artis vocabulis, *ratio, connexio*, declarantur. Subjectum in tota illa sententia esse quaerendum, nemini mirum videbitur, qui contulerit § 26. Sic 3, 6, 74. 75. 76. ubi sententiae integrae subjectorum sunt loco.

nem, *Insidiatori vero et latroni quae potest inferri injusta nex?* haec intentio: *Quid comitatus nostri, quid gladii volunt?* haec ratio: *Quos habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret.* haec ex intentione et ratione connexio. Huic generi probationis tribus occurritur modis, id est, per omnes partes. Aut enim expugnatur intentio, aut assumtio, aut conclusio, nonnunquam omnia: sed omnia haec tria sunt. Intentio expugnatur, *Jure occidi eum, qui insidiatus sit.* Nam prima statim pro Milone quaestio est, *an ei fas sit lucem intueri, qui a se hominem,*

19. *Insid. vero.* Sic Turic. Camp. cum libris Cic. Reliqui *I. autem.* cf. 5, 10, 54. *gladii.* Turic. Guelf. Tarv. *clari viri* cum Alm. Similia, non eadem, in marg. Basil. Vide mihi portentum scripturae! *certe.* Turic. *certo*, non male. Guelf. *circa te.* cum marg. Basil. cf. Vorst. de lat. falso susp. c. 23. p. 186. *uti illis.* Turic. *utilis* cum Alm. cf. § 18. 21. sed et 3, 5, 12.

20. *omnia haec.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. et edd. ante Gryph. quo acc. Obr. Reliqui *h. b.* Positus τοῦ *omnia* succurrit sententiae quam Gesnerus insimulabat glossematis. *pro Mil. quaest.* Turic. Camp. *q. p. M.* Nostra collocatio exquisitior sane et plurimorum est librorum; quanto verior, non dixerim.

ei fas sit. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.)

20. *sed — tria sunt.* Urget suam epichirematis partitionem, ne forte quis credat infinitam esse illam universitatem. cf. modo *tribus — omnes.*

Jure — sit. Haec ipsa est intentio, jam expugnanda; non est ratio ejus expugnandae. Pro nostro more dixisse mus: „Intentio, *scilicet* Jure „occidi.“ cet. Recte enim monet Capper. *occidi* esse infinitivum praes., non perf. indicativi. Apparet hoc conjunctivo *sit.*

an ei — fateatur. Cic. pro Mil. c. 3. initio. Cicero *occisum* pro *necatum.* cf. not. crit. ad § 17.

necatum esse fateatur. Expugnatur assumtio 21
omnibus iis, quae de refutatione diximus. Et ratio quidem nonnunquam est vera, cum ejus propositio vera non sit: interim verae propositionis falsa ratio est. *Virtus bonum est*, verum est. si quis rationem subjiciat, *quod ea locupletes faciat*, verae intentionis falsa sit ratio. Connexio aut vera negatur, 22
cum aliud colligit, quam id, quod ex prioribus conficitur: aut nihil ad quaestionem dicitur pertinere. Non est vera, sic, *Insidiator jure occiditur. nam, qui curavit, ut vim afferat ut hostis, debet etiam ut hostis repelli. recte igitur Clodius, ut hostis, occisus est.* Non utique. Nondum enim Clo-

e. f. f. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. Reliqui *f. e. f.* cf. § 16. et modo, item § 23.

21. *ejus.* Turic. *eis ut* cum Alm. (cf. § 19. 22). *eis et* Guelf. (ut et Turic. a sec. manu) *et* Camp. cum Goth. Voss. 2. Recepta latet in Turic. et Alm. *est. Virtus.* Turic. Guelf. *e. et virt.* Camp. *e. ut Virt.* Non sine sensu.

Virtus — Connexio aut vera. Turic. *v. vel falsae* (a sec. manu *falsa*) *sit ratio quod nescio autem v.* Ex Alm. pro *connexio aut vera* affertur *quod nescio aut v.* lacunae illius nulla mentio (cf. modo hac §, item mox § 22). Camp. pro *quod* dat *qui*, pro *aut*, *autem.* Postremum et in Guelf. Jens. (tac. Gesn.) cum edd ante Rusc. (cf. § 13.) quo acc. Bad. uterque et Vall. etsi obscurius de hoc Bad. Correxit Regius.

22. *confi.itur.* Turic. *afficitur* (a sec. manu nostrum) cum Alm. (cf. § 21. 24). *concipitur* Tarv. *nihil ad.* Guelf. inserit *aliud.* *ut vim.* Turic. *u. ne v.* Guelf. *ne v.* cf. Drakenb. ad Liv. 33, 12, 6.

21. *quae — diximus.* Capite hujus libri 13.

22. *curavit ut — afferat.* Vix fero. Rescribam *curat* potius quam *afferret.*

dium insidiatorem ostendimus: sed sit vera connexio, *Recte igitur insidiator, ut hostis, occiditur.* Nihil ad nos. Nondum enim 486
Clodius insidiator apparet. Sed, ut potest vera esse intentio et ratio, et tamen falsa connexio: ita, si illa falsa sunt, nunquam est

ostendimus. Guelf. *offendimus.*

23. *vera esse.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) Reliqui *e. v.* cf. § 20. 25.

intentio — vera connexio. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. Bal. Alm. Voss. 2. Andr. edd. ante Ald. quo acc. Obr. Gesn. Bip. et aliquot apud Burm. Reliqui ex correctione Regii *connexio et tamen falsa intentio et ratio; ita, si illa vera sunt, nunquam est falsa connexio.* Aldus (sed in binis edd.) et Burm. nostram ipsam dant, nisi quod pro *falsa s. n. e. vera c.* ponunt *vera s. n. e. falsa c.* eodem utrique profecto aberrandi casu. In hisce technicis quam proclive sit turbari inter corrigendum, ostendit mendum Tarvisinum: *vera intentio et ratio: et tamen. Ita si illa falsa connexio falsa sunt nunquam est vera connexio.* cf. 3, 11, 26.

23. *Sed ut — vera connexio.* Haesit in hisce Regius, cum obstare videretur auctoritas Aristotelis, sic praecipientis (Analyt. pr. l. 2. c. 2, Buhl. 317. 18.) Ἐξ ἀληθῶν μὲν οὐκ ἔστι ψεῦδος συλλογίσασθαι. ἐκ ψευδῶν δὲ ἐστιν ἀλήθες. Monet acute et appositе Gesnerus, „in recta argumentatione „*ex veris falsum sequi non* „*posse*;" sed Fabium ostendere, „quot modis falsa argumenta„tio esse possit." Possit sane ad Aristotelicam rationem redigere hunc sensum, qui velit pro lubitu trajicere adjectiva: *falsa e. i. e. r. e. t. vera c. i. s. i. vera s. n. e. falsa c.* Sed nullam hic diligentiam dialecticam affectavit Qu., verum id spectavit, quod usu veniret et in foro et in schola. Neque enim, si maxime vera conclusio potest effici ex falsis propositionibus, ullus orator audebit manifesto falsa proponere, cum nemo audientium adeo perspicax fit futurus, ut veritatem illam conclusionis agnoscat, nisi forte sponte est evidens, ut nulla probatione indigeret. Falsae autem connexionis ex veris propositionibus exemplum illud de Clodio recte occiso satis luculentum posuisse sibi est visus Qu.

vera connexio. *Enthymema* ab aliis oratorius 24
syllogiſmus, ab aliis pars dicitur ſyllogiſmi, propterea quod ſyllogiſmus utique concluſionem et propoſitionem habet, et per omnes partes efficit, quod propoſuit: enthymema tantum intenta intelligi contentum ſit. Syllo- 25
giſmus talis, *Solum bonum virtus: nam id*

24. *oratorius.* Turic. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *oratoribus* cum Alm. et edd. ante Ruſc. (cf. § 21). Correxit Regius, cui aſtipulatur Vall. *ſyllogiſmus.* Turic. *ſyllogiſmi* (ſed a ſec. manu — *mus*) cum Alm. cf. § 22. 26.

propterea. Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) *propter.* *intenta.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voſſ. 2. Obr. eoque recentioribus. *intentu* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Bad. Hic *intentum* cum edd. ante Obr. quo acc. Capper. An ſupinum illud *intentu* ſuccurret ſententiae? Hoc modo: Per intentionem ipſam, qua fere ſola conſtat enthymema, intelliguntur in eo ceterae ſyllogiſmi partes.

contentum. Turic. Guelf. *contenta.*

24. *ab aliis — ab aliis.* cf. § 1.

intenta. cf. not. crit. Hoc vocabulo utrumque et *propoſitionem* et *concluſionem* ſignificari, inſolens eſt ſane; cum plerumque *intentio* appelletur quae et *propoſitio.* Nec profecto *intentio* intelligitur tantum in eo, quod ſequitur, exemplo; ſed exprimitur etiam: *Bonum eſt virtus.* Hiſce rationibus recte adductus videtur Capperonnerius; ut ſpuriam crederet vocem *intenta*, *intentum* (nam et ſic legitur), ſine qua bene procedat ſententia; ad infimum *intelligi*, repetendum eſſe *concl. et propos.* Eſt tamen quod deſideres, poſt jacturam illam factam; et fortaſſe *intenta* latius hic dicuntur pro eo, quo tendat totus ſyllogiſmus. Dicas etiam, non utique expreſſam *intentionem* in exemplo, quia forma *propoſitionis*, ſeu *intentionis*, legitima illud careat. Alioqui, id quod urget Capper., turbari ſane aliquid potuit in ſimilibus iſtis ductibus *tantum intenta — contentum.* Pro *concluſione* interdum uſurpari a Fabio *intentionem* Geſnero non credo, quamquam ablegauti ad § 10.

demum bonum eſt, quo nemo male uti poteſt: virtute nemo male uti poteſt: bonum eſt ergo virtus. Enthymema ex conſequentibus, *Bonum eſt virtus, qua nemo male uti poteſt.* Et contra, *Non eſt bonum pecunia: non enim bonum, quo quisquam male uti poteſt. pecunia poteſt quis male uti. non igitur bonum eſt pecunia.* Enthymema ex pugnantibus, *An bonum eſt pecunia, qua quisque male uti*
26 *poteſt? Si pecunia, quae eſt in argento ſignato, argentum eſt; qui argentum omne legavit, et pecuniam, quae eſt in argento ſignato, legavit: argentum autem omne legavit: igitur et pecuniam, quae eſt in argento,*

25. *bonum e. q. n. male.* Camp. *b. e. q. n. malus* cum Goth. Voſſ. 2. *virtute — poteſt.* Turic. Camp. omittunt cum Alm. Plus etiam omittit Guelf. usque ad *Et contra.*

nemo male uti. Camp. *n. uti malus.* Goth. (tac. Geſn.) *n. uti male.* *quisquam.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *quisque.* *quis.* Sic omnes, nec Goth. *quisque* ut narrat Geſn. *Enthym. — pecunia.* Turic. Camp. omittunt cum Goth. (tac. Geſn.) a quo et *pecunia* utrumque abeſt, et ante *Enth.* et poſt *bon. eſt.* Guelf. caret hiſce omnibus: *pecunia poteſt — male uti poteſt.* A Voſſ. 2. abeſſe dicuntur haec ſola *Enth. ex pugnantibus.* *male uti poteſt.* Sic Turic. Camp. quo deducunt et lacunae Guelf. et Goth. Reliqui *p. m. u.* cf. § 23. 32.

25. *Enthym. ex conſeq. — ex pugn.* cf. § 2. Diſplicet autem quod hic repente per interrogationem effertur *enthymema ex pugn.*, nec tuta eſt ſcriptura (cf. not. crit.). Malim igitur *Non* pro *An* (cf. 6, 2, 36 not. crit.).

26. *Si pecunia — in argento, legavit.* Simile, nec tamen iisdem verbis redditum, exemplum habes apud Cic. Topic. c. 3. vid. et 5, 11, 33. Recte autem et hic monet Capper. longiſſimam hanc periodum eſſe pro ſubjecto ad verbum *habebit.* cf. § 19.

legavit: habebit formam ſyllogiſmi. Oratori ſatis eſt dicere, *Cum argentum legaverit omne, pecuniam quoque legavit, quae eſt in*
87 *argento.* Peregiſſe mihi videor ſacra traden- 27
tium artes, ſed conſilio locus ſupereſt. Namque ego, ut in oratione ſyllogiſmo quidem aliquando uti nefas non duco, ita conſtare totam, aut certe confertam eſſe aggreſſionum et enthymematum ſtipatione minime velim. Dialogis enim et dialecticis diſputationibus erit ſimilior, quam noſtri operis actionibus, quae quidem inter ſe plurimum differunt. Namque illi homines docti, et inter doctos 28

26. *habebit.* Turic. *habebat* (a ſec. manu noſtrum) Alm. *habeat* cum Voſſ. 2. cf. § 24. 29. *omne.* Turic. Camp. *omnem* cum Goth. Jungendum utrumque, *omne, omnem* putat Geſn. Non ego.

27. *ſacra.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *ſacras* cum Vall. Voſſ. 2. Male. *ut in oratione.* Turic. *utineratione* a ſec. manu *ut: ſine ratione,* et ſic Guelf. Camp. (hic et omiſſo *ut*) cum Goth. Voſſ. 2. *non.* Turic. Guelf. Camp. omittunt cum Alm. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius. In Goth. eſt *non*, niſi et Geſn. et ego dormitavimus. cf. ad 5, 10, 107.

aggreſſ. — *enthym.* Turic. *a. ex extimaematum.* Guelf. *aggreſſione e. e.* cum Loc. Venet. Sed Camp. Goth. (tac. Geſn.) *aggreſſionem e. e.* Voſſ. 2. *aggreſſionem ex enthym.* et ſic Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Ablativum et *ex* egregie correxit Regius. pro *aggreſſionum* Ruſc. mendoſe *aggregationum* ut et ante *aut certam* pro *aut certe confertam*, ubi et Loc. Venet. *autem c. c.* (cf. § 24).

28. *illi.* Turic. Guelf. *illis.* Rollinus malebat *illic.* Capperonnerius monet oppoſito mox (§ 29.) *nobis* defendi receptam. Turic. et Guelf. ratio blandiri poteſt, modo ablati-

27. *ſacra.* Recte Geſnerus ablegat ad 5, 13, 60.

aggreſſionum. cf. 5, 10, 4.

28. *illi.* cf. not. crit.

verum quaerentes, minutius et ſcrupuloſius ſcrutantur omnia, et ad liquidum confeſſumque perducunt: ut qui ſibi et inveniendi et judicandi vindicent partes, quarum alteram 29 τοπικὴν, alteram κριτικὴν vocant. Nobis ad aliorum judicia componenda eſt oratio, et ſaepius apud omnino imperitos, atque aliarum certe ignaros literarum loquendum eſt; quos niſi et delectatione allicimus, et viribus trahimus, et nonnunquam turbamus affectibus: ipſa, quae juſta ac vera ſunt, 30 tenere non poſſumus. Locuples et ſpecioſa vult eſſe eloquentia: quorum nihil conſequetur, ſi concluſionibus certis et crebris, et in unam prope formam cadentibus conciſa, et contemtum ex humilitate, et odium ex quadam ſervitute, et ex copia ſatietatem, et 31 ex amplitudine faſtidium tulerit. Feratur

vum inſtrumenti ponere ſic licet, vel omittere *in*. cf. 4, 3, 10. 3, 8, 20. *minutius*. Turic. *munitius*, per errorem haud dubie; quanquam ne ipſum quidem ſenſu carens.

29. *aliorum judicia*. Goth. (tac. Geſn.) *illorum judicium*. *aliarum*. Alm. *illarum*. Turic. nulla mentio (cf. § 26, 31). Verius videtur, ſi *illas literas* intelligis *dialecticen*. Frequentiſſima confuſio. vide modo, item Ruhnk. ad Vell. 2, 13, 3. Oudend. ad Suet. Galb. c. 1.

allicimus. Turic. *adligemus*. Guelf. Camp. *alligemus*. cum Alm.

30. *contemtum*. Camp. *contemni*. Mire.

29. *aliorum* i. e. indoctorum, non noſtrae eruditionis hominum; opponitur τῷ *inter doctos*. cf. 4, 2, 45.

aliarum — literarum. cf. not. crit.

quos niſi — non poſſumus. cf. 4, 5, 6. quo et ſequens hic § conferenda.

30. *ex copia ſatietatem et ex ampl. faſtidium*. Horum ego diſcrimen parum aſſequor.

ergo non ſemitis, ſed campis: non uti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed ut latiſſimi amnes totis vallibus fluat, ac ſibi viam, ſi
188 quando non acceperit, faciat. Nam quid

31. *ergo.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *igitur.* cf. 5, 10, 54. *ſemitis.* Turic. *ſimentis* (ſed a ſec. manu noſtrum), Alm. *fementis.* cf. § 29. item hac §.

latiſſimi. Turic. *beatiſſimi* (ſed a ſec. manu noſtrum) cum Goth. Alm. Voſſ. 2. Palat. Nihil agit Gebhardus (Crepundd. p. 113) multo verborum ſtrepitu commendans hanc ſcripturam, improbante Burm. quem vide et ad Ovid. Amor. 1, 15, 34. *fluat.* Turic. *pluant.* (a ſec. manu *fluant*) cum Alm. Voſſ. 2. (Goth. nulla mentio) *fluant* Guelf. Camp.

acceperit. Geſneri ſphalma *accepit*, quanquam hoc ponit Ruhnk. ad Vell. 2, 3.

Nam quid — cuſtodientium. Sic Turic. cum Goth. Alm. Jenſ. et edd. ante Burm. exc. Badii utraque. *N. q. illam mireris legem* cet. Camp. Guelf. Reliqui *N. q. m. illam legem — perſequentibus — cuſtodientibus*, quod eſſe in Vall. narrat Badius, ſed a Valla, ut opinatur, repoſitum. Hujus loci ſcripturam deſigno, reſpiciens ad ablativum in *lege* et genitivum in participiis. In levioribus enim aliqua horum libb. eſt diverſitas a me nunc quidem neglecta. In Guelf. equidem nullum in participiis a Geſnero diſſenſum notavi: per incuriam profecto, cum Camp. eundem in *mireris* habeat errorem. Roll. ſolus eorum, qui genitivos ſervant, *illa* poſt *miſ.* amandat. Badius ipſe *illam miſerius legem* dat. Pronominis tamen poſitu ante *miſ.* maxime nitor in revocanda ſcriptura ante-Badiana. Nullis enim machinis ablativum in participiis referes ad *miſerius* ſi *illam* (ut tum eſt legendum) praemiſeris comparativo. Nec poteſt *illa lex* ſpectare ad voces ſequentes: *Propoſitio ac*

cf. 1, 1, 27. Sed hunc, quem modo deſignavi, locum optime vindicat, qui me admonuit, eruditus, parentheſin propagari jubens usque ad *egredi.*

31. *Nam quid — lege.* Miſeriam ſerviendi certis artium legibus aliquoties exagitat, ut 4, 2, 85. Struoturam vero qualem hic agnoſcerem diſtinguendo ſatis deſignavi. Eſt *lex illa* ipſum illud quod ſequitur: „Propoſitio — re„pugnantibus.“ Hoc, quo manifeſtius appareat rigor et taedium perpetuae hujus obſervationis, abruptis verbis enunciatur et ſolis nominativis. cf. 2, 13, 1.

illa miſerius lege, velut praeformatas infantibus literas perſequentium, et, ut Graeci dicere ſolent, quem mater amictum dedit, ſolicite cuſtodientium: propoſitio ac concluſio, ex conſequentibus et repugnantibus? 32 Non inſpiret? non augeat? non mille

concl. — *repugn.* ſi accuſativum habet caſum; ſin ablativum, commodiſſime, quia tali poſt comparativum ablativo ineſt nominativus: „quam illa lex.“ Quod Badius negat legem eſſe miſeram, ſed potius eos, qui legem perſequantur, non eſt tanti, ut Vallae correctionem, *audaculo*, quod ipſe confitetur Badius, reponas, contra omnium MSS. auctoritatem.

Graeci. Turic. *grachi* (a ſec. manu noſtrum) Alm. *Graechi.* cf. hac § item § 32. *et repugn.* Turic. Guelf. Camp. *propugn.* cum Alm. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. Hic *pugn.* cum Goth. (aliter ac narrat Geſn.) Voſſ. et edd. ante Bad. ſec. cf. 5, 10, 74.

velut — *perſequentium.* cf. 1, 1, 27. item Plato Protagora p. 326. D. (Bip. Vol. 3. p. 119) ὥσπερ οἱ γραμματισταὶ τοῖς μήπω δεινοῖς γράφειν τῶν παίδων, ὑπογράψαντες γραμμὰς τῇ γραφίδι, οὕτω τὸ γραμμάτιον (l. γραμματεῖον) διδόασι, καὶ ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν.

ut Graeci — *cuſtodientium.* Commodum ſuccurrit Plutarchus ignorantibus alioqui hoc Graecorum proverbium, indicante Eraſmo. Ille enim, in oratione prima de Alexandri fortuna (Vol. 2. p. 330 B), δίκην, ait, νηπίου παιδὸς φυλάττων τὴν περιβολὴν ἣν ἡ πάτριος αὐτῷ συνήθεια, καλάτερ τιτθή, περιέθηκε. Eodem reſpicere videtur, monente itidem Eraſmo, Lucianus in Nigrino (Vol. 1. p. 39 Bip.) Athenienſes inducens ridentes munditias peregrini, cujus veſtem variegatam dum mirantur τάχα, inquiunt, τῆς μητρός ἐστιν αὐτοῦ. Quanquam haec ad proverbium noſtrum relatio adeo tuta non eſt, cum iſto loco fortaſſe ſignificentur deliciae *muliebres*, et inde tantum repetenda ſit matris mentio.

32. *Non inſpiret* — *verſet.* Horum verborum ſubjectum deſideratur. Sufficiunt illud ii, ut quidem volunt videri, qui continuant orationem poſt *repugnantibus*, ut *prop. ac concl.* „inſpiret, augeat, va„riet, verſet.“ Hanc rationem

figuris variet ac verſet? ut ea naſci, et ipſa provenire natura, non manu facta, et arte ſuſpecta, magiſtrum fateri ubique videantur? Quis unquam ſic dixit Orator? Nonne apud

52. *facta.* Turic. *ficta* ſed a ſec. manu noſtrum. cf. Drakenb. ad Liv. 40, 12, 7. De *facto* nos ad 2, 13, 9. Exemplis docet Burm. *manu factum* oppoſi *naturali.*

ſuſpecta. Sic Turic. (ſed à ſec. manu *ſuſcepta*) cum Goth. Alm. Voſſ. 2. Reliqui *ſuſceptu.* Sed Geſnero, volenti noſtrum et ſic etiam e Goth. notaſſe rato, operae non paruerunt, quem errorem repetierunt Bip. Et Burmannus, in nota, probat noſtram ſcripturam: Confuſio frequens vid. Drakenb. ad Liv. 28, 6, 12. Sicuti et *rec.* et *reſp.* vid. nos 3, 11, 26. item hic § 35. *dixit.* Sic Camp. Ruſc. (e correctione Regii cf. § 27.) et edd. ante Gryph. quo acc. Gibſ. Obr. Roll. Bip. *vixit* Turic. Guelf. cum Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Ruſc.

utcunque expreſſit Gedoynus, quem tamen et ipſum populares miratos puto, cum legerent: „Cette propoſition, *ou*" (apud Qu. eſt *ac*) „cette concluſion — ne peut-elle point „ſ'exprimer noblement" c. t. quanquam ſuccurrit Gallicismus uſurpans reciprocum inſtar paſſivi. Geſnerus idem tenuiſſe videtur, qui ab ipſo ornatu aliquid obſcuritatis traxiſſe locum judicat. Regius bonam copiam ejurat, depravatiſſimum cenſens locum. Burmannus emendationem tentat, reſecans *propoſ.* — *repugnantibus* tanquam gloſſam, et mox de ſuo inferens *Quis* ante *non inſp.*, quam mutationem depravatiſſimi loci medicinam aliquam credit etiamnum in Epiſt. ad Capper. p. 19. Badius ſubaudit „Oratio." Equidem „Orator." Conciliaberis fortaſſe huic ſupplemento conferens locum, quem plerique appellant interpretes 2, 5, 8. Ibi quoque *inſpiret* (quod alibi dicit *implere* cf. 5, 13, 56. Graece Φυσᾶν veluti Ariſtot. Soph. El. 1. p. 520 Buhl. φυλετικῶς φυσήσαντες), itidemque hinc ſubjecto expreſſo. Facile enim eſt intelligere „eum qui dicit." Redit haec forma eodem fere, quo *aliquis* omiſſum ad *inquit*, *velit* (vide 5, 11, 21).

figuris. Hic intelliguntur σχήματα λέξεως καὶ διανοίας cf. mox „Sed — alio loco." Alia ratio grammaticarum figurarum vid. 5, 13, 1.

ſuſpecta, cave ablativum accipias, etſi mox § 35 ipſi rei tribuitur hoc adjectivum.

ipſum Demoſthenem pauciſſima hujus juris 489
vel artis reperiuntur? Quae apprehenſa
Graeci magis (nam hoc ſolum pejus nobis
faciunt) in catenas ligant, et inexplicabili
ſerie connectunt, et indubitata colligunt, et
probant confeſſa, et ſe antiquis per hoc

(cf. 3, 6, 68.) *duxit* Goth. Reliqui *dicit*. Noſtrum conjiciebat Geſn. cf. 5, 12, 8. *hujus — rep.* Sic Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Bad. pr. *h. veri v. a. r.* Turic. ſed a ſec. manu *h. viri v. a. r.* et ſic Alm. Jenſ. edd. ante Ald. Reliqui *h. modi r.* ex mutatione Regii, nimia levitate et facta et probata. De MSS. altum ſilentium. *nam.* Turic. Guelf. Camp. *non.* cf. 3, 6, 47. *pejus — fac.* Turic. *pro eis nos f.* a ſec. manu *pro eis non f.* et ſic Guelf. *nos pejus f.* Alm. (cf. § 31. 33.) *nobis pejus non fac.* Jenſ. et edd. ante Ald. Regius expunxit *non*, quod, ne glorietur ille, a Vall. abeſſe ait Badius. Noſtro ordine Camp. Goth. (tac. Geſn.). Reliqui *nobis pejus f.* cf. § 25. 6 Prooem. 3.

ipſum Demoſthenem! Cujus probandi diligentia alioqui celebratur in primis. vid. 10, 1, 76 „tam *denſa* omnia“ cf. 2, 5, 8 „*crebra* argumen„tatio“ etſi hoc non de Demoſthene, ſed ut appareat, quae ſint *denſa* illa.

juris vel artis. Recte interpretari haec videtur Badius, qui *jus* ait idem eſſe, quod modo fuerit *lex illa* § 31. Rigida igitur illa dialectices praecepta *jus* dicuntur *vel ars*, a quibus qui recedat, artificum minus utatur ſeveritate. Ad molliendam hanc, quae ſane duriuſcula eſt, locutionem, faciet collatus locus 1 Prooem. 23, ubi eſt „*jus* ipſum rheto„rices.“

antiquis. An forte *Atticis?* Nam *antiquos* ſtudioſiores fuiſſe ſeverae probationis, quae quidem haberet formam dialecticae ſubtilitatis, minus cognitum habeo. Nec credo inter Graecos, quorum hic error notatur, tantum fuiſſe *antiquorum* exprimendorum ambitum. Hoc magis Romanorum erat, qui Catones et Gracchos aemulandos ſumerent. Sed huic argumento minus tribuo, cum et Graecorum antiquitas agnoſcatur in Demoſthene, Hyperide vid. Dial. de oratt. c. 16. comparata praeſertim huic Quintilianeae Graeculorum aetati. Fidem tamen fortaſſe faciet conjecturae locus 12,

similes vocant: deinde interrogati nunquam respondebunt, quem imitentur. Sed de figuris alio loco. Nunc illud adjiciendum, 33
ne iis quidem consentire me, qui semper argumenta sermone puro et dilucido et distincto, ceterum minime laeto ornatoque putant esse dicenda. Namque ea distincta quidem ac perspicua debere esse confiteor: in rebus vero minoribus etiam sermone ac verbis quam maxime propriis, et ex usu. At, si major erit materia, nullum ornatum 34
iis, qui modo non obscuret, subtrahendum puto. Nam et saepe plurimum lucis affert ipsa translatio, cum etiam jurisconsulti, quo-

interrogati. Camp. *interroganti.*

33. *illud.* Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *istud.*

me, qui. Turic. Guelf. *neque.* Alm. *me* solum omittere dicitur. cf. 32. 35.

laeto. Hoc, dedi ex uno Obr., probante, sed non imitante, Burmanno. Reliqui *lato.* cf. Drakenb. ad Liv. 6, 1, 3. Sed et noctr. 12, 10, 23. Tac. Hist. 1, 90. Cic. Brut. c. 31. Orat. 27. Correxit sic Muretus locum Dialogi de Oratt. c. 22. „*locos — latiores.*" Minus certo eandem mutationem adhibeas Ciceroni Partitt. Oratt. c. 23 ubi „uberior est atque latior," quamquam vel illic praestare videtur *laetior.* Dubio tamen caret „oratio — lata" apud Plin. Epist. 1, 20, 19. 1, 10, 5 „Platonicam — latitudinem."

Namque. Turic. Guelf. *neque* cf. modo *me qui.*

34. *iis.* Sic Turic. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Basil. Reliqui *his.* cf. 5, 10, 121. 6, 1, 23.

ipsa transl. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Stoer. quo acc. Gibs. Obr. Reliqui *illa t.*

etiam jurisc. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Obr. Reliqui inserunt *ipsi.*

10, 14 — 27. collatus. Eundem in modum Lipsius mutavit locum Dialogi de Oratt. c. 18.

alio loco. Lib. 9, 1. 2. 3.

ipsa translatio, a qua maxime abhorrere credas argumentorum perspicuitatem.

rum ſummus circa verborum proprietatem labor eſt, *litus* eſſe audeant dicere, qua fluctus *eludit*; quoque quid eſt natura magis aſperum, hoc pluribus condiendum eſt voluptatibus; et minus ſuſpecta argumentatio, diſſimulatione: et multum ad fidem adjuvat audientis voluptas. Niſi forte exiſtimamus

litus. Guelf. *lites.* *qua fluct.* Turic. *quam fl.* cum Alm. Goth. Voſſ. 2. Sed Turic. a ſec. manu *quam fructus* et ſic Guelf. *quo fl.* Ruſc. Bad. pr. (et Bad. ſic dare Regium narrat, qui ſane locum Ciceronis ſic ponit in nota: „*quo — alluderet.*“ cf. § 32.) *quid fl.* Camp. *quod fl.* Vall.

eludit. Camp. *elidit* cum Vall. et aliquot conjectantibus. *alludit* Jenſ. et edd. ante Gryph. Chriſt. Colerus in Everardi Ottonis Theſauro 1, 358, 59. praeoptat *alludit* ſubjiciens „*alludere* erit *alluere.*“ cf. et VV. DD. ad Colum. 4, 20, 2.

35. *quid eſt natura.* Turic. Guelf. *quidem n.* Goth. (tac. Geſn.) noſtrum cum Voſſ. 2. Reliqui omittunt *eſt.*

condiendum. Turic. *condicendum* cum Alm. (cf. § 33. item mox hac §). Sed ille a ſec. manu noſtrum. Guelf. *condendum.* *minus.* Turic. *munus*, a ſec. manu noſtrum, cum Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Alm. Voſſ. 2. Reliqui *nimis.* cf. Drakenb. ad Liv. 36, 9, 7. *ſuſpecta.* Camp. *ſuſcepta.* cf. modo § 32.

qua fluctus eludit. cf. Cic. Top. c. 7. „Solebat — Aquilius — litus ita definire qua „fluctus eluderet.“ Quoniam translatione opus eſt in hac definitione, non etymo, acquieſcendum quidem videtur hoc *eludendi* verbo, cum alioqui *elidendi* aptior ſane ſit ratio. Conferendus eſt alter Ciceronis locus De Nat. Deor. 2, 39. Sed in neutro conſtat librorum ſcriptura, ut nec apud noſtrum. *Eludere* capiendum eſt ſignificatione intranſitiva, pro translatione *exundandi.* Intranſitivum hoc verbum, pro *ludendo*, habes Cic. de opt. gen. orat. c. 6.

35. *et minus — diſſimulatione.* Facile ſubauditur *vel eſt*, vel *fit.*

fidem — voluptas. cf. 4, 2, 119.

Ciceronem haec male, ipſa argumentatione, dixiſſe, *ſilere leges inter arma*, et *gladium nobis interim ab ipſis porrigi legibus.* His tamen habendus modus, ut ſint ornamento, non impedimento.

Cic. — ipſa. Turic. *C. haec ipſa.* a ſec. manu *C. hac i.*, cum Guelf. Camp. Ex Alm. affertur *C. male hac i.* (cf. modo hac § item mox hac §) Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) noſtram dant cum edd. ante Ald. qui *C. haec mala ipſa in* per errorem, ſed in utraque. *C. haec m. in i.* Bad. uterque. *C. haec m. in hac i.* Baſil. *C. male in hac i.* Gryph. et reliqui. *In* poſt *ipſa* de conjectura inſeruit Regius.

habendus modus. Turic. *habetis iſtis modis.* Alm. *habendus iſtis modis* (cf. modo item 6 Pro. 5). Burmannus ex *iſtis* conjicit *juſtus*, bene. *adjectis modis* Guelf. Andr. *adjectis modus* Camp. Malis ſane cum Burm. ex hiſce *adhibendus* pro *habendus.* Alia ratio loci 10, 7, 7. ſed cf. 6, 1, 13.

ipſa argumentatione. Deſiderare ſane potes praepoſitionem *in*; neque tamen neceſſariam judico cf. 4, 1, 64. Ornatum illum a Cicerone, per ipſam argumentationem, adhibitum nemo ſanus reprehendat. De loco Ciceronis vide § 17.

habendus modus. Pro *adhibendus*, ut apud Ciceronem pro Cluent. c. 35. „modus „eſt habitus" vid. Erneſt. not. et ſimilius etiam in epiſtola Corneliae Gracch. matris inter fragmenta Corn. Nep. ap. Staver. p. 746 „quando *modus ei rei haberi* poterit?" cf. not. crit.

ARGUMENTUM LIBRI VI.

Prooem. Filium, cujus, praeter Marcelli fui et Caesaris ipsius, in hoc opere conficiendo, utilitatem respexisset, morte interceptum esse — 3. *Prius jam, inter alium librum scribendum, minorem filium et antea uxorem* — 7. *Minoris filii laudes* — 9. *Ampliores Quintiliani, modo mortui* — 12. *Suam doloris patientiam indignatur* — 14. *Unicum tamen literarum solatium repetenti sibi paratam sperat ex ipsa calamitate veniam minus effecti fortasse operis.* — *C.* 1. *Peroronationis priorem rationem esse in repetitione rerum, eamque sententiis excitandam et figuris variandam* — 7. *Id unum epilogi genus nullis visum* — 9. *Affectuum rationem accusatori patronoque communem* — 10. *Prooemium et epilogus quid commune habeant, quid proprium* — 15. *Accusatorem concitare affectus, aut quam atrocissimum ostendendo, quod objecit, aut quam maxime miserabile* — 21. *Periclitantem quae commendent* — 23. *Plurimum valere miserationem* — 28. *nec tamen longam esse debere* — 30. *Etiam faciendo lacrimas moveri* — 37. *Ejus, qui excitatur in epilogo, partes* — 44. *Nonnisi summis ingenii viribus ad movendas lacrimas aggredi oportere* — 46. *Etiam discutere miserationem epilogi proprium* — 50. *Leniores Epilogi* — 51. *ut nec ab aliis partibus alienos esse affectus, ita huic uberrimos dandos* — 54. *Pluribus alicubi utendum epilogis.* — *C.* 2. *De affectibus in genere agendum.* — 3. *In his summam esse vim eloquentiae* — 8. *Duae affectuum species, πάθος et ἦθος* — 13. *Propria ἤθους natura* — 20. *Πάθος* — 25. *Summam circa movendos affectus esse, ut moveamur ipsi* — 29. *Imagines rerum absentium praesentes habendas* — 36. *Scholasticas declamationes huic rei*

posse conducere — C. 3. *Difficilem risus movendi rationem* — 3. *Cicero an in hoc genere nimius* — 6. *Risus originem a nemine satis explicitam* — 8. *Magnum ejus esse momentum* — 11. *Ut aliquas artis, ita plurimas naturae et occasionis partes esse in risu* — 14. *Ejus rei nullam esse exercitationem, nullos praeceptores* — 17. *Rei varia vocabula* — 20. *Facetiarum, Joci, Dicacitatis, Urbanitatis propria vis* — 22. *Ridiculum, positum in rebus aut in verbis, peti aut ex aliis aut ex nobis aut ex rebus mediis* — 25. *Facto risum conciliari* — 27. *Dicto* — 29. *Oratori quid conveniat, considerandum* — 33. *Quae vitanda* — 36. *Risum peti aut ex corpore ejus in quem dicimus, aut ex animo, aut ex extra positis, quae aut ostendi* — 39 *aut narrari* — 45 *aut dicto notari* — 47. *Duci dicta ex amphibolia vocabulorum, nominum propriorum* — 57. *Acriora trahi ex vi rerum, ubi maxime valere similitudinem* — 63. *Eandem dissimilium rationem* — 65. *Ex omnibus argumentorum locis occasionem esse dictis* — 67. *In tropos et figuras cadere eadem* — 71. *Per singulas refutandi species dicta contingere* — 78. *Transferendo crimen, repercutiendo, eludendo, confessionem simulando* — 82. *Aliqua dictorum genera infra oratorem esse* — 84. *Inopinata* — 88 *per suspicionem* — 89. *Fingi alienas persuasiones aut suas, aut quod fieri non possit, aut ex ironia; optimamque simulationem contra simulantem* — 93. *Horum omnium jucundissima lenia* — 96. *Adjuvare urbanitatem versus commode positos, proverbia, historias* — 99 *subabsurda* — 101. *Quae his adjiciat Domitius Marsus, urbana esse, sed risum non habere* — 106. *Hujus tamen finitiones nimis late esse comprehensas* — 108. *Marsi partitio* — 110. *Urbane dicta si qua sint, non protinus esse ridicula* — C. 4. *Altercationis, positae in sola inventione, praecepta hic commode inferi* — 6. *Nimis vulgo negligi altercandi artificium* — 8. *Hic maxime necessariam causae notitiam* — 10. *Plurimum proficere moderationem* — 13. *Propositum tenendum.* — 14. *Quaedam in altercatione subito proferenda* — 15. *Non esse clamandum, nec diu pugnandum*

ubi vinci neceſſe — 17. *Diſſimulari inſtrumenta, ſimulari inopiam, callide fieri eligendi poteſtatem* — 19. *Judicis mentem diligenter explorandam, eique alterationem accommodandam* — 21. *Exercitationem hujus rei facilem* — 22. *Ordo probationum* — C. 5. *Judicii nullum eſſe proprium tractatum* — 3. *Conſilium* — 6. *Exempla Demoſthenis* — 9. *Ciceronis* — 11. *Concluſio.*

491 M. FABII QUINTILIANI

DE

ORATORIA INSTITUTIONE

LIBER SEXTUS.

PROOEMIUM.

Haec, Marcelle Victori, ex tua voluntate maxime ingressus, tum si qua ex nobis ad juvenes bonos pervenire posset utilitas, novissime paene etiam necessitate quadam officii delegati mihi, sedulo laborabam; respiciens tamen illam curam meae voluptatis,

1. *etiam.* Sic Turic. Tarv. cum Alm. *esset.* Camp. Reliqui *et.* *respiciens.* Turic. Camp. *respuens*; pessime.

1. *tua voluntate.* cf. Proem. tot. op. § 6.

officii delegati. cf. 4 Proem. 2.

illam — voluptatis. Dum aliorum, Victorii et Domitiani, negotium gerit, tamen nec suae immemor est utilitatis et voluptatis. *meae* interpretare, vocabulo minus latino: *propriae.* Sic apparet, nullum esse locum mutationi, quam proposuit I. M. Heusingerus: „illam *curae* meae *voluptatem.*" cf. 10, 1, 120 „ut ad *curam* rerum — *respiceret.*"

qui filio, cujus eminens ingenium ſolicitam quoque parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hereditatis videbar, ut, ſi me, quod aequum et optabile fuit, fata intercepiſſent, praeceptore tamen patre uteretur. At me fortuna id agentem diebus ac noctibus, feſtinantemque metu meae mortalitatis, ita ſubito proſtravit, ut laboris mei fructus ad neminem minus, quam ad me, pertineret. Illum enim, de quo ſumma conceperam, et in quo ſpem unicam ſenectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis amiſi. Quid nunc agam? aut quem ultra eſſe uſum mei, diis reprobantibus, credam? Nam ita forte accidit, ut eum quoque librum, quem *de cauſis cor-*

qui. Camp. omittit. Jenſ. *quae* cum edd. ante Ald. Hic *quod* cum Guelf. Baſ. Regius malit *qua*, referens ad *curam*. Sic *reſp.* — *volupt.* interpretaberis: „Hactenus tamen curans „voluptatem meam ut — viderer." Noſtrum eſt in Turic. Goth. Vall. et reliquis, et pendet ex *meae*, prima perſona. *illam* conjunges per ſtructuram cum *ut* — *uteretur.*

aequum. Camp. *per aequum* cum Goth. Voſſ. 2.

2. *Illum.* Turic. Guelf. Camp. *illud.*

ſenect. rep. Sic Turic. Camp. cum Goth. Bodl. Alm. Andr. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. uterque et Gryph. Reliqui inſerunt *meae.* vide not. ex. ad *meae mortal.*

repetito. Goth. *repentino* cum marg. Baſ. Peſſime.

qui. vid. not. crit.

2. *meae mortalitatis.* Non ſupervacuum pronomen. Suam cogitabat mortalitatem, non pignorum ſuorum. Alia ratio mox in voce *ſenectutis*, nec ibi pronomen ponitur.

3. *librum — de cauſis corruptae eloquentiae.* cf. 5. 12. extr. Sponte unicuique ſuccurret Dialogus de oratoribus, quem, Tacito tributum vulgo, hujus operibus ſubjunctum legimus. Quanquam enim alter titulus, dari ſolitus ei *de cauſis corruptae eloquentiae*

ruptae eloquentiae emiſi, jam ſcribere aggreſ-

a Lipſio demum impoſitus fuit nec in MSS. inventus, illud is maxime agit, ut „cauſas „expromat, cur in tantum „ab eloquentia“ antiquorum „receſſerimus.“ vid. Dial. c. 24 extr. adde c. 27. 28. Sui operis meminit noſter, nomine ipſo poſito bis, et hic et 8 extr., alibi autem ſic, ut dubitari nequeat, quin hoc ipſum deſignet. 2, 4 extr. 5, 12 extr. 8, 3, 58. Omnibus, praeter noſtrum, locis memorantur aliqua, quae liber ille tractet; nec quidquam eorum invenimus in eo, quem verſamus, dialogo. Inter haec maxime advertet attentum lectorem mentio cacozeli (8, 3, 58) et hyperboles (8 extr.) quae ne cadit quidem in Dialogum de oratoribus, cum nihil in eo technicum tractetur, ut fruſtra cauſeris lacunam, quae ſane non exigua offenditur in Codd. Dialogi c. 35 extr. Magnam alioqui ſimilitudinem orationis ſummi viri, inter hos Lipſius, agnoverunt ſcriptoris illius et noſtri. Nec diffiteor ab eadem me valde commotum eſſe, cum nuper, perpetua *Inſtitutionum* lectione tritas habens aures (modo non calloſae mihi obtigerint), relegebam Dialogum. Sed lubrica in primis iſta eſt obſervatio, quaeque exercitatiſſimum quemque exigat judicem. Longe quidem abſum ab tanta deſperatione, ut negem guſtum aliquem et ſenſum harum rerum poſſe acquiri, quo ſi perveniri non poſſet, actum eſſet de tot acutiſſimorum virorum laboribus et vigiliis. Sed equidem ſoleo quam maxime memet ipſe calumniari in tali diſputatione, mihique a mea ipſius confidentia timere. Sunt autem quae, in ipſa hac ſimilitudine, manifeſto abhorreant, ſi minus ab oratione, a mente tamen Fabii. Dialogus inter propria oratoris ponit *ad perſuadendum apte dicere* c. 30, cf. 2, 15, 2 — 13. Idem c. 35 ſcholas indiſcriminatim fere condemnat cf. 1, 2 toto copite. Dialogus cum libertate eloquentiam quoque conticuiſſe prope cenſet c. 36. 40. („elo„quentia alumna licentiae“) 41. Quintilianus majorem ſtudio ſuo honorem erat habiturus, et cum Cicerone ſuo ſenſurus potius Brut. c. 2. 12. Ciceronem ipſum ſatis irreverenter notat ſcriptor Dialogi c. 23. quem rectiſſima ratione defendit Q. 6, 3, 4. Dialogus c. 5 Salejum Baſſum *abſolutiſſimum* vocat *poëtam*. Qu. 10, 1, 90 „vehemens — „ingenium — nec ipſum ſe„nectute maturum.“ quanquam variat ſcriptura. De Calvo diverſa ſtatuunt Dial. c. 21. Qu. 10, 1, 115. 6, 1, 13. Viciſſim noſtri mentem multa referunt quam maxime. Mollitiem educandorum puerorum

ſus, ictu ſimili ferirer. Tunc igitur optimum fuit, infauſtum opus, et quidquid hoc

icta ſimili. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn). Camp. Reliqui *ſ. i.* cf. 5, 14, 32. item hic § 8.

Tunc. Turic. Guelf. *Nunc* cum Alm. et edd. ante Ruſc., corrigente Regio (cf. 5, 14, 34). *Num* Goth. Camp. cum Voſſ. 2. quanquam *nunc* inde affert Burm. ſed per errorem profecto. Nihil agunt, qui *nunc* defendunt, ut pro omni tempore poni ſolitum. Badius, qui horum eſt, retinuit tamen Regianam ſcripturam, quia *nunc* in Vall. invectum ſit pro *tunc.* Frequens eſt confuſio librariorum vid. Drakenb. ad Liv. 41, 9, 11.

uterque notat Dial. c. 29. Qu. 1, 2. Item multarum literarum ſtudium adjungunt oratori Dial. 30. Qu. 1, 10. Materias ſcholaſticorum exagitant c. 35 extr. Qu. 2, 10, 3. Leviora quae conſpirent, hujusmodi ſunt: Nicoſtratus athletes laudatur Dial. c. 10. Qu. 2, 8, 14. Orpheus et Linus junguntur Dial. c. 12. Qu. 1, 10, 9. Locus ſimilis Dial. c. 14. „laeta — et — „audentior — oratio“ Qu. 12, 10, 23 „Aeſchines — latior“ (an. *laet.?*) „et audentior.“ Dial. c. 19. „judices — ora„torem — ultro admonent.“ Qu. 4, 5, 10. Dial. c. 21 „oſſa et — maciem.“ Qu. Pro. 24, 2, 4, 9. De Pollione Dial. ibid. „Aſinius — vide„tur mihi inter Menenios et „Appios ſtuduiſſe.“ Qu. 10, 2, 113“ (Aſinius Pollio) „vi„deri poſſit ſeculo prior.“ Dial. c. 22 „(Cicero) quas„dam ſententias invenit.“ Qu. 12, 10, 48 „ſententias — „apud Ciceronem invenio.“ Dial. c. 23. „illud tertio quo„que ſenſu — pro ſententia „poſitum *eſſe videatur.*“ Qu. 10, 2, 18 „ſi in clauſula „poſuiſſent, *eſſe videatur.*“ Quanquam alter Ciceronem vituperat, alter pravos imitatores. Dial. c. 23. „illam — „quam jactant, ſanitatem — „jejunio conſequuntur.“ Qu. 12, 10, 15 „imbecillitati ſani„tatis appellationem — obten„dant.“ item 2, 4, 9. Dial. c. 34. „apud majores noſtros „juvenis — deducebatur — ad „eum oratorem qui principem „locum in civitate obtinebat.“ Qu. 10, 5, 19. „juvenis — ora„torem ſibi aliquem (quod apud „majores fieri ſolebat) deli„gat.“ Dial. c. 34. „rudibus „dimicantes“ de declamantibus. Qu. 5, 12, 17. „prae„pilatis exerceri“ de iisdem. Sed ille e Cicerone de opt. gen. dicendi c. 6. Dial. c. 34. inter alios Caeſarem, Pollionem et Calvum exempla ponit mature agendi cauſas in foro. Qu. 12, 6, 1 eosdem.

eſt in me infelicium literarum, ſuper immaturum funus conſumturis viſcera mea flam-

Puritas et ſobrietas orationis tanta eſt in noſtro ſcriptore, ut ne ipſa quidem adoleſcentiae excuſatio ſufficere videatur Dialogi auctori ad adipiſcendum ſimilem inter oratores locum. Nimia affectatio eſt in talibus (c. 20) „non „Accii aut Pacuvii *veterno in-* „*quinatus*, ſed ex Horatii et „Virgilii et Lucani“ (cf. Qu. 10, 1, 90) „*ſacrario prolatus*“ (c. 26) „melius eſt oratorem „vel hirta toga *induere*, quam „fucatis et meretriciis veſti- „bus *inſignire*.“ (c. 32) „tan- „quam in aciem omnibus *ar-* „*mis inſtructus*, ſic in forum „omnibus *artibus armatus*.“ Neque poteſt adoleſcentia ulla ſcriptoris oſtendi, ſi Quintiliani eſt hic *de cauſis corruptae eloquentiae* dialogus. Aggrediebatur enim ſcribere librum iſtum cum amitteret filium minorem; et hanc jacturam feciſſe Quintilianum annos natum fere 46 bonis rationibus perſuadet Dodwellus (Annal. Qu. § 21. coll. § 4). Nolo jam multum tribuere illi argumento, quod, qui negant Dialogi auctorem Qu., repetunt a nota temporis c. 17. ubi 6 Veſpaſiani annus deſignatur, cum *juvenis admodum* (c. 1.) audierit hanc diſputationem auctor, quisquis fuit. Si enim maxime Qu., ſexto Vaſpaſiani anno, 32 vel 33 annorum fuit, ſecundum rationes Dodwellianas (§ 28.); quoniam ea aetas juventutem illam Romanam non excedit, ſolo iſto *admodum* niti parum tutum videtur. vide de hac voce Dukerum ad Flor. 2, 6, 10. item Turſell. p. 51. not. Erneſti. Sed ſuccurrit altera nota, quam Dodwellus item eruit, Dial. c. 2, 1, 31. auctor ſe minorem natu Julio Secundo ejusque affectatorem oſtendit, qualis adoleſcens et tiro ſolet eſſe viri et veterani. Contra Quintilianus 10, 3, 12 eundem *aequalem* ſuum vocat, *atque a ſe familiariter amatum*. Quibus argumentis univerſis, quae, praeter alios, Schulzius, nuperus Dialogi editor (Lipſ. 1788. 8.), in Prolegomenis perſecutus eſt, plane confirmor in ea ſententia, ut Quintiliano auctori abjudicem *Dialogum de oratoribus*.

viſcera mea. Pro *liberis* uſurpare *viſcera* poëticum eſt, nec video fere, qui ante Qu. idem auſus ſit in oratione ſoluta, nam Valer. Max. (7, 6 ext. 3.) diverſa eſt ratio, quoniam devorandi illic mentio. Appulejum ſic loqui nihil mirum; nec Curtium valde moror, quanquam hujus aevi.

mis injicere, neque hanc impiam vivacita-
4 tem novis insuper curis fatigare. Quis enim
mihi bonus parens ignoscat, si studere
amplius possum? ac non oderit hanc animi
mei firmitatem, si quis in me est alius usus 495
vocis, quam ut incusem deos, superstes
omnium meorum? nullam terras despicere
providentiam tester? si non meo casu, cui
tamen nihil objici, nisi quod vivam, potest;
at illorum certe, quos utique immeritos

4. *firmitatem.* Turic. Camp. *infirmitatem* cum Alm. et edd. ante Rusc. (cf. modo § 3.) corrigente Regio.

impiam vivacitatem. Impius sibi videtur qui liberis suis superstes esse sustineat. Bene hanc vehementiam doloris illustrat Gesnerus, exemplo epitaphii apud Gruterum p. 762, 2, ubi *crudeles* se vocant parentes liberis superstites. cf. Burm. ad Decl. Qu. p. 218 et totum c. 16 indicis Scaligerani item hic § 12. ubi se, quod potuerit recepta filii anima, auram amplius communem haurire dignum ait suis cruciatibus.

4. *studere.* cf. 2, 7, 1. Oratoriae artis proprium est verbum, „quae tum apex „studiorum" ut recte Gesnerus ad Plinium.

incusem deos — nullam — providentiam. Solitus veterum error, ubi bonis male est, providentiam ullam negantium; si quando poenas luant mali, *esse deos* clamantium, ut toties apud Livium. Ipse noster vacuo animo de providentia aliter sentit, vid. 5, 12, 19. Orbati dis nequaquam parcunt. Sic Epigramma apud Brunkium 3, p. 295.

Τὶ πατὴρ τόδε σῆμα. τὸ δ' ἔμπαλιν ἦν τὸ δίκαιον·
ἦν δὲ δικαοσύνης ὁ φθόνος ἐξύτερος.

Geminus locus Statii Sylv. 5, 5, 76. 77. „nonne horridus „*ipsos* Invidia" (id est odio) „*superos*, injustaque Tartara, „*pulsem.*" Sed totum hoc carmen Statii, quod est in mortem vernae sui, commode potest conferri cum hac nostri comploratione.

meo casu. cf. 4, 2, 39.

mors acerba damnavit: erepta mihi prius eorundem matre, quae nondum expleto aetatis undeviceſimo anno duos enixa filios, quamvis acerbiſſimis rapta fatis, felix deceſ-
494 ſit. Ego vel hoc uno malo ſic eram afflictus, ut me jam nulla fortuna poſſet efficere felicem. Nam cum omni virtute, quae in feminas cadit, functa, inſanabilem attulit marito dolorem: tum aetate ea puellari,

felix. Turic. Guelf. Camp. *infelix* cum Alm. Voſſ. Goth. et edd. ante Bad. qui reſtituit noſtrum e Vall.

5. *functa inſanabilem.* Turic. *functas inſ.* Guelf. Camp. *f. ſit inſ.* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. (quo acc. Baſil.) qui *ſit* delevit, ſed auctore producto nullo. Aliquid ſimile illius *ſit* etiam in Turic. Sed potuit ex compendio ſyllabae *in* in *inſan.* exiſtere importunum illud *ſit.*

aetate ea. Turic. *aetati eam.*, a ſec. manu *aetate eam.* Alm. *aetate tam* (cf. 5, 14, 35. item hic § 15.) cum Camp. et edd. ante Bad. item cum Burm. eoque recentioribus. Geſnerus Goth. modo pro *tum* dare narrat *ea*, falſo ille profecto, quam quam et ipſe dormitavi. Guelf. et reliqui editi mei *ae. ea.*

deceſſit. Placebat Mureto (Varr. lect. 18, 20. p. 1221. Fac. Grut. Vol. 2.) poſt hoc verbum continuare illa, quae, dijuncta aliquot ſenſibus, mox leguntur „*et, quod nefas — effugit.*“ Eadem fere eſt conſtitutio Regio probata, qui ſibi aſtipulari ait exemplar Mediceum, neque tamen diligenter deſignans, quae ſit ejus MS. ſcriptura. In meis quidem libris receptum adhuc ordinem inveni omnibus, excepto Capper. qui Mureti conjecturam expreſſit. Agnoſco difficultatem, quam exprobrat huic rationi Geſnerus, abruptae nimis ſententiae, ſi poſt *oblectabar* protinus ſuccurrit *Mihi.* Sed vide not. crit. ad *oblectabar.*

5. *felicem.* Diſplicet, quod hic (ſi maxime conſulto) recurrit vox *felix*, modo poſita in proxima clauſula. cf. 5, 13, 38.

omni virtute — functa. Paulo inſolentior locutio, neque enim alibi eandem reperi. Proxime accedit Vellej. 2, 15, 3 „duplici numero — militum — fungi“ quod dictum pro *praeſtando* probat Ruhnkenius, quem vide.

ea. Nominativum agnoſco.

praeſertim meae comparata, poteſt et ipſa 6 numerari inter vulnera orbitatis. Liberis tamen ſuperſtitibus oblectabar: et, quod nefas erat, ſed optabat ipſa, me ſalvo, maximos cruciatus praecipiti via effugit.

6. *oblectabar.* Guelf. *delectabar.* Turic. *orbitabar* cum Alm. et edd. ante Ald. exc. Camp. et Tarv. Hanc vocem, portentoſam ſane, et natam, ut credi poteſt, ex male repetitis ſyllabis *orbitatis* proſcribere malebat Regius, quam mutare illa noſtra; et procedebat non male ea ratio in ipſius conſtitutione. Sed et in recepto ordine commode fieri videtur illa jactura. Quanto enim facilius decurrit ſententia, ſi omnia haec referuntur ad uxorem Qu., nulla ipſius interjecta mentione, hunc ad modum: „Liberis tamen ſuperſtitibus, et, quod nefas „erat, ſed optabat ipſa, me ſalvo, maximos — effugit.“ Ita trajectione, quam Regius et Muretus certatim tentarunt, opus eſt nulla, et habet *Mihi* reſpectum aptiſſimum, in oppoſitione uxoris et ipſius.

erat, ſed. Sic Goth. 2 et Camp. Reliqui vocem aliquam inſerunt. Turic. Guelf. *e. ſera ſ.* cum Goth. (errante, ſed retractante in Addendis Geſnero) Alm. et edd. ante Ald. exc. Tarv. Reliqui mei omnes *e. ſaeva ſ.* quod ex quo fit MS., in moleſto conferentium ſilentio fruſtra requiro. (Confundi haec *ſera* et *ſaeva*, etiam exemplo apparet Declam. 315. p. Burm. 618.) Badius alios et *ſera* dare narrat. In Guelf. *ſera*, e habet apicem in dorſo, ut videatur *ae* debuiſſe ſignari. Expungenti mihi vocem interjectam aſſentitur Heuſingerus. Natum equidem illud *ſera* credo ex literis iisdem in verbis *nefas erat ſed. Saeva* tum demum poſſet probari, ſi poſt *ſed* poneretur; vel ſic nimium, et ſupervacuum.

maximos cruciatus. Turic. *maximo cruciatu*, ſed a ſec. manu: *maximo cruciat* et ſic Guelf. *maxime cruciat ve* Goth. (non aperte, ut Geſn., *cruciatu e*) cum Voſſ. 2.

6. *quod nefas erat*, „turbato mortalitatis ordine, „puellam, ante virum jam „inclinatae aetatis, decedere.“ Geſnerus.

praecipiti via. Languere hoc videtur. Quidſi *p. vita?* ut *praeceps vita* ſit praecipitata, immature abrupta.

Mihi filius minor quintum egressus annum, prior alterum ex duobus eruit lumen. Non 7
495 fum ambitiosus in malis, nec augere lacrimarum causas volo: utinamque, esset ratio minuendi. Sed dissimulare qui possum,

Mihi. Camp. omittit, male. Est autem ingeniosa Badii suspicio loco *reū minor* intercidisse *Marcus* vel aliud nomen, quod responderet mox (§ 9.) *Quintiliano.*

egressus annum prior. Turic. *e. in malis nec agere p.* Guelf. *e. in malis agere p.* Goth. *e. a. in malis nec agere p.* cum Voss. 2. *e. a. in malis ne agere p.* Goth. 2. *e. a. in malis nec augere p.* Mureti codex *e. a. ut in malis agerem p.* Camp. cum Tarv. (nisi quod ibi *agere* pro *agerem*) Ald. reliquisque ante Gesn. *e. a. nec p.* Jens. Locat. *e. a. ut in malis agerem nec p.* Veneta. Gesnerus primus obtemperavit Mureto ejicienti *ut in malis agerem*, quippe praesumtum a somniolento librario ex iis quae mox inferuntur: *in malis nec augere.* Conjectura magis etiam firmatur eo, quod mox (§ 7.) pro *nec augere* dant *nec agere* Turic. Guelf. Camp.

prior — eruit. Oculos pro liberis dictos ex Lipsio (Elect. 1, 24) hic docet Colomesius, quanquam supresse auctore (cf. not. crit. ad 3, 1, 14). Locus insignis est Ausonii in parentalibus avi materni v. 25. 26. „Amissum flesti post trina de„cennia natum. Saucius, at„que *uno lumine cassus* eras.“ p. Tollii 117. ubi vide interpp. ne nostri quidem loci immemores. Sed maxime ad rem facit Festus in h. v. „Orba est, quae patrem aut „matrem, aut filios, *quasi* „*lumen* amisit.“ Simillima nostrae locutio e Justino 5, 8. affertur a Burmanno: „Cum „multi delendum Athenien„sium nomen, urbemque in„cendio consumendam cu„rarent; negarunt se Spartani „ex *duobus* Graeciae *oculis* „*alterum eruturos*,“ quanquam alio translata imagine. Nostri quidem oratio aliquid contorti habet, quod filius ille non dicitur *esse* oculus, sed morte sua *eruisse* oculum. Ad *prior* recte animadvertit Badius „cum esset *posterius* „natus.“

7. *ambitiosus.* Et hic gloriae captationem significat vocabulum cf. 5, 11, 21.

quid ille gratiae in vultu, quid jucunditatis in ſermone, quos ingenii igniculos, quam ſubſtantiam placidae, et (quam ſcio vix poſſe credi tantam) altae mentis oſtenderit? qualis amorem quicunque alienus infans mereretur. 8Illud vero inſidiantis, quo me validius cruciaret, fortunae fuit, ut ille mihi blandiſſimus, me ſuis nutricibus, me aviae educanti,

7. *ille.* Sic Baſil. Transponunt Tarv. et Ald. poſt *gratiae.* Turic. Guelf. omittunt vocem, cum Jenſ. (tac. Geſn.) Loc. Ven. Ruſc. Reliqui *illi.* *ingenii.* Turic. Camp. *ingenio* cum Vall. et edd. ante Ruſc. (cf. § 4.) exc. Tarv. Correxit Regius. *ſubſtantiam.* Sic Turic. Guelf. cum Goth. Alm. Voſſ. 2. Vall. Jenſ. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. recte improbans Aldum reponentem conjecturam Regianam *praeſtantiam.* Haec eſt in reliquis, etiam Camp. ex ipſius profecto editoris ingenio. *quam ſcio.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. Vall. Reliqui *quod ſ.*

tantam. Libri quidem omnes *tantum* ſed recepi Badii, et mox Geſneri, conjecturam refingendi genus ad ſcripturam illam *quam* pro *quod.* Eſt in Camp. transpoſitio *quamvis vix ſcio*, unde efficere poſſis *quamvis ſcio vix — tantum. jam tum* eſſe in aliis narrat Burm. et effici inde bonam ſcripturam (*quod — credi*) *jam tum.* Hanc probaſſe Heumannum quoque refert Geſn. Expeditiſſima ſane fuerit.

oſtenderit. Sic libri mei, exc. Jenſ. Loc. Ven. qui *oſtendit*, et Burm. Capp. qui ex Mureti Codice *oſtenderet.* Perperam hoc praeſtare ait Muretus. Regius *oſtendit* in noſtrum correxit, obſequente primo Ruſc. (cf. modo hac §).

8. *aviae.* Goth. *avis* cum Voſſ. 2. ſolo.

ſubſtantiam. Haec opponitur *igniculis* illis facile evaneſcentibus. Ita Seneca ep. 58 „Quidquid falſa *cogitatione* formatum, *ſubſtantiam* „non habet" et noſter 2, 21, 1 „*verba* ipſa — ſine rerum „*ſubſtantia.*" cf. in voce Prooem. tot. op. 21. 2, 14, 3. 2, 15, 34. 7, 2, 5.

me omnibus, qui ſolicitare illas aetates ſolent, anteferret. Quapropter illi dolori, quem ex matre optima, atque omnem laudem ſupergreſſa, paucos ante menſes ceperam, gratulor. Minus enim eſt, quod flendum meo nomine, quam quod illius gaudendum eſt. Una poſt haec Quintiliani mei ſpe ac 9 voluptate nitebar: et poterat ſufficere ſolatio. Non enim floſculos, ſicut prior, ſed jam decimum aetatis ingreſſus annum, certos

ill. aet. f. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *ſ. i. a.* cf. § 3. item mox. *omn. laud. ſup.* Sic Turic. Guelf. Sed Goth. (tac. Geſn.) *o. ſ. l.* Reliqui *l. o. ſ.* cf. modo, item § 10. *quam quod illius.* Turic. Guelf. *quanquam illis* cum Alm.

9. *Quintiliani.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cf. ad praef. noſtr. p. 23 — 27. item 6, 3, 112.

ſed jam. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *ſed etiam* per errorem.

8. *ſolicitare.* Hoc pro *alliciendo* dici exemplis aſtruit Burm. ſed et ipſa Lexica docent. Illud infrequentius, quod *homines* dicuntur ſolicitare illas aetates; malis ſane *rebus* hoc tribui. Eo redit conjectura eruditi in Leidenſi ed. poſita: *quae* pro *qui*. Nec fuerit abſurdum ita perſonis protinus ſubjungi res.

Quapropter — gratulor. Matre mortua totum ſe ad patrem applicuerat infans, qui cum iisdem blanditiis matrem, ſi vixiſſet, demeriturus fuiſſet, nimia futura erat ejus triſtitia, ſi ſuperſtitem puerulo eſſe eam oportuiſſet. *Gratulor* autem plane pro *gratias ago*, quo nomine hunc ipſum locum deſignat Gronovius Obſerv. 2, 19. p. Platn. 294. Eandem ſignificationem agnoſcere poſſis in Plin. Epiſt. 4, 27, 5 „temporibus noſtris „gratulare pro ingenio tali.“ Si enim *geatulare* poneretur poteſtate ſolita, *pro* non videtur dicturus fuiſſe, ſed *de* Item Seneca Pater p. Bip. 208 „*Gratulare* — naturae „meae: nunquam ejusmodi „filius parricidium faciet.“ cf. Duker. ad Flor. 4, 3, 6. Oudend. ad Suet. Tiber. c. 60.

10 ac deformatos fructus oſtenderat. Juro per mala mea, per infelicem conſcientiam, per illos manes, numina mei doloris, has me in illo vidiſſe virtutes ingenii, non modo ad 496
percipiendas diſciplinas, quo nihil praeſtantius cognovi, plurima expertus, ſtudiique jam tum non coacti (ſciunt praeceptores), ſed probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis, ut prorſus poſſet hinc eſſe tanti fulminis metus, quod obſervatum fere eſt,

ac -def. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *atque d.* cf. 5, 11, 24. *deformatos.* Camp. *defloratos* cum Andr. Ald. importuna corrigendi prurigine.

10. *mei — dol.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *d. m.* cf. § 8. 15. *poſſet.* Sic ſcripſi, Gesnerum ſecutus, contra libros omnes ante ipſum, dantes *poſſit.* cf. 6, 2, 2.

hinc. Sic Guelf., aliis, ut Turic. Camp. Goth. Voſſ. 2. Vall. edd. ante Ruſc. (cf. § 7.), dantibus *hi*, quod bene correxit Regius. Levius quod *fluminis* (Jenſ. Tarv.) mutavit idem, ubi bonam ſcripturam dant MSS.

fere. Turic. Guelf. Camp. *facere* cum Ahm. Cunfunduntur *facere* et *ferre* vid. Drakenb. ad Liv. 9, 15, 5.

9. *deformatos.* cf. 5, 11, 30.

10. *Juro — numina.* Tanta aſſeveratione opus eſſe ducit in re etiam minus credibili, quam cujus modo (§ 7.) meminerat in filio minore. Jurare per *mala* non inſolitum veteribus oſtendit Barthius ad Stat. Theb. 6, 171. Appoſite ad *numina*, ut vocantur *manes*, Burmannus laudat Ovid. Heroid. 3, 105

„Perque trium ſortes animas,
„*mea numina*, fratrum."

Sil. Ital. 6, 113 „— teſtor,
„*mea numina*, manes."

plurima expertus, ingenia juvenum ſuae diſciplinae traditorum.

obſervatum fere eſt. Plin. H. N. 7, 51 extr. „cum Cenſorius Cato — ut ex oraculo „aliquo prodiderit: Senſlem „juventam praematurae mortis eſſe ſignum." Ceſtius de auditore ſuo Alfio Flavo (apud. Senec. Patr. p. Bip. 79) „ajebat tam mature magnum „ingenium non eſſe vitale."

célerius occidere feſtinatam maturitatem: et eſſe neſcio quam, quae ſpes tantas decerpat, invidiam, ne videlicet ultra, quam homini datum eſt, noſtra provehantur. Etiam illa 11 fortuita aderant omnia, vocis jucunditas claritasque, oris ſuavitas, et in utracunque lingua, tanquam ad eam demum natus eſſet, expreſſa proprietas omnium literarum. Sed haec ſpes adhuc: illa majora, conſtantia, gravitas, contra dolores etiam ac metus robur. Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, menſium octo valetudinem tulit? ut me in ſupremis conſolatus eſt?

eſſe neſc. Turic. a ſec. manu *ecce n.* et ſic Camp.

11. *fortùita.* Turic. *fortuna.* Guelf. *fortunae* cum Alm. Gryph. (1536) Baſ. Colinaei, Sichardi.

utracunque. Goth. *utranque.* Quo ipſo apparet aliquid interfuiſſe τῷ *utra* et *que.* cf. not. ex.

etiam ac metus. Supervacua quam maxime Burmanni conjectura; *etiam mentis.*

neſcio quam — invidiam. Pervulgatiſſima veterum opinio. cf. Epigramma ad § 4. Nota Solonis apud Herodotum ſententia 1, 32 τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν. Apud eundem Artabanus 7, 10 ἑρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει. (Attende vocem κεραυνοῖ, cui geminum hic eſt *fulmen*, quod eadem translatione habes apud Statium Sylv. 5, 5, 50. 2, 1, 225.) Plura de hac deorum invidia collegit Barth. ad Claud. Epigr. 32, 1. cf. Geſn. ad Claudian. rapt. Prof. 3, 27. Ex eodem genere eſt locus Virgilii Aeneïd. 6, 870. 1. Sed aliter ſtatuit ſanctior iis Plato; vide ejus Phaedrum p. 247. A. ibique Heindorfium.

11. *utracunque.* Auget mirabilem pueri dexteritatem, *utramcunque* dicendo pro *utraque.* cf. 1 Pro. 1.

demum. cf. 1 Pro. 3. 11, 3, 68. Plin. Epiſt. 10, 66, 9.

quam etiam deficiens, jamque non noſter, ipſum illum alienatae mentis errorem circa
12 ſolas literas habuit? Tuosne ego, o meae 497

jamque. Turic. Guelf. *quamque* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Obr. quo acc. Rollin. exc. tamen Camp. qui dat *quanquam* et Tarv. qui *quique.* Noſtrum eſt ex Mureti Cod.

noſter. Camp. *tunc* cum Bad. ſec. et poſterioribus ante Obr. quo acc. Rollin. Etiam Muretus hanc inveniebat vulgatam; fortaſſe ex Campani mutatione profectam. cf. 5, 13, 19.

alienatae mentis. Turic. Guelf. *aliena tenentes* cum Alm. niſi quod ex hoc *tenentis.* *ſolas.* Turic. Guelf. *ſcholas* cum Alm. *Tuosne.* Turic. *Tuasne* cum Jenſ. (tac. Geſn.) ex errore referendi ad *ſpes.* cf. 5, 13, 45. 6, 1, 32.

jamque non noſter. „Significat eum jam in poteſtate „mortis fuiſſe.“ Muretus loco ad 4. citato. Comparant Ovid. Art. 2, 93 „jam non pater.“ Sed propius eſt Georg. 4, 498 „tendens heu *non tua* „palmas.“ Ad *jam non* cf. 2, 7, 3 not. crit. item mox 6, 1, 10.

ipſum illum — habuit. Mirum in modum hallucinati hic ſunt Rollinus et Geſnerus. In promptu eſt, moribundi deliria verſata eſſe nonniſi in rebus ad literas pertinentibus, quod recte expreſſerunt Gedoynus et Hugo Blaerius in praelectionibus rhetoricis, ubi hujus loci verſionem ponit. Talis fuit error ille ſupremus dulciſſimi ſenis, Io. Arnoldi Eberti, interpretis Youngianae poëſis, Graece Latineque doctiſſimi, nihil niſi carmina et muſicos modos extremo tenuique ſpiritu agitantis, cujusmodi aliquid notabili praeſagio ſignificavit ipſe in Epiſtola ad ſodalem ſuum C. A. Schmidium (Ebert's Epiſteln und vermiſchte Gedichte. Hamb. 1789. p. 90). Huic noſtri loco ſcriptam cenſeo notam Almelovenii, male relatam a Burmanno ad initium § hujus, ubi de *fortuitis illis* agitur. Deſignat ille ſimile apud Ariſtidem exemplum in oratione funebri in Eteoneum ὃς καὶ τελευτῶν εἰς ταῦτα ἐτελεύτησεν, παυηγυρικὸν καὶ μελέτας βοῶν. T. 1. p. 77 Jebbii. Iſtam Ariſtidis declamationem, compoſitam et ipſam in adoleſcentis mortem immaturam, ſed diſcipuli, non filii, ſi quis contulerit cum hoc Quintiliani prooemio, viderit is, quid Graeculus Seculi noſtrae aerae ſecundi concedat Romano praeceptori.

12. *o meae — inanes.* Hunc accipiemus vocativum, quo

ſpes inanes, labentes oculos, tuum fugientem ſpiritum vidi? Tuum corpus frigidum exangue complexus, animam recipere, auramque communem haurire amplius potui? dignus his cruciatibus, quos fero, dignus his cogitationibus. Tene 13

tuum fug. — *tuum corp.* Turic. Guelf. *tum f.* — *tum c.* cum Goth. Voſſ. 2. Sed Camp. *cum f.* — *cum c.* Baſ. *cum f.* — *tuum c.* *exangue.* Sic edd. meae omnes ante Roll. Neque tamen haec ſcriptura e MSS. annotata. cf. 5, 11, 7.

ipſum filium compellet (ſic et Blaerius); ut nullis parentheſis ſignis indigeat locus. Si interjecta haec foret lamentatio, accuſativum fortaſſe poſiturus erat ſcriptor, non nominativum. Quanquam geminus eſt locus Ciceronis Pro Mil. c. 34. ubi nominativus in tali ſtructura (cf. tamen not. crit. ad 6, 1, 27). Sed abrupta nimis et obſcura ſit oratio, ſi *tuos* nullum habet vocativum, quo referatur. Et docet Gronovius Obſervv. p. (Platn.) 493 *ſpes* uſurpari pro ipſis liberis. vid. Plin. Paneg. 26, 4. Neque eſt quod haereas in plurali, cum unius filii ſit mentio. *Spes* frequenter plurali numero de una re. vid. Drakenb. ad Liv. 4, 36, 2. Reitz. ad Lucian. Tyrannic. Vol. 4. p. 601. Bip. ib. p. 525.

labentes oculos. Sunt iidem qui et alias *natantes*, morientium oculi. Eodem, quo noſter, verbo utitur Virgilius Aeneïd. 11, 818. 19. „*labuntur* frigida leto *Lumina.*“ item Ovid. Triſt. 3, 3, 44 „*Labentes oculos* condet amica manus“ ubi vide Heinſium, indicante Almelovenio. Heinſius ponit locum Statii Sylv. 3, 5, 39 „oculos jam „morte *cadentes.*“

frigidum exangue. Haec duo adjectiva juncta ἀσυνδέτως uni ſubſtantivo, non ſane placent magnopere, ſed ſolent defendi talia exemplis. vide Drakenb. ad Liv. 1, 14, 7. Inter quae tamen, quod huic plane reſponderet, inveni nullum. Neque enim conveniunt in hunc locum, quae rectiſſime monet Oudend. ad Suet. Neron. 37.

his cogitationibus. Haec ipſa, quae volvit et verſat animo, filii mortem, ſe adoleſcenti ſuperſtitem et infelici firmitate tanto dolori reſiſtentem, ſum-

conſulari nuper adoptione ad omnium ſpes honorum patris admotum, te avunculo praetori generum deſtinatum, te omnium ſpe Atticae eloquentiae candidatum,

13. *patris.* Turic. Guelf. Camp. *prius* cum Goth. Alm. Bodl. Voſſ. 2. Guilielm. Cod. Andr. et edd. ante Bad. Hic ſuperſcriptam in Vallenſi Cod. (in quo et ipſo *prius*) vocem noſtram recepit; quae quin vera ſit, nullus dubito. Eſt notum compendium *pr* pro *pater*. Quid proclivius, quam ut ex *pris.* fieret *prius?* *ſpe Atticae.* Turic. *ſpes acutis* (et pro *eloqu.* mox *aeloqu.*) cum Guelf. Alm. (niſi quod *ael.* non

mos videtur putare cruciatus, quibus ipſis dignum ſe cogitur pronunciare. cf. § 3.

13. *conſulari — admotum. Conſularis adoptio* nihil profecto aliud ſignificat niſi quod adoptatus fuerit Quintiliani filius, non quidem a conſule aliquo ſed, a viro quodam conſulari. An forte *conſularis*, gen. caſu? Tentat ſane Nicolaus Antonius in Bibl. Hiſp. vet. p. 56. § 251 eam hujus locutionis interpretationem, qua Conſulatus non verus, ſed conſularibus modo ornamentis conſtans, ideoque fictitius, intelligatur, qualem fuiſſe Quintiliani patris, liquet ex Auſonii gratiarum actione cf. praef. noſtr. p. 32. Idem honor Plutarcho conceſſus fuit a Trajano, auctore Suida. De cujusmodi ornamentis conſularibus vid. Sueton. Caeſ. 76. Claud. 24. „Ut enim adoptio" ait Antonius „fictio eſt natu„rae; ſic ornamentorum con„ſularium conceſſio *adopti*" [impetrati] „revera conſula„tus fictio fuit. Quod Fabii „interpretes non animadver„terunt." Id tamen eſt fortaſſe, quod obſcure ſatis ſignificat Pſeudo-Turnebus; quanquam hoc multis diſplicere ait. Inter quos et ego aſcribi velim. Quid enim contortius? Diſcimus igitur Quintilianum, id quod aliunde ſane non liquet (ut nec illud de avunculo, et ſocero futuro, praetore), noſtri filium, a viro conſulari eſſe adoptatum, eoque ad ſpem omnium acceſſiſſe honorum, quibus fungebatur *pater* ille *adoptivus*, quae eſt veriſſima Geſneri interpretatio. Vanum enim fuerit, de ſuis honoribus praedicare Qu. Nec puto difficultatem habere, quod poſt adoptionem in alienam domum erat tranſiturus Qu. filius. Quid enim vetat, vel ſic patrem naturalem ejus ſtudia rexiſſe, animamque morientis recepiſſe?

ſpe Atticae. cf. not. crit.

ſuperſtes parens tantum ad poenas, amiſi?
498 Et, ſi non cupido lucis, certe patientia vin-

memoratur) *acutis* etiam Mureti Cod. unde hic efficit *omnium ſpe ac votis* (ſed Guilielmius idem), frigidiuſcule. Camp. *acutae* cum Goth. Andr. Jenſ et edd. ante Ald. qui ex conjectura videtur repoſuiſſe noſtrum. Turpe eſt Gibſoni de ſuis ſilentium (vid. 5, 13, 6). Manum injicit corrigenti mihi Turic. aliorumque ſcriptura *acutis*, qui ſi et ipſi haberent *acutae* illud reliquorum, inventam crederem medicinam, ut ſcriberetur *avitae*. (Sed video praeſumtum hoc ab Eraſmo Adag. 1, 9, 24 extr.) Patrem ſuum Qu. laudat 9, 3, 73 quanquam modeſtius. Sed hic in domeſtico illo affectu potuit augeri fama ejusdem. Et conſpirant magnopere cuncta haec, ſi vel noſtro loco gentis et neceſſitudinis injiciatur mentio, quae eſt in *patre* (adoptivo), *avunculo*, *parente* (naturali). Nam quod *acutae* ipſum explicare ſibi videntur quidam locis aliquot ſeriorum, qui laudant Quintiliani *acumen*, id leve eſt profecto. Sed reſidet aliud vitium. Quovis pignore contenderim, *omnium ſpe* eſſe ſpuria. Vide mihi Tur. Alm. Guelf. dantes *o. ſpes*. Habes ipſa, quae modo erant, verba „ad *omnium ſpes*." Ad haec aberrabat librarius. Neque enim talis iteratio Quintilianei ſtomachi videtur, etſi cf. § 5. not. ex.

ſuperſtes — Et, ſi. Turic. Guelf. *ſ. p. t. poenas et ſi* cum Goth. 1. 2. Alm. *ſ. p. habiturus eſt t. ad p. et ſi* Camp. cum Bad. ſec. Baſil. all. ap. Burm. *ſupereſt p. t. poenis et ſi* Tarv. *ſ. p. t. poenis et ſi* Jenſ. cum Loc. Ven. Ruſc. *ſ. p. t. ad poenas et ſi* Ald. Bad. pr. Apparet abeſſe a libris veteribus omnibus *ad* et *amiſi*, quorum poſterius diffidens ſibi conjecit Regius; et meorum primus dat Gryph. In Camp. et ipſo eſt correctio. *Poenis* pro *poenas* itidem novatum ab editoribus. In veteri quidem ſcriptura acquieſcendum non eſt; nec expedita medicina. Qui putant *vidi* poſſe intelligi ex quo pendeant accuſativi, vix ulli ſuam rationem probabunt. Geſnerus *poenas* pro *cruciatibus*, *doloribus* uſurpari idoneis Plinii majoris locis oſtendit.: quod et Burm. docuit ex Gron. Obſ. 2, 9. Sed Poenas

ſuperſtes — Et, ſi. vide not. crit.

ſi non — certe patientia. Hoc ipſum, quod vivo, mihi erit poenae. *Iniquiſſimum* erat, ſi, poſt mortem filii, cuperet vitam pater; „neque ego tam ferreum memet ipſe agnoſco, „etiamſi aliis videar fortaſſe. „Sed patior certe vitam, quam „abrumpere decebat, et haec „ipſa *lucis patientia* vindicet te." Sic *non* illud ad verbum ſinitum nequaquam pertinet, ſed

dicet te reliqua mea aetate. Nam fruſtra mala omnia ad crimen fortunae relegamus. 14 Nemo, niſi ſua culpa, diu dolet. Sed vivimus, et aliqua vivendi ratio quaerenda eſt: credendumque doctiſſimis hominibus, qui unicum adverſorum ſolatium literas putaverunt. Si quando tamen ita reſederit praeſens impetus, ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inſeri poſſit, non injuſte petierim morae veniam. Quis enim dilata ſtudia miretur, quae potius non abrupta eſſe miran-

dici *Furias* quoque, ſatis eſt notum, cf. Ern. clav. h. v. Venit igitur in mentem talis loci noſtri conſtitutio, in qua vel minimum mutaretur. „Tene — ſuperſtes parens tantum „poenas *habet?* Si.“ *Et* illud ante *Si* alienum ultro videbitur attento; in quo poſſis tabulam laceram agnoſcere illius *habet*, quod perierit. Sententia haec: Te igitur Poenas tantum, i. e. *Furias* quasdam, habebit pater tuus, miſere et impie tibi ſuperſtes? Sed diſplicet, praeter alia, quod eſt tertia perſona: *habet*, non prima: *habeo*. Heuſingeri ratio, nec ipſa facilis, *te* poſt *vindicet* expungit, ceterum acquieſcens in Aldina ſcriptura, ut *parens ſuperſtes ad poenas vindicet* filium. Locus ſolpiatorem expectat. *te reliqua*. Turic. Guelf. *terras aliquam* cum Alm. niſi quod *aliqua*. Camp. *t. a r.* cum Ald. Male.

ſubjecti finibus continetur, ut omnia iſta *ſi non — patientia* conjunctim efficiant ſubjectum ſententiae. Manifeſtius ſane hoc erat, ſi ante *ſi* fuiſſet pronomen, hoc modo: „Haec, „ſi non cupido lucis, certe „patientia.“ Fateor etiam conjunctivum praeſentis *vindicet*, minus aptum loco mihi videri quam futurum indicativi: *vindicabit*.

relegamus. cf. 7, 4, 13. item Ruhnk. ad Vell. 2, 44, 2.

Nemo — dolet. Stoïca vox. cf. 5, 12, 19. Sed nec propria ſectae haec mens cenſenda, verum toti antiquitati communis, quod inter alia ſuadet exemplum Attici Epicurei; et Plinius, H. N. 2, 7 „ſibi — „mortem conſciſcere — optimum in tantis vitae poenis.“ cf. 5, 6, 3.

dum eſt? Tum, ſi qua fuerint minus effecta 15
iis, quae levius adhuc afflicti coeperamus,
imperitanti fortunae remittantur: quae, ſi
quid mediocrium alioqui in noſtro ingenio
virium fuit, ut non extinxerit, debilitavit
499 tamen. Sed vel propter hoc nos contuma-

15. *fu. minus.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *m. f.* cf. § 10. 6, 1, 2.

imperitanti fortunae. Hoc dedi ex ingenioſiſſima veriſſimaque Lochmanni V. C. conjectura. Praeter unum Alm. praeferentem *imperi aut f.* (quocum non narratur conſpirare Turic. cf. § 5. 16.) in libris nihil variatur, dantibus omnibus *imperitiue aut f.* Veritate reperta jam non attinet recenſere Mureti, Pithoei, Schelii, Burmanni, Geſneri conjecturas.

al. in noſtro. Sic Turic. cum Alm. Jenſ. et edd. ante Baſ. quo acc. Gryph. Reliqui omittunt *in* quorum et Camp. et Goth. Compendium habet Guelf. in quo praepoſitionem latere exiſtimo. Mollior et minus affectata cum praep. ſtructura quam ſine eadem.

tamen. Turic. Guelf. Goth. (errante Geſn. qui ref. *jam meus*) *jam mens* cum Vall. (quem item *meus* dare falſo narrat Burm. ut confidam eundem fuiſſe in recenſendo Voſſ. 2. errorem). Quod Alm. dicitur dare *debilita vitia mens*, in eo ipſo eſt ceterorum ſcriptura, negligentius diremta illa. Camp. *de-*

15, *imperitanti fortunae.* Similiter Salluſt. Jug. c. 76 (apud Tell. 72) „naturam „ipſam ceteris *imperitantem.*“ et verbum frequentat Tacitus, utrumque indicante Lochmanno V. C. in proluſione anni 1776 p. 9. Qui non plane pro *imperando* variant hoc verbum, ii libidinem fere et ſuperbiam imperandi eo ſignificant ut Liv. 21, 1, 3 ubi vid. Drakenb. item Plin. H. N. 10, 21 „(gallinacei) *impe-* „*ritant* ſuo genèri, et *regnum*, „in quacunque ſunt domo, „*exercent.*“ 8, 16. „(leonis) „animalis — ceteris — *impe-* „*ritantis.*“ Plin. Paneg. 82, 6 „ſi his validior toto cor- „pore animus *imperitet.*“ Significatur ergo potentiſſimum et ſuperbum fortunae regnum.

cius erigamus, quod illam ut perferre nobis difficile eſt, ita facile contemnere. Nihil enim ſibi adverſus me reliquit, et, infelicem quidem ſed certiſſimam tamen, attulit mihi
16 ex his malis ſecuritatem. Boni autem conſulere noſtrum laborem vel propter hoc aequum eſt, quod in nullum jam proprium uſum perſeveramus, ſed omnis haec cura ad alienas utilitates (ſi modo quid utile ſcribimus) ſpectat. Nos miſeri, ſicut facul-

bilitata vicio mens. Tarv. *debilitata jam vitio mens.* Jenſ. *deb. tamen* omittit cum reliquis ante Ald. et hoc inveniebat Regius, de conjectura reponens *debilitaverit*, cum perſentiſceret lacunam, improbaret autem Campani et Tarv. rationem, quae ſane eſt perverſa, etſi eruta ex illa Alm. ſcriptura.

16. *hoc aequum.* Turic. Guelf. Camp. *h. cecum* (poſteriores quidem *ae*) cum Goth. 2. Mureti MS. Andr. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. uterque. Reliqui *h. certum.* Noſtrum facili emendatione reſtituerunt Muretus, Guilielmius, Gesnerus in Add. De poſtrema litera in *hoc* iterata, *c* autem poſita pro *qu* vide Drakenb. ad Liv. 1, 21, 3 et nos ad 4, 2, 83. 6, 3, 47. *cura — utilitates.* Turic. *curas alienas utiles.* ut et Guilielmii liber. vid. Fac. Grut. Vol. 3. p. 2. pag. 311. Alm. *curas ad alienas utiles* (cf. § 15. item mox). Sed ille a ſec. manu *curas ut alienis utiles.* et ſic Guelf. niſi quod *cura.* Camp. *omnes has curas alienis utiles.* Reliqui *cura ad alienos ut alienis utilis*, quam ſtribliginem quis tulerit? Nos repoſuimus emendationem Guilielmii. Quod Burm. ait, *ad* ante *curas* requiri, id tam certum non eſt. Sunt utriusque formae apud noſtrum exempla; velut, ſine praep., 5, 12, 22 *vict. ſpectat.* Sic et *reſpicere* § 1. ſine praep., 10, 1, 120 cum eadem. Poſſit *ut* ex *ad* eſſe corruptum, quod tamen magis repeto a turbata voce *utilitates.* Alm. ſcripturam recte excerptam magnopere dubito, quem pluralem vide 3, 4, 14.

ſcribimus. Camp. *ſcribi* cum Alm. Nulla Turic. varietas notata (cf. modo, item 6, 1, 1). Infinitivum fruſtra defendit Burm.

tates patrimonii noſtri, ita hoc opus aliis praeparabamus, aliis relinquemus.

500 I. Peroratio ſequebatur, quam *cumulum* quidam, *concluſionem* alii vocant. Ejus duplex ratio eſt, poſita aut in rebus, aut in affectibus. *Rerum repetitio* et congregatio, quae Graece dicitur ἀναϰεφαλαίωσις, a quibusdam Latinorum *enumeratio*, et memoriam judicis reficit, et totam ſimul cauſam ponit ante oculos, et, etiamſi per ſingula minus moverat, turba valet. In hac, quae repetemus, quam breviſſime dicenda ſunt, et, quod Graeco verbo patet, decurrendum per *capita*. Nam, ſi morabimur, non jam enumeratio, ſed quaſi altera fiet oratio. Quae

praeparabamus. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Palat. MS, Ald. Obr. *praeparamus* Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. Bad. et edd. ante Leid. quo acc. Roll. *praeparabimus* Jenſ. et edd. ante Ald. *paramus* Leid. Gibſ. Reliqui *paravimus*.

1. *enumeratio*. Turic. *renumeratio* cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. exc. Camp. Tarv. *remuneratio* Alm. (cf. 6 Pro. 16. item hic § 8.) *renunciatio* Guelf.

moverat. Turic. (a ſec. manu) *moveret* et ſic Guelf. cum Goth. Vall. Voſſ. 2. *movēat* Camp.

2. *quaſi altera*. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. Reliqui *a. q.* cf. 6 Pro. 15. item hic § 7.

aliis — aliis. Cum Gedoynus male ceperit hoc, et ipſe Geſnerus, ſuadens futurum pro *praeparabamus* (cf. 6, 3, 15), aberrare videatur, juvat apponere ſimilitudinem orationis: 1, 5, 7 *alium — alium*. 8, 4, 15 *alibi — alibi*. 9, 2, 12. *aliud — ad aliud*. 9, 2, 85. 92. 97. 9, 3, 22.

1. *ſequebatur*. Attende tempus imperfectum i. e. tum cum labor interrumperetur morte filii mei.

repetitio. cf. 4 Pro. 6.

turba valet. cf. 5, 13, 11.

autem enumeranda videntur, cum pondere aliquo dicenda sunt, et aptis excitanda sententiis, et figuris utique varianda: alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione, velut memoriae judicum diffidentis. Sunt autem innumerabiles: optimeque in Verrem Cicero, *Si pater ipse judicaret, quae diceret, cum haec probarentur?* et deinde subjecit enumerationem: aut, cum idem in eundem, *per invocationem deorum spoliata a praetore templa* dinu-

enumeranda. Turic. *adnumeranda* cum Alm. *annummeranda* Camp. Hinc colligo scripturam *ann.* antiquiorem fuisse quam *adn.* quippe quae facilius ex vera *enum.* corrumperetur. cf. 6 Pro. 12. item simile exemplum 4, 2, 29. vide tamen § 17.

3. *diceret.* Turic. *dicerent.* *idem in.* Turic. Jens. (tac. Gesn.) inferunt *et* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Leid. exc. Camp. Basil. Male adhaesit ad *idem* extremum.

2. *excitanda sententiis.* Eadem translatione a Plin. H. N. 14, 20 dicitur „crudo „flore resinae *excitari* — leni„tas (musti).“ item 19, 8 „ut (betae) lenitas *excitetur* „acrimonia sinapis.“ Sed et noster 9, 2, 29 „fictiones per„sonarum — orationem — „*excitant*“ 12, 10, 49 „*excitatiora* lumina (orationis).“ item 6, 3, 19.

odiosius. vid. not. ad 1, 6, 19. item 1, 6, 40.

3. *innumerabiles.* scil. figurae.

in Verrem Cicero. Cic. in Verr. 5, 52. Etiam hic locus memoriter excitatus valde recedit ab ipso Ciceronis exemplo. cf. 5, 13, 27. Qui in fluctuante apud Ciceronem ipsum scriptura elaborarunt, nostri nullam videntur rationem habuisse. Ut Quintilianus quidem locum memoria tenuit, pater Verris fingitur auditor modo eorum fuisse, quae probarentur in filium, cum ipse federet judex; nihil eorum ipse commemorasse. Sermo ejus, in hac ratione, nonnisi admirantis fuit et indignantis, quod secus est apud Ciceronem. Hic tamen apud Qu. maxime displicet *quae diceret* pro *quid diceret.*

idem in eundem. c. 72.

merat. Licet et dubitare, num quid nos fugerit: et, quid respondsuri sint adversarii his et his: aut, quam spem accusator habeat omnibus ita defensis. Illa vero jucundissima, si contin- 4
gat aliquod ex adversario ducere argumentum: ut, si dicas, *Reliquit vero hanc partem causae;* aut, *Invidia premere maluit;* aut *Ad preces confugit; et merito, cum sciret haec et haec.* Sed non sunt singulae species 5
persequendae, ne sola videantur, quae forte nunc dixero: cum occasiones et ex causis, et ex dictis adversariorum, et ex quibusdam fortuitis quoque oriantur. Nec referenda modo nostra, sed postulandum etiam ab adversariis, ut ad quaedam respondeant.

4. *Reliquit vero.* Turic. *reliquius* (in quo nihil aliud nisi ipsum nostrum), a sec. manu *reliquam v.* et sic Guelf. Omittunt *vero* Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Leid.

preces. Guelf. *pedes.* cum marg. Bas.

5. *persequendae.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2. Steph. Obr. Reliqui *proseq.* cf. 4, 1, 43.

occasiones. Turic. Guelf. *accusationes* (quanquam ille a pr. manu *accusationis*) cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. Correxit Regius, sed et antea Camp. cf. 6 Pro. 11.

causis. Basil. *ausis*, de conjectura, futili illa.

ita defensis. Ita, ut jam enumeratione significetur. Succurrebat tamen pro *ita* fortasse legendum *rite*, vel *scite*. Sed non multum tribuo.

4. *Illa — jucundissima.* Hunc accipio singularem feminini referendum ad *figura*, intellectum; non pluralem neutrius, in genere positum.

et merito. Vulgo male distinguunt, quasi *et* sit ipsius Quintiliani interjicientis, a *Merito* autem ordiatur nova figura enumerandi. Pertinet omne hoc ad illud: *Ad preces* cet.

5. *Sed non sunt — persequendae.* Hoc sibi ipse praecipienti suadet Qu., non oratori dicturo.

6 Id autem, ſi et actionis ſupererit locus, et ea propoſuerimus, quae refelli non poſſunt. Nam provocare, quae inde ſint fortia, non 7 arguentis eſt, ſed monentis. Id unum epilogi genus viſum eſt plerisque Atticorum, et philoſophis fere omnibus, qui de arte oratoria ſcriptum aliquid reliquerunt. Id ſenſiſſe Atticos credo, quia Athenis affectus 502 movere etiam per praeconem prohibebatur orator. Philoſophos minus miror, apud quos vitii loco eſt, affici: nec boni mores

6. *inde ſint.* Guelf. Camp. Turic. *deſint* (ſed hic a ſec. manu, a pr. enim noſtrum) cum Vall. Leid. Obr.

7. *loco eſt.* Sic Turic. Camp. Reliqui *e. l.* cf. §. 2. 13.

6. *actionis — locus.* Equidem interpretor: Si ſuppetat copia poſt adverſarii reſponſionem etiamnum agendi i. e. dicendi, ne forte haereant ea, quae hic poſtrema protulerit. Negliguntur haec ab interpretibus, nec Gedoynus vertere vel dignatus eſt vel auſus. Paulo clarior fortaſſe fiat oratio, ſi, pro *actionis*, ſcribas *actioni*; quanquam *locus* genitivum commode aſciſcit.

inde. „H. e. ab altera parte, „contra quam dicimus. Fre„quens eſt, adverbia loci ad„hibere de perſonis: ut *unde* „*petitur*, pro reo; vid. Gro„nov. ad Cic. fam. 7, 11. Sic „Ter. Adelph. 1, 1, 21 *Nati* „*filii duo: inde ego hunc ma*„*jorem adoptavi mihi.*“ Geſn. vid. et Cort. ad Salluſt. Jug. 14, 22. et Drakenb. ad Liv. 1, 24, 2. cf. 5, 13, 2. *inde, hinc.*

arguentis — monentis. Satis clarum orationis acumen. Malim tamen *admonentis*, quod apud unum Aldum invenio, et in Ruſc. aſcriptum ab antiqua manu. Facillime *ad* excidebat poſt *ſed*. cf. 5, 13, 46 „bene *admonitos.*“ 4, 5, 4 „recte *admones.*“

7. *Athenis — prohibebatur orator.* vid. not. ad 2, 16, 4. Locis veterum ibi poſitis adde noſtr. 12, 10, 26. Appulej. Metam. l. 10. p. Elmenh. 241. (Pricaei p. 214, ſunt hi numeri et apud Oudend.) nam et illic *praeconis* mentio. item Polluc. Onom. 8, 117. et in contrarium loca Elmenhorſtio deſignata p. 176 nott. Pric. 48. Aliquid, ſed leve, pro Qu. habet Xenoph. Mem. 4, 4, 4 παρὰ τοὺς νόμους.

miror. Burmannus malit *moror*, non quidem neceſſario.

videntur, ſic a vero judicem averti: nec convenire bono viro vitiis uti. Neceſſarios tamen affectus fatebuntur, ſi aliter obtineri vera, et juſta, et in commune profutura non poſſint. Ceterum illud conſtitit inter omnes, etiam in aliis partibus actionis, ſi multiplex cauſa ſit et pluribus argumentis defenſa, utiliter ἀνακεφαλαίωσιν fieri ſolere: ſicut nemo dubitaverit multas eſſe cauſas, in quibus nullo loco ſit neceſſaria, ſi breves et ſimplices fuerint. Haec pars *perorationis* accuſatori patronoque ex aequo communis eſt. Affectibus quoque iisdem fere utuntur: ſed rarius hic, ille ſaepius ac magis. Nam

8. *ex aequo.* Sic Turic. cum Alm. (cf. § 1. 9.) *aequo* ſine praepoſitione Guelf. Reliqui *aeque.* Noſtrum probat Burm. ablegans ad Petron. c. 74. cf. et Drakenb. ad Liv. 39, 26, 1.

9. *iisdem.* Sic Camp. *hisdem* Guelf. *isdem* Turic. Reliqui *eisdem* cf. 3, 8, 65. Nec tamen negem vel hanc formam noſtro uſurpatam, ut 3, 8, 31. 45. 7, pr., 1.

rarius — ac magis. Turic. *aliis ſic aut i. ſ. a. m.* cum Alm. (cf. § 8. 10). Sed ille a ſec. manu *alius ſic aut i. ſ. a. m.* Guelf. *alius ſic at i. ſ. a. m.* Camp. *aliis hic at i. ſ. a. m.* Codd. MSS. negligenter fere ſunt collati, nec multum Gothano tribuendum. Igitur *rarius* a correctore profectum puto, nec pro reliqua Quintiliani concinnitate videtur prius unum poni adverbium *rarius*, mox duo „*ſaepius ac magis.*“ His adducor ut MSS. veſtigiis inſiſtens ſcribere malim *aliis hic aliis ille;* ita *ſaepius ac magis* utrique tribuetur et accuſatori et patrono, ſed in diverſis affectibus. *at* corruptum ex *aliis* cf. ad 5, 10, 9. 6, 3, 75 cum ſcriptum eſſet *al.* In hac conſtitutione ne

Neceſſarios — ſi aliter. cf. 5, 14, 29.

8. *multiplex.* cf. 4, 4, 4.

ex aequo communis. Non ſolum uterque eorum utitur anacephalaeoſi, ſed nec magis alter altero. In *affectibus* mox alia utriusque ratio.

9. *rarius — ac magis.* vid. not. crit.

huic concitare judices, illi flectere convenit. Verum et accuſator habet interim lacrimas ex miſeratione ejus rei, quam ulciſcitur: et reus de indignitate calumniae conſpirationis vehementius interim queritur. Dividere igitur haec officia commodiſſimum, quae

quaerendum quidem magnopere eſt, utri ſingula pronomina, *hic ille*, reddantur, qua de re ad hunc locum diſſerunt VV. DD. Sed mox eadem recurrit obſervatio, vid. ibi not. ex. In recepta autem ratione, *hic* profecto ad propius, ad *patronum*, referendum erat, *ille* ad remotius, ad *accuſatorem*, quod male coibat cum ſequentibus. Id ſentiens Capper. nec tamen agnoſcens veram difficultatem, ludibrium debuit Burmanno in Epiſtola p. 45, ne ipſi quidem expedienti locum.

rei quam. Sic Ruſc. (ex correctione Regii ut videtur cf. 6 Pro. 7) cum Goth. et Aldo Bad. utroque Geſn. Bip. *r. qua* Voſſ. 2. Sed Turic. Guelf. Vall. et edd. rell. *r. quem.* Aut *quam* ſcribi debere ait Regius, aut *rei* tolli. Hoc ipſum factum a Campano, corrigente procul dubio (cf. § 5.); nec male, cum mox § 19. ſit „*ejus caſum quem ulciſcitur.*“ Potuit facillime irrepere *rei*. cf. Drakenb. ad Liv. 2, 18, 2. Exempla e Quint. vide 4, 2, 61. 5, 10, 72. 5, 13, 56. 5, 14, 1. vide et 3, 11, 1.

huic — illi. Ad remotius, *accuſatorem*, refer *huic*, ad propius, *patronum*, *illi*. cf. 5, 13, 12. item hic § 22. Ablegat Burm. ad Sanctii Minervam, locupletetam a Perizonio, l. 2. c. 9. item (in Epiſtola ad Capper. p. 45) Budaeum in Comment. Gr. L. p. 1038 ed. Steph. (quem locum in mea ed. nondum inveni) ubi Budaeus addit „*uſus eſt et varie Quintilianus*“ ut apparent, Budaeo cognitam fuiſſe hanc Quintilianeam uſurpandi pronomina libertatem.

calumniae conſpirationis. Rollinus *et* volebat inſeri. Burm. vel hoc vel *aut* (non quidem *vel*, ut refert Harles). Alterum ſententiae convenientius, etſi minus leni emendatione. Alterutrum neceſſarium. Quis enim ferat hoc aſyndeton?

haec officia. Concitandi profecto et *flectendi.* Qui tamen ex proximis ſequatur, haec

plerumque ſunt, ut dixi, prooemio ſimilia, ſed liberiora, plenioraque. Inclinatio enim 10
judicum ad nos petitur initio parcius, cum admitti ſatis eſt, et oratio tota ſupereſt: in epilogo vero eſt, qualem animum judex in conſilium ferat, et jam nihil amplius dicturi ſumus, nec reſtat, quo ſervemus. Eſt igi- 11

plenioraque. Turic. *plerioraque.* Guelf. omittit. Camp. *pleraque.*

10. *parcius cum.* Turic. Camp. *parti tum* (ſed ille a ſec. manu *partim tum* et ſic Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. Vall.) cum Alm. *tum* pro *cum* edd. ante Stoer. exc. Baſ.

animum — ferat. Turic. *animam* (ſed a ſec. manu noſtrum) *videm conſilio fecerat.* Poſtrema tantum duo vocabula ex Alm. afferuntur ut Turic. (cf. § 9. item mox) *animo idem conſilio fecerat* Guelf. ut et Baſ. margo, excepto *animo.* De *ferat* et *fecerat* vide Drakenb. ad Liv. 7, 3, 6. item noſt. 6 Pro. 10. *ſervemus:* Goth. Jenſ. *ſervemur* cum Alm. (Turic. nulla mentio cf. modo, item § 13.) Voſſ. ſec. et edd. ante Leid. niſi quod in marg. Choueti noſtrum. Hoc ipſum tamen in Turic. Guelf. Camp. Plane gemellam literae

dividi debere, parum intelligo. Ad ſenſum malim paene *conjungere.* Varietas una eſt in Turic. *didere* pro *dividere,* mero errore, in quo nullum praeſidium. Rollinus ad *dividere* haec annotat: „Diſputare „ſeparatim de diverſis affecti„bus, quos excitant accuſator „et reus.“ Atqui *iisdem* uti eos modo dixerat Qu. Inſolenter diceretur et vi careret, ſi pro *dividere* ſcriberetur *videre;* hac ſententia: *excutere, propius introſpicere.*

ut dixi. Reſpicit procul dubio ad 4, 1, 27. 28. Mox autem *in* praepoſ. addi malim. Nam *prooemio* dativum interpretari, qui pendeat ex *ſimilia,* prorſus alienum.

10. *admitti.* Cum acumine hoc dicitur, ut 4, 1, 5. ſed hic exquiſitius, nullo additamento. Sic Perſius note verſu de Horatio

„— *admiſſus* circum praecordia ludit.“

Petita translatione aut a convenientibus reges et principes, aut a maribus incuntibus feminas. Simili ſententia *recepti* 4, 1, 59.

qualem — ferat. Similis fere ſententia 5, 12, 14. *Conſilium* vide ad 4, 2, 22.

ſervemus. Hanc ſcripturam ita interpretor, ut objectum

tur utrisque commune, conciliare sibi, avertere ab adversario judicem, concitare af- 505
fectus, et componere. Et brevissimum quidem hoc praeceptum dari utrique parti potest, ut totas causae vires orator ante oculos ponat: et, cum viderit, quid *invidiosum*, *favorabile*, *invisum*, *miserabile* aut sit in rebus, aut videri possit, ea dicat, quibus, si
12 judex esset, ipse maxime moveretur. Sed certius est ire per singula. Et quae conciliant quidem accusatorem, in praeceptis exordii jam diximus. Quaedam tamen,

R et S figuram in MSS. septimi et octavi seculi, docet Morelius in Elemens de Critique p. 174. Mox § 16. pro *querimur* Camp. *quaerimus*.

11. *conciliare*. Turic. *consiliare*, a sec. manu *consiliari*. Ita mox § 12. Goth. (tac. Gesn.) *consiliant* pro *conciliant*.

12. *conciliant*. Camp. Tarv. *concilient*. cum Ald. Si conjunctivus ponebatur, debebat praeferri imperfectum ob *diximus*.

verbi repetam ἀπὸ κοινοῦ, „id quod dicendum erat, nec „jam dicimus." *Servemus* dictum pro *reservemus* ut 8, 5, 35. *Quo* adverbium loci accipio, non pronomen: „Nul„las locus restat, ad quem re„servemus dicta nostra." Altera scriptura *servemur* (vide not. crit.) nimiam videtur sententiam habere, si haec significat: „Quo nos periculo eri„piamus." Nam quod eandem Gesnerus explicat „quo „nos reservemus" (in qua ratione *quo* profecto interpretatur ut ego; etsi id diserte non monens), contortius videtur. Capperonnerius objectum facit, „eum quem defendi„mus," quod abhorret a perspicuitate Quintiliani.

12. *Et quae conciliant. — diximus*. Haec fere inveneris 4, 1, 5 — 27. Nec tamen *accusatoris* proprie commendandi artificia ibi traduntur, quanquam exempla et praecepta eo maxime spectare possunt videri. Dicas igitur Qu., quem toties in Cicerone aliisque parum vidimus memorem, etiam sua ipsius securius retinuisse. Hic quidem altera pars, quae est defensoris, tractatur a 21 inde §. Sed et

quae illic oſtendere ſatis eſt, in peroratione implenda ſunt magis, ſi contra impotentem, inviſum, pernicioſum, ſuſcepta cauſa eſt; ſi judicibus ipſis aut gloriae damnatio rei, aut deformitati futura abſolutio. Nam egregie in Vatinium Calvus, *Factum*, inquit, *ambitum ſcitis omnes, et hoc vos ſcire omnes ſciunt.* Cicero quidem in Verrem etiam *emendari poſſe infamiam judiciorum damnato reo* dicit: quod eſt unum ex ſupra dictis. Metus etiam, ſi eſt adhibendus, ut faciat idem, hunc habet locum fortiorem, quam in prooemio. Qua de re quid ſentirem, alio jam libro ex-

13. *hoc vos.* Guelf. transponit, ſolus. Bene. cf. § 7. 21. *infamiam.* Turic. *infamam* cum Alm. ſed ille a ſec. manu receptam. cf. § 10. 14. *adhibendus.* Turic. Guelf. *habendus.* cf. 5. extr. *faciat.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. 1. 2. Voſſ. 2. Reliqui *facit*, niſi quod plurimi profecto MSS. negliguntur a conferentibus. *habet.* Sic Turic. Guelf. cum Goth. 1. 2. Voſſ. 2. Reliqui *habeat*, inter quos et Camp. Male.

in prooemii praeceptis §§ 27—72 verſantur fere in defenſore. *implenda.* cf. 5, 13, 56.

13. *Calvus.* vid. 1, 6, 42. Vatinium, Cicerone defendente, ambitus in petenda praetura, qua Catoni praelatus eſt, reum egit. vid. 9, 2, 25. Plutarch. Cat. min. p. 779 C. D. E. Cic. ad Div. 1, 9. Fuit Vatinius (in quem ſi nux pinea jaceretur, *pomum* erat. Macrob. Sat. 2, 6) illorum temporum Maratus, et corporis et animi foeditate, paulo fortaſſe melior noſtro. cf. Ruhnk. ad Aquilam Romanum p. 184. ſeq. in ed. Lupi, quo adde p. 276. *in Verrem.* Act. 1, 15. *ex ſupra dictis* i. e. ex conciliantibus.

ut faciat idem i. e. ut et ipſe conciliet accuſatorem. *Conciliare* quidem hic latius accipies. Metus enim et ipſe facit, ut accuſatorem laedere nolit judex. Neque enim cum Heuſingero *ut* interpreter *licet, etſi*, quod ſequente indigeret *tamen*; et jejuna in hoc ſignificatu ſit ſententia. *alio — libro.* 4, 1, 20. 21.

14 posui. Concitare quoque invidiam, odium, iram, liberius in peroratione contingit: quorum *invidiam* gratia, *odium* turpitudo, *iram* offensio judicis facit, si contumax, arrogans, securus sit: qui non ex facto modo, dictove aliquo, sed vultu, habitu, aspectu moveri solet. egregieque nobis adolescentibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis

14. *judicis.* Camp. *judici* cum Alm. cf. § 13. 15. *qui.* Turic. Camp. *quia* cum Goth. et edd. ante Basil. Sed Turic. a pr. manu *quae.* Guelf., nisi dormitavi, nostrum. Verum quidem hoc esse nequit. Quo enim tandem referatur pronomen relativum masculinum? Ad judicem? Ad reum? Neutrum ferri potest. Equidem sanam scripturam censeo primam illam Turicensis. Eget autem ea altera mox mutatione, ut, contra libros quidem omnes, pro *solet* legamus *solent. Quae*, neutro plurali, referes ad *contumax, arrogans, securus.* Sed restat scrupulus, quod huic sensui minus congruit *moveri.* Neque enim *moventur* ista e vultu, reliquis; sed *apparent.* Mihi quidem pro *moveri* nihil aliud succurrebat nisi *notari*, quod sane vix placet. Sed *moveri* alienum plane censeo, cum relativum ad *invid. od. ir.* spectare nequeat. Eo enim faceret *movendi* verbum. Sed nimis remota sunt, et eorum, quae modo posita sunt: *cont. arr. sec.*, aliqua amplificatio paene necessaria est.

14. *quorum.* Neutrum genus accipe, et refer ad omnia ea, quae praecedunt „invidiam — iram."

offensio judicis. Cave genitivum sejungas et referas ad cetera quoque: *gratia, turpitudo.* Est *offensio judicis* admissa a reo, cujus ipsius quoque sunt *gratia, turpitudo.*

sit. Subjectum, quod intelligitur, est *reus*, in quem concitantur ista.

qui — solet. cf. not. crit.

accusator Cossutiani Capitonis. Quis fuerit accusator ignoramus. Ad causam spectant haec loca veterum: Tac. Annal. 13, 33. „Cossutianum „Capitonem Cilices detulerant, „maculosum foedumque, et „idem jus audaciae in provincia ratum, quod in urbe „exercuerat. Sed pervicaci „accusatione conflictatus, postremo defensionem omisit, ac „lege repetundarum damnatus.

videbatur, Graece quidem, ſed in hunc ſenſum, *Erubeſcis Caeſarem timere.* Summa tamen concitandi affectus accuſatori in hoc eſt, ut id, quod objecit, aut quam atrociſſimum, aut etiam, ſi fieri poteſt, quam maxime miſerabile eſſe videatur. Atrocitas

, *Erubeſcis.* Jenſ. (tac. Geſn.) *erubeſcis* cum ſequentibus ante Obr. quo acc. Rollin. Mecum faciunt MSS. mei et Camp. cum Alm. Voſſ. 2. Vall. cf. 5, 10, 97.

15. *objecit.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui *objicit.*

„eſt.“ Juvenal. 8, 92—94. „— quam fulmine juſto Et „*Capito* et Numitor ruerint, „damnante ſenatu, Piratae „*Cilicum.*“ —

Graece quidem. „Quis — „huic conſuetudini, qua nunc „Graecis actionibus aures cu„riae exurdantur, januam „patefecit? ut opinor, Molo „rhetor, qui ſtudia M. Cice„ronis acuit. Eum namque „ante omnes exterarum gen„tium in ſenatu ſine inter„prete auditum conſtat. Quem „honorem non immerito ce„pit, quoniam ſummam vim „Romanae eloquentiae adju„verat.“ Val. Max. 2, 2, 3. quo loco nititur Pſeudo-Turnebus in nota, neque tamen indicato. cf. nos ad 1, 5, 60. Sub Caeſaribus multus Graecae linguae uſus etiam in republica adminiſtranda, Suetonio in primis memorante. Fuerit illa cauſa, quam Graece orare licuit Moloni, de praemiis Rhodiorum. vid. Cic. Brut. c. 91. Ignarum Latini ſermonis Molonem teſtatur Plutarchus in Cicerone Vol. 2. p. 862 F. Exemplum autem accuſantis Capitonem ideo huc facit, quia ineſt ſignificatio vultus ipſius, in quo ferocia nihil usquam penſi habentis conflictatur cum metu, quem nec vincere poteſt nec diſſimulare prorſus. Invidiae plena erat haec oratio, praeſente maxime, quod credi poteſt, Nerone. In ſenatu dixiſſe crediderim Graecum oratorem. cf. loc. Juvenalis.

15. *objecit.* Praeterito uti videtur, ad ſignificandum ſummum illud, in quo cauſa vertitur, crimen. Praeſens *objicit* locum habebat, ſi de partibus accuſationis ſingulis ageretur.

Atrocitas. ICtorum de augenda injuriarum atrocitate loca indicat Turnebus. Dig. 47, 10, 7, 8. item l. 8. 9.

creſcit ex his, *Quid factum ſit*, *a quo*, *in quem*, *quo animo*, *quo tempore*, *quo loco*, *quo modo?* quae omnia infinitos anfractus
16 habent. Pulſatum querimur: de re primum ipſa dicendum: tum, *ſi ſenex*, *ſi puer*, *ſi magiſtratus*, *ſi probus*, *ſi bene de republica meritus*; etiam, ſi percuſſus ſit *a vili aliquo contemtoque*; vel ex contrario *a potente nimium*, vel *ab eo*, *quo minime oportuit*; et, ſi *die forte ſollemni*, aut *iis temporibus*, *cum judicia ejus rei maxime exercerentur*, aut *in ſolicito civitatis ſtatu*; item *in theatro*, *in*
17 *templo*, *in concione*, creſcit invidia: et, ſi

infinitos anfractus. Turic. *infinito fractus.* Alm. *infinito ſtractus* (quod ſi vere notatum fuit, recte Burm. reſolvit *infinitos tractus* cf. § 14. 20). Sed ille a ſec. manu noſtrum Goth. 2. *tractatus.*

16. *ab eo*, *quo.* Sic Turic. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn. qui in Add. de Goth. 2. tantum refert). *a. e. quem* Tarv. cum Aldo. Reliqui *a. e. a q.* ut et Guelf. Burmannus Aldinam rationem improbans appomit Livii locum 39, 11, 7. „ſpoliatus „fortunis a quibus minime oporteret" quo tamen et ipſe noluiſſet tueri *a* receptae, ſi MSS. ſcriptura cognita ei fuiſſet.

ejus rei. Jenſ. (tac. Geſn.) *hujus r.* cum ſequentt. ante Stoer. exc. Baſ. *creſcit.* Palat. C. Gebh. *gliſcit* plaudentibus fruſtra Gebhardo et Pareo; nam praeſentius reme-

infinitos anfractus habent. i. e. Mille modis tractari poſſunt. Elegans forma dicendi, cui ſimilem deſidero; neque tamen dubia ſententia.

16. *ab eo quo.* Omittitur praepoſitio *a* praemittenda relativo, evitandi taedii cauſa. Vid. Corn. Nep. 5, 3, 1. „Incidit in eandem invidiam, „quam" cet. ubi vide interpretes, item Heuſingerum in Hellenolexia Vechneri p. 522. indicante in Add. Geſnero. Similis licentia Quintiliani in fragmento declamationis deperditae apud Lactant. Inſt. Div. 5, 7. „in id, quod in„cubuerunt" quem locum oſtendit Heuſing. l. c.

creſcit invidia. Leidenſis editor, diſtinctione maxima

non errore, nec ira, vel etiam, si forte *ira*, sed *iniqua*, *quod patri affuisset*, *quod respondisset*, *quod honores contra peteret*: et, si *plus* etiam videri potest *voluisse*, quam fecit. Plurimum tamen affert atrocitatis *modus*, *si graviter*, *si contumelioſe*: ut Demosthenes *ex parte* percussi corporis, ex *vultu* ferientis, ex *habitu* invidiam Midiae quaerit. *Occisus est*: *utrum ferro, an igne*, 18

dium locus expectat. vid. not. ex. Alioqui frequens gloſſa *ereſcere* pro *gliſcere* vid. Liv. Drak. 6, 14, 1.

17. *affuisset*. Turic. *adfuisset* ſed a ſec. manu *abfuiſſet* quod ipſum eſt in Goth. (tac. Geſn.) *offuisset* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. quod correxit Regius. Noſtram ſcribendi rationem tenet Camp. ceterique excepto Geſn. qui cum Turic. *adf.* cf. § 2. 6, 2, 13. *peteret*. Guelf. *petisset* ſed ſuperſcripta noſtra. *affert*. Turic. *adferat*. Guelf, *afferet*. *ut Demoſth*. Turic. Guelf. *et*, Tarv. *aut*.

Midiae. Turic. *me deae*. Guelf. *medeae* cum Jenſ. (tac. Geſn.). Correxit Regius, ſed et Vall. recte et vetuſtiores edd.

Occisus est. Turic. omittit *eſt*, et ita Camp. Ille tamen a ſec. manu *occiſae et*. Guelf. *occiſae. Sed.*

poſt *concione* facta, ab his orditur novam ſententiam, quem improbat Burmannus praeeunte Gebhardo in Crepundiis p. 112. Equidem in omnes partes verſatis hiſce vocibus, quid iis faciam non reperio. Neque enim opus erat quidquam addi; nec apparet, quare adhuc „*ſine iſtis coena* „*duci*“ potuerit ſi nunc repente inferuntur.

17. *patri affuisset*. Pulſatus ab impotente illo patrem ſuum aliquo judicio contra ipſum defenderat.

respondisset. cf. 5, 7, 14. et 3, 5, 15. Injuriam, quam illi fecerat ſuperbus ille, non tacitus pertulerat. Ineſt eadem vis in loco Terentiano Phorm. Prol. 19. „Hic *reſpondere* vo„luit non laceſſere.“

Demosthenes — *Midiae*. vid. Demoſth. p. Rsk. 537. ſeq. Commodiſſime Philander ablegat ad Dig. 48, 19, 16, 6. ubi ipſe hic Demoſthenis locus affertur.

an veneno; uno vulnere, an pluribus; subito, an expectatione tortus, ad hanc partem maxime pertinet. Utitur frequenter accusator et *miseratione*, cum aut ejus casum, quem ulciscitur, aut liberorum ac parentum soli- 505
19 tudinem conqueritur. Etiam futuri temporis imagine judices movet, *quae maneant eos, qui de vi et injuria questi sunt, nisi vindicentur: fugiendum de civitate, cedendum bonis, aut omnia, quaecunque inimicis animus*
20 *fuerit, perferenda.* Sed saepius id est accusatoris, avertere judicem a miseratione, qua reus sit usurus, atque ad fortiter judicandum

tortus. Turic. Guelf. *tertius* cum Alm. et marg. Basil.

ac parent. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Reliqui *aut p.* Disjunctio hic quidem nimia post alteram majoris momenti.

solitudinem. Turic. Guelf. Camp. *solicitudinem* cum Alm. Voss. 2. Goth. Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius. Eandem confusionem vide ad Liv. 8, 13, 15 Drakenb.

19. *quae.* Sic Turic. Camp. Tarv. cum Alm. Jens. Reliqui *qui.* *eos qui.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Reliqui inserunt *casus.* Adhaesit ex proximo *eos*, improbandum vel ob id quod modo (§ 18.) erat *ejus casum.*

inimicis animus fuerit. Sic Turic. cum Obr. Sed ille a prima manu *inimicus fuerit.* Guelf. *inimici animus fert* cum margine Basil. probante Burmanno. *inimicis in animo fuerint* Voss. 2. (nihil ejusmodi dante Goth.). Reliqui *inimicus fecerit.* Scripturae Guelf. et Voss. 2. interpretamenta videntur nostrae, quae dura videri non debet, cum facile subaudiatur *facere* ad *quaecunque.* Sueton. Caes. c. 82 „*Fuerat animus* „conjuratis — *truncare.*" cf. Oudend. ad ejusd. Othon. c. 6. in quibus sane expressus, qui hic intelligitur modo, infinitivus, locutionem expeditiorem facit.

18. *ad hanc partem* i. e. ad augendam atrocitatem, vide § 15.

19. *quaecunque — fuerit.* cf. not. crit.

concitare. Cujus loci eſt etiam occupare, quae dicturum facturumve adverſarium putes. Nam et cautiores ad cuſtodiam ſuae religionis judices facit, et gratiam reſponſuris aufert, cum ea, quae praedicta ſunt ab accuſatore, jam, ſi pro reo petentur, non ſint nova: ut Servius Sulpicius contra Auſidiam, *ne ſignatorum ab ipſis diſcrimen objiciatur ſibi*, praemonet. Nec non ab Aeſchine, quali ſit uſurus Demoſthenes actione,

20. *ea, quae — petentur.* A meis quidem libris *quae* illud abeſt omnibus ante Gryph. Omittunt enim et Goth. Jenſ. (tac. Geſn.). Burmanno nullus, qui omittat, MS. memoratur praeter Voſſ. 2. neque hiſcit Gibſonus (cf. 6 Pr. 13). Malim igitur *ea quae dicta* ut *quae* ablerit in *prae*. In reliquis quidem nulla varietas. Quid tamen illud: „pro reo *petentur*?“ in qua *petentur* me offendit quam maxime. Sentio, quid audeam. Sed reponi velim — „jam ſi *a patrono repe-* „*tentur*.“ *Servius.* Goth. (tac. Geſn.) *Ser.* cf. 5, 13, 18. hic § 35. *ne ſign.* Turic. Guelf. *nec ſ.*

ab ipſis. Turic. *ut ipſis* cum Alm. (cf. § 14. item mox) ſed ille a ſec. manu *ut ab ipſis.*

quali — uſurus D. Turic. *quae vel ſitur D.* a ſec. manu *qualis D.* Alm. *Qua l. itur* (cf. modo hac § item § 23). Prominens *t* cf. cum § 9.

20. *ſuae religionis.* vid. 5, 6, 4. *religio* enim eſt *jusjurandum* ut 5, 6, 2. 5, 7, 33.

ea, quae — petentur. vid. not. crit.

Servius Sulpicius. cf. 4, 2, 106. *contra*, quod facit difficultatem, tenendum eſt, cum *accuſatoris* ſit exemplum. Vim argumenti perſpicere nequimus, totam hanc cauſam ignorantes. Tantum apparet poſitu verborum, *ab ipſis* non eſſe referendum ad *objiciatur* ſed ad *diſcrimen* i. e. diſcrimen imminens ſignatoribus *ab ipſis*. Qui ſint *ipſi* illi, nemo, ſine pluribus hujus orationis reliquiis, dixerit.

ab Aeſchine. vide Reisk. Oratt. 3, 597 — 608. Steph. 83, 28 — 84, 23. 611 — 623. St. 84, 33 — 86, 30. cf. item 3, 6, 3. 7, 1, 2.

praedictum eſt. Docendi quoque interim judices, quid rogantibus reſpondere debeant: quod eſt unum repetitionis genus. 21 Periclitantem vero commendat *dignitas*, et *ſtudia fortia*, et *ſuſceptae bello cicatrices*, et *nobilitas*, et *merita majorum*. Hoc, quod proxime dixi, Cicero atque Aſinius certatim ſunt uſi: pro Scauro patre hic, ille pro filio.

quoque int. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.). Reliqui *i. q.* cf. § 13. 22.

21. *merita.* Turic. Guelf. *materia.* *quod.* Jenſ. *apud* ſolus, quod correxit Regius.

patre. Turic. *parte*, a ſec. manu *partem.* Confuſio obvia et frequens cf. Drakenb. ad Liv. 4, 60, 3. Oudend. Suet. Aug. 12. Fluctuat hoc modo ſcriptura apud Cic. ad Att. 4, 16. itidem in Scauri cauſa. Sed apud Qu. ne ulla quidem ſpecies eſt *τοῦ parte.*

repetitionis. ἀναπεφαλαιώσεως de qua vide § 1 — 9. Argumenta enim repetuntur, quibus preces illae rei amoventur.

21. *Periclitantem.* cf. § 12.

pro Scauro — filio. Ciceronis pro Scauro orationem vide ad 4, 1, 69. in cujus quidem fragmentis et eorundem interpretatione Aſconiana manifeſtum eſt, quantum verſatus fuerit Cicero in patre laudando. Spectat eodem locus Valer. Max. 8, 1, 10 Turnebo jam laudatus: „tamen propter *vetuſtiſſimam* „*nobilitatem*, et recentem memoriam patris, abſolutus „eſt.“ Pollio quem Scaurum defenderit, a nemine proditum invenio. Monet Geſnerus, filii eum cauſam egiſſe, idemque Manutius refert in enumerandis operibus Aſinii Pollionis ad Cic. ad Div. 10, 31. Jam temporum rationes cum ſane non ferant, ut Scaurum illum principem Senatus (cujus vitam ſcripſit Broſſius Mem. Acad. Inſcr. T. 40. 12°. cf. 5, 12, 10.) defenderit Pollio, ſequitur ut cauſam dixerit pro filio illius, quem Cicero tutatus eſt. Quanquam ipſa Ciceronis aetate audiebat is Scaurus filius, dum reſpicitur ad nobilem illum Senatus principem. Viciſſim Quintiliano filius recentior appellatur, ad illum Ciceronis clientem, is autem ipſe pater. Pollionis quidem pa-

Commendat et cauſa periculi, ſi ſuſcepiſſe 22
inimicitias ob aliquod factum honeſtum videtur: praecipue *bonitas*, *humanitas*, *mi-*
506 *ſericordia*. Juſte enim tunc petere ea quis-
que videtur a judice, quae aliis ipſe praeſti-
terit. Referenda pars haec quoque ad *utili-*

22. *ſi ſuſcep.* Turic. a ſec. manu delet *ſi* et abeſt a Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Voſſ. 3. Item Turic. poſt *ſuſc.* ſecunda manu ponit *eſt*, ſine ſenſu. *praecipue.* Turic. (a ſec. manu) Guelf. Camp. *praecipua* cum Goth. Voſſ. 2.

Juſte enim. Turic. *juſtis e.* (a ſec. manu *juſtae e.*) Camp. *Juſtius H.* (ſolito errore pro .N. i. *enim.* cf. 6, 3, 7.) *Juſtius e.* Tarv. Ald. *Juſti e.* Jenſ. (tac. Geſn.).

aliis. Sic Turic. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Bad. exc. Tarv. Reliqui *alii*.

pars haec. Jenſ. (tac. Geſn.) *h. p.* cum reliquis ante Stoer. exc. Baſ. quo acc. Roll. Mollius videtur etſi minus accurate ſtructum. cf. § 20. 30.

trocinio uſus videtur Mamercus Scaurus, foediſſimus homo idemque ingenioſiſſimus, cujus multa eſt mentio apud Senecas, Tacitum, Dionem, quique a Tiberio mortem ſibi conſciſcere coactus eſt A. U. C. 787. Hunc Pollione familiariter uſum oſtendit L. Seneca de Beneff. 4, 31. Fuerit igitur is filius M. Aemilii Scauri, quem defendit Cicero, etſi ambitus rei jam A. U. C. 702, quando Mamercum ne natum quidem conjicere licet, niſi forte hic noſter alius fuit, ignotus praeter banc cauſam, a Qu., quantum video, ſolo memoratam. Quod in hac interpretandi ratione *hic* ad remotiorem Ciceronem, *ille* ad propiorem Aſinium refertur, cf. § 9. *Aſinius* hic quidem nullus niſi Pollio poteſt intelligi, cum filium Scauri Ciceroniani defendiſſe dicatur.

22. *tunc.* Non ſatis appareret, quo valeat adverbium temporis. An: „*ſi bonitas* „cet. *fuerint in reo?*“ Sed haec eſt ſcabra oratio. Collata ſcripturae varietate, malim ſcribere: *Juſtiſſime enim petetere.* Etiam *Juſtius*, comparativus, facilius quodammodo ſtruitur cum *tunc*. *Quisque* vid. ad 4, 1, 46.

pars haec quoque. Reſpicit ad prooemium, in quo eadem praeceperat vid. 4, 1, 7.

tatem reipublicae, ad judicum gloriam, ad
23 *exemplum, ad memoriam poſteritatis.* Plurimum tamen valet *miſeratio*, quae judicem flecti non tantum cogit, ſed motum quoque animi ſui lacrimis confiteri. Haec petetur aut ex iis, *quae paſſus eſt reus*, aut ex iis, *quae cum maxime patitur*, aut ex iis, *quae damnatum manent*: quae et ipſa duplicantur,

23. *petetur.* Retinui emendationem Geſneri, etſi nullo meorum libro firmatam, qui dant *petentur.* Sed „nimis" ait Geſn. „manifeſtum ad *miſerationem* referri."

aut ex iis. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *a. ex his.*

aut ex iis. Turic. Camp. omittunt *ex.* Guelf. *aut his.* Goth. (tac. Geſn.) *aut ex his.* *quae cum max.* Turic. *quae quam cum m.* cum Alm. (cf. § 20. item hac §) *quae quam m.* Camp. Tarv. *quae tum m.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum reliquis praeter Geſn. Bip. et antiquiſſimum Cod. Cortio memoratum ad Plin. Ep. 6, 31, 15. Regius inveniens *quae quantum m.* quod eſt in Jenſ. Loc. Ven., mutabat in *quae tum quam m.* improbante *quam* illud Badio, qui vulgatam *q. tum m.* in Vall. eſſe teſtatur. Apparet *quam* natum ex *quum*, vel *quom* pro *cum*, et id ipſum mox geminatum altero.

aut ex iis. Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. omittunt *ex.* Guelf. *aut his.* De *his* pro *iis* cf. 5, 14, 34. item hic § 51. De repetenda praepoſitione 4, 2, 122. 6, 3, 11.

23. *cum maxime.* De hac forma conſule Erneſt. in Clav. Cic. Heuſing. ad Cic. de Off. 2, 13, 11. Oudendorp. ad Suet. Tib. c. 14. Domit. c. 10. Eſt enim profecto pro „*eo*, quando quidque agitur, „*tempore*," nec opus eſt urgere τοῦ *maxime* poteſtatem et per ἔλλειψιν ubique interpretari, ut facit Erneſtus l. c. poſt eumque Jaegerus V. C. ad Paneg. vett. 1, 2, 1. 9, 1, 2. Nec tamen ubique reponam *cum maxime* ubi libri dant *tum m.* quod fieri recte vetant Freinshemius et Dukerus. Hic quidem ſententia in univerſum propoſita, *cum* deſideratur. Aliter ſe habet mox § 31. cf. not. crit.

cum dicimus, *ex qua illi fortuna, et in quam recidendum ſit.* Affert in his momen- 24
tum et *aetas*, et *ſexus*, et *pignora; liberi*, dico, et *parentes*, et *propinqui.* Quae omnia tractari varie ſolent. Nonnunquam etiam ipſe patronus has partes ſubit: ut Cicero pro Milone, *O me miſerum! o te infelicem! Revocare me tu in patriam, Milo, potuiſti per hos, ego te in patria per eosdem retinere non potero?* Maximeque, ſi (ut tunc accidit) non conveniunt ei, qui accuſatur, preces.

ex qua. Turic. *aequa.* Alm. cum reliquis facere narratur. cf. modo hac § item § 24. *illi.* Turic. Guelf. *illa* cum Alm. Jenſ. quod inventum correxit Regius. Sed noſtrum eſt in Vall. Goth. Camp. Tarv. et reliquis edd.

24. *etiam ipſe.* Sic Camp. cum Alm. non Turic. (cf. modo § 23. item hac §). Reliqui *etiam et ipſe* quod ferre non potui. Veram ſcripturam hanc credo: „Nonnunquam *enim* et ipſe.“ cf. 5, 14, 12 not. ex. Si defendi poſſunt *et etiam* ut aliquoties apud Sueton. cf. Oudend. ad Neron. c. 45, non protinus *etiam et* quoque placebunt, quanquam aliquid ejusmodi eſt in inſcriptione quadam. vid Ruhnk. citat. ad 5, 14, 17.

O me miſ. Goth. (tac. Geſn.). Omittit *me.*

te. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Gryph. exc. Ald. et marg. Baſ. qui cum reliquis *me.* *revocare.* Jenſ. (tac. Geſn.) *renovare.* Correxit Regius. *tu.* Turic. Guelf. *tum.*

te in patria. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *t. i. patriam.* *non potero.* Turic. Guelf. omittunt cum Alm. Librarii, non Quintilani, error.

Maximeque, ſi. Turic. *maxime quaeſivi.* Alm. *maxime quaeſivit* (cf. hac § item § 25). Guelf. *maxime quae ſi.*

conveniunt. Sic Turic. (a pr. manu) Guelf. Camp. cum

24. *pignora.* cf. 4, 1, 28. mox § 33.

O me miſerum — non potero. Cic. pro Mil. c. 37. Ibi non eſt *te* ante *infelicem* et ſane *infelicem* melius et ad ipſum Ciceronem refertur. cf. 5, 14, 17.

25 Nam quis ferret Milonem pro capite ſuo ſupplicantem, qui a ſe virum nobilem interfectum, quia id fieri oportuiſſet, fateretur? Ergo et ille captavit ex ipſa praeſtantia animi favorem, et in locum lacrimarum ejus ipſe ſucceſſit. His praecipue locis utiles ſunt *proſopopoeïae*, id eſt fictae alienarum perſonarum orationes, quales litigatorem decent,

Alm. Tarv. Reliqui *convenient*. Turic. a ſec. manu haec: *accidunt non inconvenienter*, a tertia *accidant non convenienter*.

25. *ipſa*. Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *illa*.

fictae. Turic. *factae* cum Alm. Malc.

alienarum perſonarum. Guelf. *aliarum p.* et Goth. (tac. Geſn.) idem a pr. manu.

quales — patronum. Turic. *q. litigatore dicit p.* (a ſec. manu *e* a *litig.* dirimitur, ſuperſcripta nota, quaſi eſſe debeat *eſt*) cum Alm. niſi quod inde Burm. ponit: *q. litigatorem dicit vel, p.* in quo *vel* expreſſum quam maxime miror (cf. § 24 item mox hac §). Guelf. *q. litigator edicit p.* Camp. *q. litigatorem decet p.* Goth. receptam dat, omiſſo tamen *vel* cum Voſſ. 2. *q. litigatorem decet vel p.* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Ald. Bad. Baſ. quod ipſum dare Vall. narrat Badius; miror, ni deceptus in *vel*. Hoc igitur ab omnibus antiquis quidem libris abeſſe perſuaſiſſimum eſt; nec fert ſententia. Quales enim fuerint proſopopoeïae, quae *deceant* patronum? Nempe omnes eum *decent*, modo frugi ſit orandi artifex, neque ulla hic exceptio locum habet, quia τὸ *decere* non eſt in honeſtate, ſed in congruendo. cf. 11, 1, 41 ubi itidem in proſopopoeïa eſt *decor*, ut et apud Horat. ad Piſ. 157. Quaeruntur autem

25. *et ille*. Repone *illi*, leni emendatione. (cf. 6 Pro. 7. not. crit. item 9, 2, 68.) Rem ipſam vide et 6, 5, 10.

praeſtantia animi i. e. ferocia, contumacia, ſed laudabili illa. *praeſtantia* idem quod *conſtantia* ſed majus in ſuo genere. cf. not. crit. ad Prooem. 27. quo adde 12, 5, 1. 2, 6 Pro. 11. hujus cap. § 27.

proſopopoeïae. cf. 5, 8, 41.

quales — patronum. vide not. crit.

07 vel patronum. Mutae tamen res movent, aut cum ipsis loquimur, aut cum ipsas loqui fingimus. Ex personis quoque trahitur 26

prosopopoeïae aptae cuique personae inductae, qualis nunquam est *patronus*, qui, dum prosopopoeïas dicit, ipse tollitur plane de scena, quoniam *alienarum* personarum orationem effingit. Quapropter nonnisi gravissima veterum librorum auctoritate adducar ut, dimissis hisce cogitatis, *vel* sincerum credam. Sed unde erues aliquid a quo pendeat accusativus *patronum?* Parum probatur mihi quod adhuc extudi; est tamen hujusmodi: *qualis litigator est docens patronum.* Aptius sane fuerit *est* post *qualis.* An praeferes *q. est l. edocens p.?* Sed hoc simplicitate caret. *Docetur* causam patronus a litigatore. Est ejusmodi prosopopoeïa Cluentius vetans Ciceronem lege se defendere. pro Clu. c. 52. de qua vide 4, 5, 20.

Mutae. Turic. Guelf. Camp. *unde* cum Alm. Goth. Voss. 2. Vall. et edd. ante Rusc. qui primus, de Regii conjectura *nudae* (cf. § 9.) cum edd. ante Gryph. qui primus *mutae*, nescio unde, nisi quod jam est in marg. Bas.

tamen. Turic. Guelf. Camp. *tantum* cum Alm. Voss. 2. Goth. Ald.

cum ipsis — loqui fingimus. Turic. *c. ipsi loqui fingimus.* Guelf. *c. ipsis loqui f.* Alm. *c. ipsis f.* (cf. modo hac § item § 29). Voss. 2. *c. ipsis loquimur aut cum illis loqui f.* aliter Goth. qui receptam dat. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *a. c. ipsi l. a. c. ipsos l. f.* cum Loc. Venet. Rusc. (nisi quod hic *ipsas* ex conjectura Regii) Ald. Pro *ipsas* Gesn. *ipsis* per sphalma. *Mutae* non habet quo se defendat (dictum semper circa *rationes* nunquam circa *anima* carentia) ne *nudae* quidem operae pretium. Si quid hariolari licet in verae scripturae ignorantia, haec boni consulat lector: *unde et animum res movent, si* (*si* ejusmodi vide 4, 1, 33. 42. 48.) *aut cum ipsis loquimur aut ipsas loqui fingimus.* Displicet *unde*, displicet positus τοῦ *et*; *animum* ne ipsum quidem placet. Nec melius fuerit *et inanimae. Si* saltem melius quam Burmanni: „*cum* aut ipsi *cum* „ipsis — aut *cum* i.“ *Unde* interpretor: *Quare; Quo fit ut moveant;* nisi forte malis: *ex quo genere.* cf. 5, 10, 90.

26. *trahitur.* Turic. *trahatur* cum Goth.

Mutae tamen — loqui fingimus. De corruptissimo loco consule notas critt.

affectus. Non enim audire judex videtur aliena mala deflentes, ſed ſenſum ac vocem auribus accipere miſerorum, quorum etiam mutus aſpectus lacrimas movet: quantoque eſſent miſerabiliora, ſi ea dicerent ipſi, tanto ſunt quadam portione ad afficiendum potentoria, cum velut ipſorum ore dicuntur: ut ſcenicis actoribus eadem vox, eademque pronunciatio plus ad movendos affectus ſub
27 perſona valet. Itaque idem Cicero, quanquam preces non dat Miloni, eumque potius animi praeſtantia commendat, accommodavit ei tamen verba, convenientes etiam forti viro conqueſtiones: *O fruſtra, inquit, mei*

accipere. Turic. *accire* cum Alm.

quadam port. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. quo acc. Roll. Reliqui inſerunt *ſua*, ut et Obr. ſecus narrante Burm. *afficiendum.* Hoc e Regii conjectura recepit primus Ruſc. (cf. § 25) ſequentibus reliquis ante Stoer. quo accedunt Roll. et Capper. Reliqui *efficiendum* e conſtanti MSS. etiam Vall. ſcriptura.

ut ſcen. Turic. Guelf. *et ſ.* cum Goth. Tuleris hoc, ſi novam ſententiam ordiatur, ut in Goth. Attamen contortius vulgato. Goth. ſcriptura *actionibus* pro *actoribus* mihi non aeque arridet ac Geſnero. *eademque.* Sic Turic. Camp. Reliqui omittunt *que.* Non indiget locus hac aſyndeti affectatione.

27. *tamen verba.* Sic Guelf. cum Goth. Reliqui inſerunt *et.* *verba conv.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Reliqui inſerunt *et*, jubente Regio. *O fruſtra.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) omittunt *O* cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. quo accedit Badius uterque. Male ſane; nec puto hoc eſſe a Qu. immemore. cf. § 24. not. ex. Sententia fieret pro exclamatione, ſi abeſſet *O*, ſubaudito *ſunt*; quod ſane jacet.

27. *idem Cicero.* pro Mil. c. 34.

ſuſcepti labores! O ſpes fallaces! O cogitationes inanes meae! Nunquam tamen debet eſſe longa miſeratio: nec ſine cauſa dictum eſt, *Nihil facilius, quam lacrimas, inareſcere.* Nam, cum etiam veros dolores mitiget tempus, citius evaneſcat neceſſe eſt illa, quam dicendo effinximus, imago: in qua ſi moramur, lacrimis fatigatur auditor, et requieſcit, et ab illo, quem ceperat, impetu ad rationem redit. Non patiamur igitur frigeſcere hoc opus: et affectum, cum ad ſummum perduxerimus, relinquamus: nec ſperemus fore, ut aliena quisquam diu ploret. Ideoque cum in aliis, tum maxime

28

29

508

O ſpes. Turic. a pr. manu *opes*, a ſec. *o opes.*

inanes meae. Turic. *meas i.* Guelf. *inanes* omiſſo *meae.* Camp. *i. meas.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn. de tranſp. Goth.) *meas i.* cum edd. ante Gryph. excc. Ald. et Baſ. quo acced. Obr. qui dant *meae i.* Mihi praeplacet Guelf. ratio. Accuſativus (qui et in Alm. et Voſſ. 2. eſſe narratur) ferri nequit, ſi *o* ante *fruſtra* manet, quod probum credo. Recepta eſt apud Ciceronem. De nominativo vel vocativo in exclamando cf. 6 Pro. 12.

28. *effinximus.* Sic et Goth. nec, ut Geſn. narrat, *effingimus.* *lacr. fatig. audit.* Turic. *fatig. lacr.* omiſſo *aud.* Guelf. *fatig. lacr. aud.* Camp. (ſi recte excerpſi) *lacr. fatig. lacrimis.*

29. *aliena quisquam diu.* Turic. *alienam aliquis quamdiu* cum Alm. (cf. § 25. 31). *aliena aliquis quamdiu* Guelf. Camp. cum edd. ante Ruſc. (exc. Tatv. ubi poſt *al.* inſeritur *mala*) qui ex Regii conjectura omittit *quam* (cf. § 26). Illud *mala* revocarunt Ald. et Obr. Noſtram primus dedit Badius e Vall. qui et hic conſpirat cum Goth. cf. 5, 11, 38. item § 31.

ploret. Jenſ. (tac. Geſn.) *deploret* cum edd. ante Bad. exc. Camp.

Nihil facilius — inareſcere. cf. not. ad 5, 1, 16. extr.

in hac parte debet crescere oratio: quia, quidquid non adjicit prioribus, etiam detrahere videtur: et facile deficit affectus, qui 30 descendit. Non solum autem dicendo, sed etiam faciendo quaedam, lacrimas movemus. unde et producere ipsos, qui periclitentur, squalidos atque deformes, et liberos eorum ac parentes, institutum, et ab accusatoribus cruentum gladium ostendi, et lecta e vulneribus ossa, et vestes sanguine perfusas videmus, et vulnera resolvi, ac verberata cor- 31 pora nudari. Quarum rerum ingens plerumque vis est, velut in rem praesentem animos hominum ducentium. Et populum Romanum egit in furorem praetexta C. Caesaris

30. *cruent. gl. ost.* Hoc ordine Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *o. c. g.* cf. § 22. 34.

e vuln. Jens. *est v.* quod correxit Regius. Tarv. omittit praepositionem. *ac verb.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *ac* cum Alm. Fortasse nec male.

31. *C. Caes.* Sic Camp. Reliqui *Caji C.* cf. 5, 11, 42.

30. *lecta — ossa.* Nihil opus Burmanniana conjectura, qui malit *funeribus* pro *vulneribus*, cum Gesnerus recte moneat *ossa*, i. e. particulas osseas, lecta e vulneribus, capitis in primis, nota esse chirurgis, quanquam et ipse probans mutationem. cf. Senec. de Benef. 5, 24 „cum hoc „factum est, integer eram. „postea ad Mundam in acie „oculus mihi effossus est et in „capite *lecta ossa*.“ Idem Consol. ad Marciam c. 22. „lace„rationes medicorum ossa *vi*„*vis* legentium.“ Quidni patronus judicibus ostentet litigatoris ossa vulneribus extracta. *Ossa fracta extrahuntur* apud Plin. H. N. 25, 11. 26, 14. Saepius etiam pro vivente litigatore movere commiserationem usu veniet, quam pro posteris ejus, post ipsius funera.

31. *praetexta C. Caesaris.* cf. Sueton. Caes. c. 84. Ap-

prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum, corpus denique ipsum impositum lecto erat: at vestis tamen illa, sanguine madens ita repraesentavit imaginem sceleris, ut non occisus esse Caesar, sed tum maxime occidi videretur. Sed non ideo probaverim, 32
quod factum et lego, et ipse aliquando vidi,
509 depictam in tabula sipariove imaginem rei,

foro. Turic. *furore* a pr. manu. Camp. *funere* cum Alm. (cf. § 29. item mox). Sed et *praelata* Turic. et Camp. quod facit cum *funere.* *at vestis.* Turic. *ad v.* cum Alm. (cf. modo hac § item § 32.) a sec. tamen ille manu *adest v.* et sic Guelf. cum Basil. marg. sed hic alieno loco, Omittunt *at* edd. post Ald. cum Goth. (errante Gesn.) et Vall. (cf. § 29. 38). *esse.* Turic. Guelf. *esset.* Male.

32. *quod fact.* Turic. a pr. manu *quam f.* Goth. 2. *quia f.* cf. 4, 1, 1. 6, 2, 3. *depictam in tabula sipariove imag.* Turic. *d. tabulam supra Jovem imag.* cum Alm. (cf. § 31. 33.) sed ille a sec. manu *d. t. s. J. in imag.* et sic libri mei omnes, nisi quod Goth 2. pro *supra* dat *sr.* Posui conjecturam Conradi (vid. not. ex.) sibi fidem facientem ipsam in tot erroribus VV. DD. Nam sanam esse vulgatam, nemo defenderit, etsi movere potest auctoritas summi Casauboni, ad Persii Sat. 1, 89, ponentis hunc Quintiliani locum verbisque *supra Jovem* per parenthesin subjicientis: *is locus est in foro,* quasi re confecta. Gesnerus et ipse aliquot post edi-

pian. B. Civ. 2, 146. quorum alter habet et ipse plebis ad vestis conspectum exardescentis notationem.

Sciebatur interfectum. cf. 5, 10, 5. Tac. Hist. 1, 90 „Othonem uti credebatur."

32. *in tabula sipariove imaginem.* Confectum est, etsi paucis veterum locis, in foro, ipsoque tribunali, moris fuisse suspendere velum, ex usu scenae siparium appellatum, quod tribunal obumbraret, et multitudinem, ex publica porticu in judicium irrupturam, inde prohiberet. Hoc velum, ut cetera judiciorum supellex, a litigatoribus, solebat conduci, ut possent ii suis utilitatibus accommodare; v. c. sipparia pingere convenienter actioni futurae. Fuit igitur vel in tabula, vel in ipso tri-

cujus atrocitate judex erat commovendus. Quae enim eſt actoris infantia, qui mutam illam effigiem magis, quam orationem, pro 33 ſe putet locuturam? At ſordes, et ſqualorem, et propinquorum quoque ſimilem habitum ſcio profuiſſe, et magnum ad ſalutem momentum preces attuliſſe. (Quare et obſecratio illa judicum *per cariſſima pignora*, utique ſi et reo ſunt *liberi*, *conjux*, *parentes*, utilis erit: et *deorum* etiam *invocatio* velut ex bona conſcientia profecta videri 34 ſolet.) Stratum denique jacere, et genua

tum Qu. annis, veritatem noſtrae ſcripturae ultro agnovit in literis datis ad Cruſium Vitebergenſem vid. ejusd. Probabilia Critica (Lipſiae 1753. 8.) p. 83.

eſt act. Goth. (tac. Geſn.) omittit *eſt* cum Voſſ. 2. Neſcio unde Baſ. ſuſpicatus ſit *erit a.* quod placet Burm.

qui mutam. Turic. Guelf. Camp. *quae m.* cum Goth. Alm. et edd. ante Loc. quo redeunt Ald. Baſ. male. cf. 6 Pro. 12. item hic § 45.

33. *ſqualorem.* Sic Turic. Guelf. cum Obr. Reliqui *ſqualores.* *ſunt.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *ſint.*

utilis erit. Turic. Guelf. *et juſſerit* cum Alm. cf. 32. 34.

etiam inv. Guelf. omittit *etium.*

bunalis ſipario picta *res* ea, *cujus* cet. cf. 6, 3, 72. Rationem hanc tribunalium ſatis ſuperque probarunt Geſnerus in Opuſculis Vol. 1. p. 85 ſeqq. et Fr. Car. Conradus, Anteceſſor Helmſtadienſis in Miſcell. Nov. Lipſ. 4 p. 511 ſqq.

cariſſima pignora. Intellige liberos reliquosque propinquos ipſorum judicum.

34. *Stratum — complecti.* Haec refer ad *ſcio profuiſſe.* Parentheſi notanda adjuvi intellectum, qua et hoc apparet, *et obſ.* atque *et — inv.* ſe invicem reſpicere: pertinet utrumque ad *preces.* Non eſt autem haerendum in praeterito illo *profuiſſe*, quaſi et hic agat de eo, quod factum ſit, non quod faciendum. Ex infinitivo praeteriti promendum eſt praeſens, quo deducimur futuro *prohibebit.*

complecti: nisi si tamen persona nos, et anteacta vita, et rei conditio prohibebit. Quaedam enim tam fortiter tuenda, quam facta sunt. Verum sic habenda est auctoritatis ratio, ne sit invisa securitas. Fuit quon- 35
dam inter haec omnia potentissimum, quo L. Murenam Cicero accusantibus clarissimis viris eripuisse praecipue videtur, persuasitque, nihil esse ad praesentem rerum statum utilius, *quam pridie Kalendas Januarias*

34. *nisi si.* Sic Turic. cum Alm. (cf. 33. 38). Reliqui ante Burm. omittunt *si*, quorum et Goth. est (tac. Gesn.) cf. 5, 10, 107. 6, 3, 96. — *hab. est.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *e. h.* cf. § 30. 37.

35. *potentiss. quo.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2. et edd. ante Bad. sec. qui inserit *id*, obtemperantibus reliquis. *L.* Sic Camp. Reliqui integrum ponunt pronomen. cf. § 20. 6, 3, 25.

persuasitque. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Bad. sec. qui dat *persuasit enim*, dirimens hoc a prioribus. Hunc secuti sunt reliqui. Male. Dicas enim ex hac scriptura, *potentissimum* illud versari in hoc ipso, quod exempli tantum causa ponitur.

Quaedam — tam fortiter. Non male Milonis admonet Turnebianus. vid. § 25.

35. *potentissimum, quo.* Nihil ad conciliandos reo judices potentius olim erat, quam si in ejus casu rempublicam verti docere posset patronus. Tangitur hoc, id quod exempli loco affert, a Cic. pro Murena c. 37. „Magni interest, judices — esse Kalendis „Jan. in republica duo consules.“ Hoc igitur plus valuisse ad servandum Murenam significat Qu. consummatissima illa eloquentia, quam otiosi nunc miramur. Neque aliter Cicero ipse pro Flacco c. 39 indicante jam Regio.

persuasitque. Hac ipsa reipublicae caritate hoc persuasit judicibus Cicero. Mox ad *Januarias ingredi* nihil attinet inseri *eum*, quod suadet Gesnerus. Satis e praecedentibus intelligitur accusativus *Murenam*; et fuerit insuavis structura orationis.

ingredi consulatum. Quod genus nostris temporibus totum paene sublatum est, cum omnia curae tutelaeque unius innixa periclitari nullo judicii exitu possint. De accusatoribus et reis sum locutus, quia in periculis maxime versatur affectus. Sed privatae quoque causae utrumque habent perorationis genus: et illud, quod est ex enumeratione probationum, et hoc, quod ex lacrimis: si aut statu periclitari, aut opinione litigator videtur. Nam in parvis quidem litibus has tragoedias movere tale est, quale si personam Herculis et cothurnos aptare infantibus velis.

36. *locutus.* Goth. (tac. Gesn.) *locuturus* cum Voss. 2. pessime. cf. 5, 10, 107. *privatae.* Turic. *pravitate.* *enumerat.* Guelf. Camp. *numerat.*

quale si. Turic. Guelf. Camp. *quasi si* cum edd. ante Bad. qui e Vall. reposuit nostrum, obtemperantibus reliquis. Cum illo MS. facit Goth. cf. § 31. Revocassem vetustiorem scripturam, nisi haererem in illo *quasi si*, quod Plautinum magis videtur quam Quintilianeum. Fortasse a Qu. fuit: *quale sit si.*

cum — possint. Confer mihi cum hisce 3, 8, 47. Sed et adulantem Dial. de Orr. c. 41.

36. *privatae — causae.* in quibus proprie tantum *petitor* et *unde petitur*, sed vide nos ad 3, 10, 4. De *privatis causis* ibid. § 1. Nam publicorum judiciorum sunt *accusatores* et *rei.*

ex enum. — ex lacrimis. cf. § 1. et passim in praecedentibus.

aut statu — aut opinione. „Sitne senator, civis, liber, „filius etc. *opinione*, sitne vir „bonus, perjurus, fraudulentus." Gesnerus.

quale si. cf. not. crit.

personam Herculis — infantibus. Bene Almelovenius conferre jubet Cic. de Orat. 2, 51. ubi et ipsum „si — *tragoedias* agamus in nugis." Longin. de subl. c. 30. ὡς εἴ τις τραγικὸν προσωπεῖον μέγα παιδὶ περιθείη νηπίῳ. ubi Interpp. non sunt immemores

Ne illud quidem indignum eſt admonitione, 37
ingens in epilogis meo judicio verti diſcrimen, quomodo ſe dicenti, qui excitatur, accommodet. Nam et *imperitia*, et *ruſticitas*, et *rigor*, et *deformitas* afferunt interim frigus: diligenterque ſunt haec actori providenda. Et quidem repugnantes eos patrono, 38
et nihil vultu commotos, et intempeſtive ridentes, et facto aliquo vel ipſo vultu

37. *Ne illud quid. indign.* Turic. Guelf. Camp. *Illud ne quidem indign.* Reliqui *I. n. ind. q.* Noſtrum dedi ſine auctore, faciliore tranſpoſitione et ſententia flagitante cf. § 34. 38. *eſt adm.* Sic Turic. Reliqui omittunt *eſt*. *ſunt haec.* Sic Turic. Camp. *haec* om. Guelf. Reliqui *h. ſ.*

38. *Et quidem.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Reliqui *Equidem.* cf. 4, 1, 43. *eos.* Turic. *ea* cum Alm. (cf. § 34. 6, 2, 25). Sed ille a ſec. manu *eas* et ſic ante Ruſc. omnes exc. Vall. Goth. Voſſ. 2. (cf. § 31. 50.) Tarv. qui tam pertinax error unde adhaeſerit, non exputo. Correxit Regius. Mox *commotas* Turic. Guelf. Camp. nec ullus praeterea tantum ſibi conſtat in vitio. Quod e Voſſ. 2. affertur *repugnandos* non eſt ita in Goth. *ridentes.* Turic. Tarv. *reſidentes* (ille a pr. manu) cum Alm. Voſſ. 2. Goth. (Vall. tamen noſtrum) Ald. Baſ. marg. Fruſtra Burm. et Geſn. *reſidentes* interpretantur „qui non aſſurgant et praeſto ſint patrono excitanti.“ Equidem latere ibi puto *renidentes*, lenius illud altero *ridentes*, quae poteſt eſſe gloſſa. Sic Liv. 35, 49, 7 quo et ipſo loco peccatur a librariis in hoc vocabulo. Gloſſae veteres *renidet*

Quintiliani. Paulo longius eſt quo idem ablegat Lucian. de conſcr. hiſt. c. 23. Vol. 4. p. 185 (Bip.) ὡς καὶ τοῦτο ἐοικέναι παιδίῳ, εἴ που ἔρωτα εἶδες παίζοντα, τροσωπεῖον Ἡρακλέους πάμμεγα — περικείμενον. Fortaſſe proverbii loco fuit haec comparatio; decora Quintiliani ingenio, ſi primus dixit.

38. *eos.* Promitur hic pluralis ex eo quod antecedit (§ 37.) *qui excitatur*, quanquam leniſſima ibi fuerit emendatio: *excitantur accommodent.*

ridentes. vid. not. crit.

riſum etiam moventes ſaepe vidi, praecipue
39 vero, cum aliqua velut ſcenice fiunt. Trans- 511
tulit aliquando patronus puellam, quae ſoror
eſſe adverſarii dicebatur (nam de hoc lis erat),
in adverſa ſubſellia, tanquam in gremio fra-
tris relicturus. at is a nobis praemonitus
diſceſſerat. Tum ille, alioqui vir facundus,
inopinatae rei caſu obmutuit, et infantem
40 ſuam frigidiſſime reportavit. Alius imaginem
mariti pro rea proferre magni putavit: at ea
ſaepius riſum fecit. Nam et ii, quorum

μειδιᾶ. Neque leniorem hunc riſum excludit conditio rei, aut ſtantis in judicio, quo nomine vulgatum improbat Geſnerus. Refertur tamen huc, quod mox eſt „riſum etiam „*moventes*.“ *riſ. et. mov. ſaepe.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. Geſn. Bip. Reliqui *r. m. ſ. e.* cf. hac § item § 39. *praecipue — fiunt.* Turic. poſt haec verba inſerit *aliam cadunt.* Guelf. in marg. addit *al cadunt.* Camp. inſerit *alia cadunt* et ſic Goth. Voſſ. 2. Vall. Alm. Reliqui ante Ruſc. *alias cadunt*, quo redit Ald., et Bal. Cod. unum ſuorum nominat Gibſ. Regius haec, ut gloſſam marginalem, „omnino“ eradenda cenſuit, cui obſecuti ſunt editores, Geſnero eandem ſcripturae originem deſignante. Me magis advertunt haec verba, cum praeſertim ſtructura ſine iisdem ſit abruptior. Quid enim eſt, quod Qu. „*vidit* cum „*fiunt?*“ *Cadere* ſcenicum eſſe verbum, cum fabula explo-ditur, docet Horat. Epiſt. 2, 1, 176. Cum igitur actor in judicio velut ſcenam inſtruit, *cadit* interdum iſta fabula. Sentio difficultatem in *alia*. Niſi forte expleat aliquis haec ita: *ſtant alia, alia cadunt.* Servato codicum additamento, novam ſententiam ordiemur a *praecipue*.

39. *aliq. patr.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *p. a.* cf. § 38. 42. *Tum.* Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *cum* cum Alm. Voſſ. 2.

obmutuit. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *commutuit.*

praecipue — fiunt. vid. not. crit. *Scenice* cf. ad § 47. 49.

officii erat, ut traderent eam, ignari, qui eſſet epilogus, quoties reſpexiſſet patronus, offerebant palam, et prolata noviſſime, deformitate ipſa (nam ſenis cadaveri infuſa), praeteritam quoque orationis gratiam perdidit. Nec ignotum, quid Glyconi, cui 41.

40. *officii.* Turic. Guelf. Camp. *officio* cum Alm.

deformitate — infuſa. Turic. *d. i. n. f. caduca* (a ſec. manu *caducam*) *veri infuſam.* et plane ut ſec. hujus manus ſic Guelf., ut prima Goth. 2. et Alm. niſi quod ex hoc *infuſa.* Vall. (multum cruciatus, ut ait Badius, i. e. lituris multis emendatus h. l.) *d. i. n. ceris cadaver attulerāt infuſum* et ſic Colb. Hoc ipſum dat Turneb. Adverſ. 29, 13. *d. i. n. ceris cadaveri infuſis* Camp. aperta correctione (cf. 5, 13, 19) quam ipſam agnoſco in Vall. et Colb. nec minus in Goth. *deformante ipſa natura ceris cadaver infuſum*, quod totidem verbis ponunt ex Voſſ. 1.; errore, opinor, pro Voſſ. 2. Mitto edd. varietatem. Nihil, quo commendetur, habet conjectura Conradi (Miſc. Lipſ. Nov. 4. p. 514) *d. ipſa natura ſenis cadaveri infenſa.* Si quid liceat arripere ex hiſce, faciam ex *natura* haec: *nam fuerat.* cf. not. ex.

40. *deformitate ipſa — infuſa.* „Imago non ad vivum „et animale exemplum imitatione expreſſa, ſed gypſum „cadaveri, quod naturaliter „mors deformaverat“ (et *ſenis* erat), „inductum; in eam „deinde formam cera infuſa „fuerat: unde imago et ipſa „deformis exiit. Ratio illa „vivos etiam vultus gypſo „ceraque effingendi Lyſiſtrato „tribuitur a Plinio 35, 12 „ſqq.“ Geſnerus. Haec imago erat ex earum genere, quae in atriis nobilium ponebantur, in funeribus ducebantur. Unum tamen deſidero, in expedita hac et nitida oratione, verbum ſubſtantivum ad *infuſa*, quo expreſſo indigebamus, ni fallor. Inferam *fuerat* inter *nam* et *ſenis.* cf. not. crit. extr.

41. *Glyconi, cui Spiridion.* Graecus fuit rhetor, cujus frequens nec ſemper honorifica mentio apud Senecam patrem, velut p. (Bip.) 151. ubi cognomentum ejus ſcribitur *Scyridion*, item p. 190 ubi *Syrion*, vel *Syricon.* Sed p. 364 ipſum noſtrum eſt bis, quanquam priore loco nonniſi per emendationem. Ad locum Senecae p. 251 Nicolaüs

Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer, quem in jus productum, quid fieret, interrogabat, *ex paedagogo ſe vellicari* reſpondit. Sed nihil illa circa Cepaſios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogo-
41 rum. Omnia tamen haec tolerabilia, quibus actionem mutare facile eſt: at, qui a ſtilo 51

41. *Spiridion.* Guelf. *Sperdidion.* Voſſ. 2. Goth. Ald. Baſ. *Spiridon*, ut et Gesn. ſed per ſphalma. Apud Suidam voce Τριφύλλιος eſt nomen Στυφίδων. Hic in Alm. traditur eſſe lacuna, pertingens, ut videtur ad 6, 2, 25.

in jus. Turic. *his.* Guelf. *is* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. exc. Camp. *circa.* Sic Turic. Guelf. Reliqui *contra.* cf. 5, 13, 28.

Faber haec habet de noſtro Quintiliani: „Veriſimile eſt a „paedagogo vellicatum“ (puerum) „ut fleret: a Glycone „vero in orando per ἀποστροφὴν interrogatum, non ut „ullam reſponſionem eliceret, „ſed ut miſerandum pueri ſtatum judicibus oſtenderet, „quem in ea aetate ſe intelligere lacrimis demonſtrabat. „Dum tamen miſericordiam „judicum movere nititur, „riſum excitavit.“ Cognomen, factum ex στείρα, cujus eſt diminutivum, ut στηλίδιον ex στήλη, qua occaſione haeſerit Glyconi, vaga et infinita eſt conjectura.

ex paedagogo. Gesnerus haeret in *ex* dicto pro *a*, nec acquieſcit exemplis duobus Flori a Burmanno allatis 3, 16, 4 „regem — *ex* ſatellitibus — appellatum.“ 2, 6, 27. „*ex* populo — ſcutum „vocaretur.“ Nec mihi ſat auctoritatis in hoc. Praeſidium in libris nullum. Turic. quidem a pr. manu *et* pro *ex*, unde non facilius exculpſeris *a* quam ex noſtro. An ejiciemus voculam, ut ſit: *paedagogum ſe vellicare?*

circa Cepaſios. cf. 4, 2, 19. item hic 6, 3, 39. Apparet enim hoc maxime exemplo, quam miſere interdum cedant artificia illa epilogorum, niſi bene praeparata et proviſa fuerint.

42. *tolerabilia quibus.* Perſpicuitatis Quintilianeae eſſe puto, inferi *iis*, cujus veſtigium tenere videor in Turicenſis errore a pr. manu *tolerabilius* pro *tolerabilia.*

a ſtilo. Ab eo quod ſcripſerunt ante domi. Sic ſem-

non recedunt, aut conticeſcunt ad hos caſus, aut frequentiſſime falſa dicunt. Inde eſt enim, *Tendit ad genua veſtra ſupplices manus;* et, *Haeret in complexu liberorum miſer;* et *Revocat ecce me:* etiamſi nihil horum is, de quo dicitur, faciat. Ex ſcho- 43
lis haec vitia, in quibus omnia libere fingimus et impune, quia pro facto eſt, quidquid volumus. non admittit hoc idem veritas, egregieque Caſſius dicenti adoleſcentulo: *Quid me torvo vultu intueris, Severe? Non*

42. *genua veſtra.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *v, g.* cf. § 39. 6, 2, 1.

etiamſi. Turic. *etiam.* omiſſo *ſi.* Noſtrum Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *etſi.*

43. *Ex ſcholis.* Sic Turic. Camp. A ſecunda manu ille *et ſ.* cum Guelf. *e ſ.* Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. Reliqui *et e ſ.* *pro facto.* Goth. (tac. Geſn.) *profecto* cum Voſſ. 2. cf. § 36. *volumus.* Turic. a pr. manu *voluimus*, nec male. *ver. egreg,* Sic Turic. Guelf. cum Colb. Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui jam inſerit *fori* ut reliqui. *Caſſ. dic.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Leid. Reliqui inſerunt *Severus.*

per *ſtilam* uſurpat noſter, nec unquam orationis formam vocat. cf. 2, 4, 13.

Inde eſt. cf. 5, 10, 90.

43. *veritas.* cf. 5, 12, 22.

Caſſius. Caſſius Severus, orator celeber obiit A. U. C. 777. Ejus laudes cum accurata orationis deſcriptione habes apud Senecam patrem Exc. Controv. l. 3. praef. p. Bip. 395—400. Animum et mores contemnit Tacitus Annal. 4, 21. cf. Horat. Epod. 6. quae non video quare ad alium Caſſium Severum referatur a Geſnero. Scriptores quid de eo prodiderint, deſignat G. I. Voſſius de Hiſt. Latt. 1, 21 p. 109. Frequenter a noſtro memoratur. cf. et Dial. de oratt. c. 19. ibique VV. DD.

me hercule, inquit, *faciebam, sed sic scripsisti: ecce!* et, quam potuit, truculentissime
44 eum aspexit. Illud praecipue monendum, ne quis nisi summis ingenii viribus ad movendas lacrimas aggredi audeat. nam, ut est longe vehementissimus hic, cum invaluit, affectus, ita, si nihil efficit, tepet: quem melius infirmus actor tacitis judicum cogita-
45 tionibus reliquisset. Nam et vultus, et vox, et ipsa illa excitati rei facies, ludibrio etiam plerumque sunt hominibus, quos non permoverunt. Quare metiatur ac diligenter aestimet vires suas actor, et, quantum onus subiturus sit, intelligat. nihil habet ista res

inquit. Turic. Guelf. *quidni* cum Goth. Voss. 2. Jens. Correxit Regius. Sed jam Camp. Tarv. recte.

faciebam. Guelf. *faciam* et sic Turic. a sec. manu cum Jens. Apparet, argutatum librarium, postquam corruptum erat *inquit*; pro quo *quit* profecto scriptum.

44. *ne quis.* Turic. *neque*, a sec. manu *ne quem* cum Guelf. *ne quid* Goth. Jens.

hic cum inv. Jens. *h. animi* (non *anima* ut Gesn.) *i.* cum Loc. Ven. Rusc. Regius correxit, sed jam Camp. et Tarv. dant receptam, quae et in Vall.

45. *excitati.* Turic. *excitari*, a sec. manu *excitandae* cum Jens. et edd. ante Ald. qui et ipse *excitandi.* Camp. *excitatae* cum Voss. 2. non Goth. Rectam habet primus Badius e Vall. cf. 23. 49.

sed sic scripsisti. Non opus emendatione Burmanniana: *sed si sic s.* Quanquam enim inventum hoc in libris, ne ipsum quidem spreverim, receptum tamen etiam acrius mihi videtur; ut et Harleti V. C.

44. *efficit.* Malim *effecit* et sponte et propter *permoverunt* (§ 45). cf. § 15. *objecit.* item 2, 14, 5. *percepit.*

medium, ſed aut lacrimas meretur, aut riſum. Non autem commovere tantum 46
miſerationem, ſed etiam diſcutere, epilogi eſt proprium; cum oratione continua, quae motos lacrimis judices ad juſtitiam reducat, tum etiam quibusdam urbane dictis: quale eſt, *Date puero panem, ne ploret.* Et cor- 47
pulento litigatori, cujus adverſarius, item puer, circa judices erat ab advocato latus, 513
Quid faciam? ego te bajulare non poſſum. Sed haec tamen non debent eſſe mimica. Ita neque illum probaverim, qui inter clariſſimos ſui temporis oratores fuit, qui, pueris in epilogum productis, talos jecit in medium,

47. *mimica.* Turic. Guelf. Camp. *inimica* cum edd. ante Ald. Primus noſtrum verum pronunciavit Badius (ſed Vall. auctore non nominato), a quo ſua mutuatus eſt margo Baſ. ſed et corrupit addens aliqua. *minuta* Goth. cum Voſſ. 2. (cf. § 43.) correctorem prodentes, ſed infelicem.

Ita neque illum. Turic. *I nec quia i.* a ſec. manu *I. ne quia i.* Jenſ. *Itaque ne i.* cum edd. ante Ruſc. Bene monet Badius *neque* reſpondere iterum poſito § 48 *neque illum.* Camp. noſtram ipſam dat. cf. not. ex. ad 1, 5, 38. 6, 2, 1.

probaverim. Turic. *probaverit.* *jecit.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante

45. *meretur.* cf. 5, 1, 1.

46. *cum — tum.* vid. not. ad 4, 1, 66. Hic quidem non ita manifeſta eſt illa ratio, et habet unus Guelf. *tum — tum.*

47. *litigatori.* Pendet hic dativus a quibusdam, quae addi debent ab lectore, velut: *quod dictum eſt aliquando.* Exemplo tamen deſtituor. An ablativos faciemus abſolutos: *litigatore?*

advocato. cf. 4, 1, 7.

mimica. cf. § 38. item mox § 49 *ſcenae.*

qui — oratores fuit. Deficior praeſidiis conjiciendi quis fuerit. Neque enim alibi memoratum factum hoc novi.

quos illi diripere coeperunt; namque haec ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse
48 miserabilis: neque illum, qui, cum esset cruentus gladius ab accusatore prolatus, quo is hominem probabat occisum, subito ex subselliis ut territus fugit, et, capite ex parte velato, cum ad agentem ex turba prospexisset, interrogavit, *an jam ille cum gladio recessisset?* Fecit enim risum,
49 sed ridiculus fuit. Discutiendae tamen

Bas. quo acc. Obr. Reliqui *projecit*. Sed Camp. modo *ductis*. Male.

48. *glad. ab.* Sic Turic. (a pr. manu) Camp. Reliqui inserunt *ejus*, valde importunum.

ad agentem. Turic. Guelf. Camp. *ad agendum* cum Goth. Vall. Voss. 2. Tarv. Bad. pr. Sed Turic. a sec. manu *id agendum* cum Jens. et edd. reliquis ante Bad. sec. Nostrum partim Regius conjecit, etsi fluctuat ille inter *ad agentes* et *quid ageretur*. Consensus Codd. facit ut cogitare malim de usu aliquo gerundii, quem exemplis quidem astruere non datur. Dicimus *inter agendum*, quidni *ad agendum prospicere* sit: „prospicere „ad actionem, ad scenam agendi, eo, ubi ageretur." cf. 4, 5, 2. „*ad agendum.*" Passivum in hoc gerundio certatim agnoverunt VV. DD. vid. Oudend. ad Suet. Galb. c. 8. Sententia etiam melius procedere videtur, quam in recepta. *Ex turba*, circumstantium, prospexit, non quidem *ad* solum *agentem* i. e. actorem, sed ad omne illud agendi negotium, ubi aptius quoque, quod „interrogavit — recessisset." Si enim ad agentem ipsum prospexit, quid opus *interrogando*? nisi forte *prolatus ab accusatore* ita est gladius, ut illum afferri et teneri ab altero curaret. *risum.* Turic. Guelf. *risus.*

namque — miserabilis. Tenerum et acrem in Quintiliano sensum agnosce. Sic ludentes Medeae filiolos pinxit Timomachus. vid. C. A. Boettigerus prolus. anni 1802. p. 17. not. 4.

48. *ad agentem.* vid. not. crit.

49. *tamen.* Transitus est in hac particula. Etsi male adhibentur hujusmodi agendi artificia, cum tamen facta sunt contra eundum est iis oratione.

oratione hujusmodi ſcenae: egregieque Cicero, qui et contra imaginem Saturnini pro Rabirio graviter, et contra juvenem, cujus ſubinde vulnus in judicio reſolvebatur, pro Vareno multa dixit urbane. Sunt et illi leniores epilogi, quibus adverſario ſatisfacimus, ſi forte ſit ejus perſona talis, ut illi debeatur reverentia; aut, cum amice aliquid commonemus, et ad concordiam hortamur: quod eſt genus egregie tractatum a Paſſieno,

49. *oratione.* Turic. a ſec. manu *orationes* cum Guelf. cf. § 45. 6, 2, 15.

50. *leniores.* Guelf. Camp. *leviores* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. cf. 6, 2, 16. *ſatisfacimus ſi f.* Turic. Guelf. omittunt *ſi* (et hic quidem mox *ſi* pro *ſit*) cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ruſc. Correxit Regius (cf. § 49.) ſed Camp. et Tarv. rectam ſcripturam habent. *illi.* Turic. Guelf. *tali.*

Geſnerus malebat *tantum*, ut ſola oratione, „non geſtu vel „alia quadam actione“ utendum eſſe moneretur. Nec poſitus placet adverbii, nec ſententia diutius morata in vetandis hiſce mimicis.

Cicero — pro Rabirio. vid. Cic. pro C. Rabirio, perduellionis reo c. 9.

pro Vareno. cf. 5, 13, 28.

50. *Sunt et illi.* Structuram cf. cum 5, 13, 51.

ſatisfacimus. vid. not. ad 3, 6, 65 et adde loca 6, 2, 14. 15. 6, 3, 34. 9, 2, 104. item cf. Ruhnken. ad Vell. 2, 29, 3. Manut. ad Cic. ad Div. 8, 12. Plin. H. N. 10, 34 de columbis. „mox „in *ſatisfactione* exoſculatio“ Sueton. Caeſ. 73. Tib. 27. Claud. 38. ubi cf. Caſaub.

Paſſieno. C. Vibius Criſpus Paſſienus iterum Conſul fuit A. U. C. 797. ex conjectura Theodori Ryckii ad Tac. Annal. 6, 20, 2. neque tamen certa illa, cum alii *Criſpinum* eidem anno aſſignent, nec *Paſſieni* nomen addatur a Dione (p. Reim. 960.) quo auctore nititur Ryckius, qui et *Vibium* de conjectura tantum denominavit, ſublecta illa Andreae Schotto in libro de claris apud Senecam rhetoribus. Temporum ſane rationes addicunt. Mortuum noſtrum ſub Claudio imperatore

cum Domitiae uxoris ſuae pecuniaria lite adverſus fratrem ejus Aënobarbum ageret. 51

pecuniaria lite. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. (niſi quod hic *in* praemittere narratur a Badio, per errorem, ut ſuſpicor) et edd. ante Ald. quo acc. Obr. Reliqui *pecuniariam litem;* nullo, ut credibile eſt, MS. addicente. Non vidi ubi, praeter hunc locum, ſtrueretur *agere litem*, ſed *agere jure*, *agere lege* eo deducit ut et *agere lite* probam formam judicemus, ex qua ipſa ſit *litigo*. Praepoſitionem

teſtatur Sueton Neron. c. 6., et bis Conſulem fuiſſe narrat Plin. H. N. 16, 44 cum Scholiaſte ad Juvenal. 4, 81 qui tamen turpiter confudit hunc cum Vibio Criſpo quem vide apud Quintil. 5, 13, 48. correctus a Lipſio ad Tac. Annal. 12, 6, 3. Fuit noſter vitricus Neronis, Agrippinae maritus, ſed et, prioribus nuptiis, Domitiae, ut hoc ipſo loco appareret et 6, 3, 74. Ejus oratoris ſummas laudes habent Senecae pater et filius. Apud illum tamen Nicolaüs Faber ad locum, qui eſt p. Bip. 182, ubi „Paſſienus“ dicitur „vir „eloquentiſſimus et ſui tempo„ris primus orator,“ Neroniani noſtri patrem intelligendum cenſet, ut et Lipſius l. c. Ad eundem ergo referentur, quae de Paſſieno dicenſem Caſſium Severum facit Seneca pater p. Bip. 398. 99. ubi ejus in epilogis praeſtantia celebratur. Idem Lipſio videtur, cujus meminit Vellejus 2, 116, 2. Hieronymus in Chronico Euſebiano Paſſienum patrem, declamatorem inſignem nominat, idemque filium, qui „heredis ſuae“ (Agrippinae) „fraude necatus“ ſit. L. Seneca exul epigramma inſcripſit Criſpo, fortaſſe noſtro, ipſum patri et avo maximam gloriam appellans; quanquam de epigrammatis hiſce adhuc criticorum lis eſt. vid. Burm. Anthol. Lat. T. 1. p. 598. Fateor autem mihi nonniſi noſtrum a Seneca patre laudatum videri, quoniam nulla *patris* nota, quae frequentiſſima in aliis ei rhetoribus eſt, usquam nomini apponitur. Et potuit plane noſtrum ipſum familiariter noſſe M. Seneca. Vellejanus ille Paſſienus quin pater ſit noſtri, nequaquam repugno. Quintilianus hujus meminit et 6, 3, 74. 10, 1, 24. Noſter quoque locus divitem Paſſienum ſignificat, qualem oſtendunt Suetonius, Chronicon Euſebii, Scholiaſtes Juvenalis.

pecuniaria lite. vide not. crit.

nam, cum de neceſſitudine multa dixiſſet, de fortuna quoque, qua uterque abundabat, adjecit, *Nihil vobis minus deeſt, quam de quo contenditis.* Omnes autem hos affectus, 51
etiamſi quibusdam videntur in prooemio atque in epilogo ſedem habere, in quibus ſane ſunt frequentiſſimi, tamen aliae quoque partes recipiunt, ſed breviores, ut cum ex iis

quam et Regius addi malebat, abeſſe ſatius puto in formula forenſi. Memorabilis eſt conſenſus Goth. Voſſ. 2. Vall. (cf. § 38. 52.) dantium haec: *uxori ſuae pecuniaria lite — adeſſet*, quibus male Geſnerus addit Jenſ.

cum de. Turic. omittit *cum.* *qua.* Turic. Guelf. omittunt.

51. *ut cum.* Turic. (a ſec. manu) Guelf. Goth. (tac. Geſn.) omittunt *cum*, accedente Obr. Male. vide not. ex.

ex iis. Sic Camp. et edd. ante Baſ. Reliqui *e. his.* cf. § 23.

fortuna. Apparet hic vocabulum uſurpari pro *divitiis*, quo uſu pluralem *fortunas* frequentari monet Burmannus nec gemino loco ſingularem in hoc ſignificatu illuſtrare datur. cf. Erneſt. ad Cornific. ſeu Script. ad Herenn. 4, 41. not. 98. ubi et Oudend. Sed Vellejo hunc uſum vindicat ſummus Ruhnkenius 6, 60, 1. Accenſebimus hoc quoque ruenti latinitati et in Gallicismum vergenti. vide 5, 12, 6.

51. *ut cum — ſit.* cf. 5, 10, 44. 6, 3, 9.

ex iis plurima — res eruendae. Ex aliis iſtis partibus (has enim intelligo *ex iis*, videlicet *narrandi* et *probandi.* opponitur huic *ex iis* mox *At hic* i. e. in epilogo) veritas rei maxime eſt eruenda, nec patiuntur propterea magnam affectuum copiam et diuturnitatem. cf. 12, 9, 3. ubi itidem „*eruendae* veritatis latebrae“ et paſſim *eruendi* verbo utitur de probatione agens. Argutius dictum videri poſſit *plurima res* pro *plurimum rei*, *maxima pars rei*; niſi forte malis accipere pro *plurimae res*, uſitatius ſane, ſed minus apte ad hunc locum. Hic, quem poëticum dicas, ſingularis numeri uſus frequentiſſimus eſt Plinio in H. N. veluti 16, 25 p. Bip. 108 „quoniam — *pluri*„*mum* tum ſicus exeat.“

plurima sit res eruenda. At hic, si usquam, totos eloquentiae aperire fontes
52 licet. Nam ex his, si bene diximus reliqua, possidemus jam judicum animos: et, confragosis atque asperis evecti, tuto pandere

sit res eruenda. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2. Vall. Tarv. *sit res ruenda* Camp. per errorem. Reliqui *sint reservanda*, profecto ex mera conjectura, infelici illa, etsi leniissima. Quid enim est: „*reservare plurima* ex affecti„bus?" nam ad affectus *exciis* retulerunt correctores. Aliud est „ipsos affectus reservare perorationi" ut 7, 10, 12. Vide mihi quantum jaceant haec: „aliae partes recipiunt affectus „breviores, *quia*" (hoc enim est *ut cum*) „contrahi et bre„viari debent." Neque enim aliud inest. Et, cui *reservantur*, si jam in prooemio sedem habuerunt? Nempe de epilogo solo cogitarunt, qui sic scriberent.

At hic. Turic. a pr. manu *Ad hic.* a sec. *ad haec* cum Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *si usquam.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *si cujusquam*, quare errorem suspicor quod notatur e Voss. 2. *sicut unquam.* Camp. *sicut usquam.*

52. *possidemus.* Goth. (tac. Gesn.) Camp. *possidebimus* cum Voss. 2. et edd. ante Bad. qui reposuit nostrum ex Vall. hic cum duobus illis non faciente. cf. § 50. 6, 2, 20.

et confr. Turic. Camp. inserunt *e.* Nescio quomodo placet omissio praepositionis. Alias sane repetitur ea vid. Drakenb. ad Liv. 37, 30, 9 Sine *et*, *confragosius a. asperius.* Guelf. cum Bas. margine.

tuto. Sic Turic. (a sec. manu, a pr. *toto*) Guelf. cum Goth. Voss. 2. Obr. *toto sinu* Camp. Tarv. cum Andr. ex manifesta correctione (cf. § 40) quae non debebat placere Burmanno. Reliqui *totu.* Praeter defectum auctoritatis displicet iteratio, cum modo esset (§ 51) „*totos* — fontes." cf. tamen 4, 1, 28.

52. *Nam ex his.* Parum assequor. Si enim *his* referendum ad *reliqua*, transponenda saltem: „Nam, si — „reliqua, *ex his*" quod ipsum valde friget. Corrigo „Nam „*et hic*" respiciendo ad: „*At „hic.*" *Et* valet *nempe.* cf. 2, 13, 9. De *hic* pro *his* cf. 5, 10, 80. Libri nihil variant, nisi quod Turic. a prima manu pro *ex his* dat *esse.*

poſſumus vela: et, cum ſit maxima pars epilogi amplificatio, verbis atque ſententiis uti licet magnificis atque ornatis. Tunc eſt conmovendum theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragoediae comoediaeque clauduntur, *Plaudite.* In aliis 53
autem partibus tractandus affectus erit, ut quisque naſcetur. nam neque exponi ſine hoc res atroces et miſerabiles debent: cum de qualitate alicujus rei quaeſtio eſt, probationibus uniuscujusque rei recte ſubjungitur. Ubi vero conjunctam ex pluribus cauſam 54
agimus, etiam neceſſe erit uti pluribus quaſi epilogis: ut in Verrem Cicero fecit. Nam et *Philodamo*, et *nauarchis*, et *cruciatis civibus Romanis*, et aliis plurimis ſuas lacri-

et cum. Guelf. *ut cum.* Male. *clauduntur.* Turic. *cluduntur.* *Plaudite.* Turic. *plodite* a pr. manu.

54. *facit.* Guelf. Camp. *facit*, male ob *dedit.*

cruciatis — Rom. Turic. *crucitius R.* a ſec. manu *crucis civibus R.* cum Voſſ. 2. Sed Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *Erucis* (Guelf. minuſcula *e* ut et Vall.) *c. R.* (Camp. per comp. *Ro.*) Jenſ. (tac. Geſn.) *eruciatis c. R.* Venet. *cruciatis civitatibus R.* Mirus codd. conſenſus. Diſplicet aliquatenus participium in fronte poſitum, ut malim e prima Turic. manu eruere *cruciatibus civium Romanorum*, quoniam compendiis fere res

53. *debent: cum.* Confragoſa haec eſt oratio; et nimium *neque* modo, ſi ſignificat *ne — quidem.* Non dubito quin exciderit *et* poſt *debent*, referendum illud ad *neque.* cf. not. crit. ad 3, 4, 13.

qualitate. cf. 5, 10, 52.

54. *conjunctam — cauſam.* Eadem quae et *multiplex.* cf. § 8.

Philodamo — Romanis. Cic. in Verr. 1, 30. Philodamus. 5, 45, 46. nauarchi. 5, 53 — 68. cives Romani. cf. autem not. crit.

55 mas dedit. Sunt, qui hos μερικοὺς ἐπιλόγους vocent, quo *partitam perorationem* ſignificant. Mihi non tam partes ejus, quam ſpe- 51
cies videntur. Siquidem et *epilogi* et *perorationis* nomina ipſa aperte ſatis oſtendunt, hanc eſſe conſummationem orationis.

II. Quamvis autem pars haec judicialium cauſarum ſit ſumma, praecipueque conſtet *affectibus*, et aliqua de his neceſſario dixerim: non tamen potui, ac ne debui quidem iſtum locum in unam ſpeciem concludere. Quare adhuc opus ſupereſt, cum ad obtinenda, quae volumus, potentiſſimum, tum ſupra dictis multo difficilius, movendi judicum animos, atque in eum, quem volumus, habitum formandi, et velut transfigurandi.

geritur in iſtis gentium nominibus. Sed propius etiam MSS. ſcripturam, et ipſam illam primam manum, fuerit *cruci civis Romani*, quod referatur ad ſupplicium P. Gavii (Cic. in Verr. 5, 61 — 66.) in quo hoc identidem indignatur et vociferatur Cicero, veluti c. 62 extr. „cum — uſurparet — nomen civi- „tatis — *crux*, *crux* inquam — comparabatur.“ cf. 4, 2, 113 de eodem. ubi „*verbera* civis Romani,“ ut hic *crux*.

55. *hos*. Turic. (a ſec. manu) Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *hoc*. *vocent*. Turic. (a pr. manu) Guelf. *vocem*. Camp. *vocant*. Guelf. autem pro Graecis habet lacunam plus quam ſufficientem. *perorationem*. Jenſ. *orationem* cum edd. ante Ruſc. Correxit Regius, ſed, praeter MSS., Camp. jam noſtrum dat. *et epilogi*. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bodl. Andr. Obr. et quibusdam edd. Reliqui *haec e*. *orationis*. Turic. Guelf. *rationis*.

1. *iſtum locum*. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Reliqui *l. i.* (cf. 6. 1. 42. item hic § 2.) Camp. modo omittit *quidem* cf. 6, 1, 47.

Qua de re pauca, quae poſtulabat materia, a ſic attigi, ut magis, quid oporteret fieri, quam quo id modo conſequi poſſemus, oſtenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio eſt. Nam et per totam (ut diximus) cauſam locus eſt *affectibus:* et eorum non ſimplex natura, nec in tranſitu tractanda, quo nihil afferre majus vis orandi poteſt.

2. *poſtulab. mat.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. (an 2.?) Obr. Reliqui inſerunt *haec.*

poſſemus. Turic. Guelf. *poſſimus.* cum Goth. et edd. ante Stoer. exceptis Camp. Tarv. Ald. Baſ. Male. cf. 6 Pro. 10.

nihil — orandi. Turic. omittit *vis*, et a ſec. manu *oranti* dat. Guelf. *n. afferri magis* (a ſec. manu *majus*) *oranti*, cujus novatam ſcripturam dant Vall. et edd. ante Bad. ſec. exc. Camp. et Aldo. Ille enim *n. afferre majus jus orandi*, hic *n. majus afferre vis orandi*, cum recentioribus in quo eſt noſtra, ſi diceſſeris a levi tranſpoſitione τῶν *afferre majus*, quam exhibuit Regius, non conjiciens ille, ut putat Harles V. C. ſed veteres libros excerpens. Reſtituendus erat veterrimorum ordo (cf. § 1. 6.) qui locum dedit omiſſioni.

2. *quae poſtulabat materia.* Hoc idem modo appellabat: *neceſſario.* Natura enim epilogi, quem tractabat, eo deduxit eum. Omne hoc de affectu perſequitur Macrobius Saturnal. l. 4. Virgilianis quidem exemplis.

ut diximus. Modo 6, 1, 51. et hic quoque § 1. „non debui — in *unam ſpec.* concludere.“

quo nihil — majus. Quaerit ſolus, ſed recte, Capperonnerius, cui reddatur relativum iſtud *quo*, et „totum negotium“ intelligi, ut nostrum genus ſtare poſſit, pro Quintilianeo candore eſſe negat. Vidimus quidem ſimiles ſtructuras, ut 3, 10, 4 „*quod* „accidit.“ 4, 2, 27. 5. c. 3, 5, 14, 1. ſed non hujus duritiae illas. Leniter corrigas *qua*, referendo ad *natura;* nec tamen feliciter. Cum Capp. equidem probo ſcripturam Obrechti, ſolius ante ipſum, *quod*, quamvis poſſit illa ex mero ſphalmate nobis extitiſſe, quoniam inter mutationes ſuas non recenſet Obrechtus. Malim tamen *quoniam*, prae *quod*

3 Nam cetera forsitan tenuis quoque et angusta ingenii vena, si modo vel doctrina vel usu sit adjuta, generare, atque ad frugem aliquam perducere queat: certe sunt, semperque fuerunt non parum multi, qui satis perite, quae essent probationibus utilia, 5 16 reperirent: quos equidem non contemno, sed hactenus utiles credo, ne quid per eos judici sit ignotum; atque (ut dicam, quod sentio) dignos, a quibus causas diserti docerentur: qui vero judicem rapere, et in quem vellet habitum animi posset perducere, quo dicto flendum et irascendum

3. *vena.* Turic. *venia.* *quod sentio.* Turic. a pr. manu *quia s.* (cf. 6, 1, 32. item § 5).

semperque. Turic. a pr. manu *que* omittit. cf. 5, 8, 34. ubi diversa ratio. *causas.* Turic. Camp. *causam.* Goth. *causis.* Mire. *diserti.* Aldi sed in utraque ed. sphalma *diserte* propagavit Basil.

h. l. *Quod* et *quo* confusa vidimus 5, 10, 2. 124. 5, 13, 42.

3. *vel — vel.* cf. 5, 12, 21. Neque enim disjunctivas arbitror particulas. Exemplum in primis evidens est Suet. Tit. 3.

docerentur. Nullum imperfecto locum video. Neque tamen tam leniter hic reponatur *doceantur* quam supra (5, 11, 4.) *concedetur.* cf. § 24.

quo dicto. Certatim hic significatum activi in forma passiva agnoscunt Gallaeus et Gesnerus, interpretantes Graece: οὗ ἠγορευκότος, αὐτοῦ λέξαντος, nixus hic auctore Perizonio ad Sanctii Minervam 1, 15, 4. Equidem Perizonii illam disputationem missam nunc faciens, praeterquam quod aegerrime adducar, ut Qu. tale quid ausum credam, in tempore praeterito haereo quam maxime. Quis enim Graeca illa tulerit pro οὗ λέγοντος? Fiunt ista dum dicit orator, non postquam dixit. cf. mox § 7. *pronunciatio — — sedens adhuc.* Gallaeus insuper tentat *audito*, in quo

eſſet, rarus fuit. Atqui hoc eſt, quod dominatur in judiciis. haec eloquentiam regunt. Namque argumenta plerumque naſcuntur ex cauſa; et pro meliore parte plura ſunt ſemper: ut, qui per haec vicit, tantum non

fl. et iraſc. Turic. a pr. manu omittit *et.* *rarus.* Hoc primus dedi ex conjectura Burmanni veriſſima, pro *rarius* omnium librorum, quibus auctoribus hic peſſime utitur Capper., repente religioſus factus, etiam novis, a ſe ortis. vide Burm. in epiſtola ad Capp. p. 79.

4. *Atqui.* Sic conjecit Geſnerus. Libri omnes *Atque*, cf. 4, 3, 17. *dominatur.* Turic. Guelf. Tarv. *dominetur* cum Goth. Voſſ. Jenſ. Ald. Baſ. Correxit Regius, cujus ſcripturam firmat Camp. *qui per haec.* Guelf. *qui pe h.* Volebat *quippe h.* Camp. *qui h.* quod, etſi ſenſu non omnino caret, alienum tamen hinc.

non eadem eſt temporis difficultas, quippe paſſivo. Non adeo magnum ego facinus duxerim, ſi quis corrigat *dicente* pro *dicto.* Sed ſubit animum ſuſpicio gloſſae. Verba: *q. d. f. e. i. e.*, ſi ab hoc naevo diſceſſeris, ſatis elegantia eſſe, non nego. Videor tamen perſentiſcere moleſtam ſedulitatem ejus, qui vellet explanare *habitum animi*, in quibus vocabulis profecto ineſſe *fletum* hunc et *iracundiam*, nemo non fatebitur. Jam in margine poterat allinere quis iſta, *dicto* uſurpans vulgari modo, et *quo dicto* ſcribens pro *ad quod dictum.* Hoc malim ſaltem, quam ad ſummam dicendi inſolentiam confugere in Quintiliano.

rarus fuit. cf. 12 Prooem. 3. „*rarus*, qui receſſiſſet, re„periebatur.“ Cum hac eloquentiae affectus moventis laude cf. Cic. Orat. c. 28.

4. *haec — regunt.* Non poſſum non agnoſcere gloſſam in his verbis. Quid ſibi vult repente poſitus pluralis? Quid eſt, quod nunc *regitur* eloquentia, quae modo *regebat* i. e. *dominabatur?* cf. 7, 4, 24. ubi item „eloquentia „*regnat — imperat.*“ Quid illa parte accedit ſententiae hiſce addendis? At, regeret aliquis, unde nata gloſſa? Quid ſi ignoro? Cogarne ideo ſincera haec judicare? Et potuit haec miſera eſſe interpretatio illorum *hoc — judiciis*, cum praeſertim veteres aliquot edd. *haec* ibi dent pro *hoc*, quod correxit Regius.

tantum non. Commodum ſuccurrit locus Livianus plane

5 defuiſſe ſibi advocatum ſciat. Ubi vero animis judicum vis afferenda eſt, et ab ipſa veri contemplatione abducenda mens, ibi proprium oratoris opus eſt. Hoc non docet litigator: hoc libellis non continetur. *Probationes* enim efficiunt ſane, ut cauſam noſtram meliorem eſſe judices putent: *affectus* praeſtant, ut etiam velint: ſed id, quod 6 volunt, credunt quoque. Nam, cum *iraſci*, *favere*, *odiſſe*, *miſereri* coeperunt, agi jam rem ſuam exiſtimant: et, ſicut amantes de forma judicare non poſſunt, quia ſenſum 517 oculorum praecipitat animus, ita omnem

5. *hoc libellis.* Camp. inſerit *cauſarum* cum edd. ante Bad. quo acc. Baſil. MSS. meorum nullus, ut nec Vall.

praeſtant. Turic. *putant*, a ſec. manu *petunt* cum Guelf. Goth. Voſſ. 2. Apparet fons erroris pr. Turic. manu.

quod vol. Sic Camp. Reliqui *quia v.* cf. § 3. 13.

6. *coeperunt.* Sic Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Baſil. Reliqui *coeperint.*

praecipitat animus. Ita Goth. 2. *praecitamus* Turic. a pr. manu. *praecipitamus*, cum nota divulſionis poſt literam *t* Cod.

geminus noſtro 4, 57, 8 „Dictator,' bello ita geſto, „ut *tantum non defuiſſe* for„tunae videretur," quo appareat in neutro horum accipi debere *tantum non* pro *puene*. Nimium enim et ſtultum hoc erat tam in Livio quam in Qu. cf. not. crit. ad 2, 15, 14.

5. *ab ipſa — abducenda mens.* cf. 4, 5, 6.

libellis. „Quos componit „aut litigator, qui confugit „ad patronum, quia liti ipſe „non ſufficit: aut aliquis ex „eo genere advocatorum, qui „ſe non poſſe agere confiten„tur, deinde faciunt id, quod „in agendo eſt difficillimum." Noſter lib. 12, 8, 5.

ſed id — quoque. cf. 5, 14, 35.

6. *amantes — poſſunt.* cf. Horat. Serm. 1, 3, 36. ubi Geſnerus imitationes deſignat.

veritatis inquirendae rationem judex omittit occupatus affectibus: aestu fertur, et velut rapido flumini obsequitur. Ita argumenta ac te- 7
stes quid egerint, pronunciatio ostendit: commotus autem ab oratore judex, quid sentiat, sedens adhuc atque audiens confitetur. An, cum ille, qui plerisque perorationibus petitur, fletus erumpit, non palam dicta sententia est? Huc igitur incumbat orator, hoc opus ejus, hic labor est: sine quo cetera nuda, jejuna, infirma, ingrata sunt, adeo velut spiritus operis hujus atque animus est

Palat. Gebhardi. *premit amor* a sec. manu Turic. et sic reliqui. Gebhardus e suo effingit *praecipit amor*, indubitate, ut ipse censet; infeliciter, ut ego (cf. 4, 5, 4). Longe melius e vulgato Burm, *perimit amor*, quanquam hoc nimium. Nostra in Turic. et Palat. est manifesto. Parum eleganter vulgata *amorem* iterat post *amantes*, nec *premit* nisi a poëta sic dici poterat. *verit. inquir.* Hoc ordine Turic. Camp. Reliqui *i. v.* cf. § 2. 15. *omittit.* Ita Camp. Sed Turic. *obmittit*, a sec. manu *amittit*, et sic reliqui. „Ratio„nem veritatis inquirendae" non tanquam aliunde acceptam rem *amittit* judex, sed tanquam suum negotium *omittit*. Millies haec confusa vid. Drakenb. ad Liv. 21, 8, 12.

obsequitur. Jens. *consequitur* cum edd. ante Rusc. Correxit Regius, sed immunis ab errore Camp. cum MSS.

7. *atque aud.* Goth. (tac. Gesn.) *ac a.* cum Voss. 2. Enn deteriores Codd.! cf. 4, 1, 79. 5, 10, 107.

spiritus. Camp. *species* cum Goth. Voss. 2. male interpretando compendium scribendi, sicut et cum *spes* confunditur horum utrumque.

7. *hoc opus — hic labor.* Non sine respectu ad Aen. 6, 128 dictum credo.

ingrata sunt. Non videtur negligendum quod sola Turic. prima manus dat: „ingrata „sint." Sive enim potentialem illum modum agnoscis, sive refers ad *quo*, ubi lateat *tale ut in eo*, elegantius profecto sic dicitur, quam per indicativum.

8 *in affectibus.* Horum autem, ſicut antiquitus traditum accepimus, duae ſunt ſpecies: alteram Graeci πάθος vocant, quam nos vertentes rectè ac proprie *affectum* dicimus; alteram ἦθος, cujus nomine, ut ego quidem ſentio, caret ſermo Romanus; *mores* appel- 5 lantur: atque inde pars quoque illa philoſo- 9 phiae ἠθική, *moralis* eſt dicta. Sed ipſam rei naturam ſpectanti mihi, non tam *mores* ſignificari videntur, quam *morum quaedam proprietas.* nam ipſis quidem omnes habitus mentis continentur. Cautiores voluntatem complecti, quam nomina interpretari, ma-

9. *omnes — continentur.* Camp. *omnis — continetur.* Non diſplicet, cum praeſertim Turic. (a pr. manu) et Goth. (tac. Geſn.) *omnis — continentur.* *voluntatem.* Turic. Jenſ. (tac. Geſn.) *voluptatem.*

8. *quam — vertentes.* Alienum videtur, quod relativum accommodavit ad *ſpecies* quaſi *ſpeciem* vertiſſent Romani, non πάθος. Cenſeo igitur ex prima Turic. manu *quia* eruendum *quod.* cf. not. crit. ad § 5. Noſtrum cum aliis citat Hermannus ad Ariſtot. Poët. p. 85.

affectum. De hoc vocabulo diſputantem Regium, qui negat Ciceroni uſurpatum, Burmannus fruſtra admonet loci Diſput. Tuſc. l. 5, c. 16. Ibi enim *affectui* non pro πάθει ponitur; ſed expreſſit Cicero Platonis τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος (de repub. 3 p. 400 d.) neque quidquam voluit niſi *affectionem*, varians modo formam vocabuli.

ἦθος. cf. 5, 13, 2.

moralis eſt dicta. Ab ipſo quidem Cicerone de Fato c. 1.

9. *omnes — continentur.* cf. not. crit.

voluntatem i. e. ſignificationem, oppoſitam vocabulo. Sic 7, 10, 1 indicante Gellnero „In finitione quae ſit *voluntas* „nominis, quaeritur.“ Adde 3, 6, 87. „Alia — cujus *ver-* „*bis*, — alia cujus *volun-* „*tate.*“

luerunt. Affectus igitur hos concitatos, illos mites atque compoſitos eſſe dixerunt; in altero vehementer commotos, in altero lenes; denique hos imperare, illos perſuadere; hos ad perturbationem, illos ad benevolentiam praevalere. Adjiciunt quidam

in altero len. Turic. *in alteros l.* *imperare.* Turic. Guelf. Camp. *impetrare* cum Goth. Frequens confuſio vid. Drakenb. ad Liv. 35, 17, 7. item noſtrum 7, 4, 24. ubi Goth. (tac. Geſn.) *impetrat* pro *imperat.* Hic quidem attendenti nulla *impetrandi* ratio placere poteſt. cf. 10, 1, 110.

perturbationem. Turic. Guelf. *perlationem.* Camp. *probationem* cum Goth. (niſi et Geſn. et ego dormitavimus, nam Voſſ. 2. narratur dare *prolationem*) et edd. ante Ruſc. Miror Badium de Valleſi altum ſilere. Regius correxit refragantibus, ut ipſe ait, exemplaribus. Blanditur ſane emendatio; ſed corruptelae origo non apparet. Equidem valde moveor ſcriptura Turicenſi, quam aut ipſam veram eſſe, aut verae ſemina recondita tenere ſuſpicor. *Perlatio* adhuc nonniſi apud Lactantium Inſtitutt. 5, 23 objicitur, ſed poteſtate hinc aliena. Si verum ſit, fuerit repetendum ab illo *perferendi* ſignificatu, quo dicitur *perlata lex*, cum aliquid per obſtacula ipſa evehitur. Sed quis defenderit ἅπαξ λεγόμενον? Malis tamen aliquid,

Affectus — dixerunt. Equidem veram cenſeo κρίσιν Regii, inſerentis poſt *concitatos* πάθος, poſt *compoſitos* ἦθος (quae tanto facilius excidebant ſi latinis ſcripta erant literis, *patos, etos*); fruſtra obloquentibus Badio, qui, auctore Servio, negat pronomen (*hos*) cum nomine (πάθος) ſimul poni debere, et Capperonnerio, qui haec vocabula ſubaudiri ait ab erudito lectore. Non dixerunt *cautiores* iſti „affectus hos eſſe „conc.; illos, mites" ſed, quae res verbis illis Graecis ſignificarentur, oſtenderunt. Si abeſſet *eſſe* ferri poſſet „*dixerunt* „*hos* concitatos aff." pro eo „*vocarunt hoc* conc. aff." Nunc cf. 3, 6, 15. Addendo Graeca cavetur etiam ſcabrities, quae ſit alioquin in ſequentibus. Quid enim ſibi vult *in altero — in altero*, niſi prius ad πάθος refertur, poſterius ad ἦθος?

hos — illos — hos — illos. cf. 6, 1, 22. et in primis 4, 1, 23.

perturbationem. cf. not. crit.

peritorum, πάθος temporale esse. Quod ut accidere frequentius fateor, ita nonnullas credo esse materias, quae continuum desiderent affectum. Nec tamen minus artis aut usus hi leniores habent, virium atque impetus non tantundem exigunt. In causis vero etiam pluribus versantur, immo, secundum
11 quendam intellectum, in omnibus. Nam,

quod ad ipsum judicem referatur. *Perlatio* illa ad summum nonnisi *causae, rei;* fuerit. Ad sensum apte rescripsit Regius cf. 4, 5, 6. (quanquam loco incerto et ipso) 5 Pro. 1. Sententiae ipsius summam, mirifice exornatam, habes 10, 1, 110. in Ciceronis laudibus, sed unde nil proficias ad verba nostri loci ordinanda. *Probationem* quidem sensus, ut recte ait Regius, aspernatur; quanquam fuit, cum de aliis omnibus cogitarem, ut pronomina *hos — illos* vulgari ordine acciperentur, *impetrare* praeferretur, *persuadere* et *benevolentia* de πάθει, non de ἤθει, dicta viderentur. Sed haec velut desperantis interpretatio fuerit.

peritorum. Turic. a pr. manu *per tuum.* Quid si antiquitus fuit: „*quidam perpetuum* ἦθος, πάθος *temporale esse?*" Insolens est *peritorum* appellatio, cum plerumque *quidam* modo dicat, in diversis rhetorum opinionibus recensendis: nec probat hic *peritos* illos.

hi leniores. Turic. (a pr. manu *hic l.*) Guelf. *haec leviores.* Camp. *ii lev.* Goth. (tac. Gesn.) *Hi lev.* cum Bodl. Vall. et edd. ante Basil. exc. Tarv. Rusc. Ald. Correxit Regius; necessario. cf. 6, 1, 50.

vero. Goth. (tac. Gesn.) omittit.

10. *peritorum.* cf. not. crit.

quae continuum — affectum. Hic *peritos* illos fortasse parum assequitur noster. Cum enim *temporale* dicunt πάθος, animi affectionem quae sic appellatur ab illa, quae ἦθος, distinguunt, non id spectant, quod in orando locum habet. *Continuum affectum* in quibusdam suasoriis concedit 3, 8, 60.

usus. cf. dicta ad 1, 1, 34. Idem significatus 10, 7, 18.

cum niſi ex illo et hoc loco nihil ab oratore tractetur; quidquid de *honeſtis*, *et utilibus*,

cum — vocari. Turic. Guelf. Camp. *cum ex i. e. h. l. n. — diſcitur hoc v.* cum Goth. (quem omittere *niſi* non monuit Geſn.) Voſſ. 2. (quanquam hujus nec *diſcitur* memoratur nec *hoc*) et edd. ante Ruſc. niſi quod *dicitur* jam inde a Locat. dant. Inſerui *niſi* Regius, idemque *dicitur* ſcripſit pro *diſcitur*. Vallenſis nulla mentio apud Bad. Invitum ſe quidquam inſerere teſtatur optimus Regius. Supereſt conjectura ejus, quem hac nota: *Dan.* deſignat P. Pithoeus in Leidenſi ed. Eam notam ad 6 Pro. 8. (ubi primum occurrit ni f.) Burmannus interpretatur *Danielem*, quo quidem auctore, ignoro; ſed poſſit eſſe ICtus Aurelianenſis, Turnebo juvenis cum laude memoratus Adverſ. 14, 12., editor Servii in Virgilium, de quo vide Saxii Onomaſt. 3, 408. Poſſit eſſe Daneſius. Epiſcopus. Eadem eſt ad 6 Pro. 15. multisque praeterea locis. Cum tamen ubique aliquam conjecturam ſub hac nota prolatam viderim, ſubiit inſignem ſuſpicari in Schrevelio inſcitiam, qui allitam P. Pithoei in margine παρεκβολὴν *An?*, in ductu fortaſſe obſcuriore, habuerit pro nota nominis. Quanquam alibi haec vox et ipſa ponitur. Acceperat enim ab Emerico Bigotio cor-

11. *ex illo et hoc loco.* Hoc quid ſit difficile eſt dictu. Capperonnerius quidem et Geſnerus *illo* et *hoc* ad πάθος et ἦθος referunt, quod nequaquam placet. Quae enim haec eſt argumentatio: „Quia ora„tor ſemper cum πάθει et ἤθει „tractat res ſubjectas“ (unde tandem hoc reſcivimus, aut quomodo probavit Qu?) „poteſt huc, i. e. ad ἦθος, „vocari quidquid de honeſto „— — dicitur?“ Regius, cui debemus hancce loci noſtri conſtitutionem, pronomina ne dignatur quidem interpretari. Retuliſſe tamen ea videtur ad ſequentia, ut intelligeret *honeſtum* et *utile*. Hanc, quanquam veram cenſeo interpretationem, video tamen exemplis eſſe firmandam, quibus ipſis deſtituor. Si abſint haec *cum — tractetur*, ſat argumenti ad probandum, quod modo dixerat, fuerit in reliquis. Quod nequaquam eo dico, quaſi gloſſam ſuſpicer, quae tractamus. Ita tamen fere ſe expediit Gedoynus, quem ſententiam probabiliter aſſecutum cenſeo. „Car l'ora„teur ne peut rien traiter, „qui ne regarde l'honnête ou „l'utile; ce qui eſt à faire ou „à éviter. Or tout cela ſe „rapporte aux moeurs.“ Si ſtructura ferret ut pronomina ſubjicerentur iſtis *de hone-*

denique *faciendis et non faciendis* dicitur, huc vocari poteſt. Quidam *commendationem* atque *excuſationem* propria hujus officii 519
putaverunt: nec abnuo eſſe iſta in hac parte;

rectum a Petro Pithoeo exemplum (vid. Burm. in praef.). Hujus igitur, ſive Danielis, ſive Pithoei, haec ponitur conjectura: ἦθος *vocari non poteſt* pro *hoc vocari poteſt*, in qua quid ſibi velit *non*, nequaquam aſſequor. An *non* poſuit alio loco, et quidem poſt *nihil*, quo minus indigeremus additamento illo Regiano *niſi?* Lenior profecto eſt medicina, cum *non* intercidiſſe ſaepe in MSS. negari plane nequeat (velut 3, 5, 10. 4, 2, 93. 5, 11, 39. 5, 13, 31. 5, 14, 27. 6, 3, 4. 18.); et hic imperitum librarium poſt *nihil* poterat etiam offendere. *Niſi* item a Regio profectum, ſed non inſertum vide 5, 7, 25. Structura quidem, qua *niſi* longius praecedit *non*, non debet offendere cf. 5, 14, 29. Inſertum a Regio *niſi* 4, 1, 25. *Hoc* eſt in omnibus libris ante Leid. et revocavit etiam Capp. ἀπροσδιονύσως. Unde igitur *huc?* Profecto a ſummo viro I. F. Gronovio, qui in literis ad N. Heinſium „De Inſtitutt.“ ait „non me immiſceo, niſi quod vivo“ (Schrevelio) „pauculas conjecturas dedi.“ Jam praeſtantiſſima, cum ſit haec emendatio (cf. Geſn. idem mutantem 4, 2, 55.), magis tamen arridet illa Pithoeana, velut ſponte naſcens ex Graeco ΗΘΟC, et ſententiam habens planiorem. Et ecce mox (§ 12. pr. loco) pro ἦθος in Camp. ed. eſt *hoc*.

abnuo, Turic. a pr. manu *abnunc*. Guelf. Camp. Tarv. *ab uno* cum Jenſ. Sed jam Turic. a ſec. manu noſtrum, quod et in aliis vidit Regius.

eſſe. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ſed* cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Hic de conjectura noſtrum

ſtis — non faciendis, nihil obſcuritatis haberet locus. Sed neceſſe erat rationem anteverti, unde inſolentiam illam praemittendi pronomina velut neceſſario extitiſſe mihi perſuadeo. Quaerat quidem aliquis: Num in ſtatu conjecturali quidquam *de honeſt.* — *faciendis* tractet orator? Sed cum in affectuum praeceptis verſemur, quorum ſedes propria eſt in epilogo, nihil profecto, quod ad docendum unice faciat, hic ſpectatur; verum oratoris eſt cum judice negotium, hunc ad pronunciandum hortantis, ubi ſemper aliquid ex iſtis tractatur.

huc vocari. cl. not. crit.

ſed non concedo, ut ſola ſint. Quin illud 12
adhuc adjicio, πάθος atque ἦθος eſſe interim
ex eadem natura, ita ut illud majus ſit, hoc
minus, ut *amor* πάθος, *caritas* ἦθος: inter-
dum diverſa inter ſe, ſicut in epilogis;
namque πάθος *concitat*, ἦθος ſolet *mitigare*.
Proprie tamen mihi hujus nominis expri-
menda natura eſt, quatenus appellatione
ipſa non ſatis ſignificari videtur. Ἦθος, 13

dediſſe videtur; veriſſima illa, nec adeo dura. Confunduntur enim *eſſe*, *eſſet* (5, 1, 31) *eſt* (3, 8, 31). Quidni cum hiſce *ſed*, quod toties cum *et*?

12. *adj.* πάθος *atque* — πάθος *caritas* ἦθος: *int.* Guelf. *adj.* ἦθος *atque* πάθος *caritas int.* Turic. a pr. manu *adj.* π. *u.* η. *e. i. e. e. n. i. n. i. m. f. h. m. u. amor* ηθος *caritas* ηθος *int.* Secunda manus noſtrum, ſed Graecâ litt. latt.

concitat. Turic. a pr. manu: *concitavit.* An fuit: *nam quae* — *concitavit* cet.? *Proprie.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *Propria.*

tamen — *eſt.* Sic Jenſ. et edd. ante Bad. quo accedunt Gryph. et edd. ante Obr. Reliquae edd. *t. m. vis n. et e. n. e.* quam, nihil monito lectore, jam Badius dedit. MSS. faciunt cum hiſce Goth, Voſſ. 2. Bodl. Turic. (niſi quod *et* omittit pr. ejus manus) Guelf. (niſi quod tranſponit *vis nom. mihi*). Inſerit Camp. *hujus* poſt *mihi*, in ceteris ſimilis. Vide mihi affectationem hyperbati in illis: *vis nom. et expr. nat. eſt* (cf. not. ex. ad 4, 2, 112). Proclivis autem erat error ab *mihi hujus* delabendi in *mihi vis.*

ſignificari. Turic. Guelf. Camp. *ſignificare* cum Goth. et edd. ante Bad. Leniſſima quidem mutatio (cf. 5, 7, 37.) ſed

12. *interim* — *interdum.* Poſſit videri alterutrum corrigendum (cf. not. crit. ad 4, 2, 19.), quo manifeſtior fiat relatio, ſed neque libri variant et hujusmodi diſſimilitudinem aliquoties animadvertimus in noſtro cf. 5, 13, 28. Suet. Caeſ. 81. *interdum* — *alias.* Cal. 43. *modo* — *interdum.* Claud. 15. *modo* — *nonnunquam*, in quorum locorum poſtremo vid. Oud.

concitat — *mitigare.* vide 4, 3, 9.

ſignificari. cf. not. crit.

quod intelligimus, quodque a dicentibus deſideramus, id erit, quod ante omnia *bonitate* commendabitur: non ſolum mite ac placidum, ſed plerumque blandum et humanum, et audientibus amabile atque jucundum: in quo exprimendo ſumma virtus ea eſt, ut fluere omnia ex natura rerum hominumque videantur, quo mores dicentis ex oratione pelluceant, et quodammodo agnoſcantur. 14 Quod eſt ſine dubio inter conjunctas maxime

fortaſſe non neceſſaria. Intelligam ſubjectum, non ut in recepta *naturam*, verum *nomen*. „Hoc non videtur ſatis ſignificare i. e. ſignificans eſſe“ (cf. 8, 6, 6. item not. ex. ad 1, 7, 32.) „ipſa appellatione i. e. pronunciatione, vel ſono“ (cf. 11, 3, 35 ex Cicerone). Simile quiddam 1, 7, 10 „K — quae „*ſignificat*.“ Sed poteſt geminus videri locus 9, 3, 44 ubi eſt *oſtendi*.

13. *quod*. Turic. Guelf. *quia* ut et mox poſt *erit* et § 14. ante *eſt*. cf. § 5. 15. *a dicentibus*. Turic. *adicientibus* (a pr. manu). Guelf. *adjicientibus*. cf. 3, 6, 10. Ille a ſec. manu *a docentibus* et ſic Camp. cum omnibus ante Capper. qui recepit, quod ſecundis curis poſuerat Obr. ſequentibus Geſnero et Bipontinis; Andrete autem et Blaſſio male redeuntibus ad obſoleta, quae operoſe interpretari conatur Rollinus. Defendere eadem videtur Gedoynus in nota verſioni ſubjecta; ſed fruſtra. *quo mores*. Turic. Guelf. *quae m.*

mores dicentis. Turic. Guelf. *m. dicitis*, ſed ille a ſec. manu *modeſtis*. *pelluceant*. Turic. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *perluceant* cum edd. ante Baſil. quo acc. Gryph. (cf. 6, 1, 17. item hic § 16. ſed in primis 11, 3, 35).

agnoſcantur. Goth. (tac. Geſn.) *agnoſcuntur*.

13. *quo mores*. Obſcurius hoc et affectatius quam pro Quintiliano. Diſplicet in primis *quo*, poſt *ut* idem valens. An *quod* legemus poteſtate *τοῦ quia?* cf. § 2.

14. *ſine dubio — Sed tamen*. Probat vulgare praeceptum, ſed ſufficere negat, et majorem partiendi diligentiam adhibet. cf. 4, 1, 7.

perſonas, quoties *ferimus*, *ignoſcimus*, *ſatisfacimus*, *monemus*, procul ab ira, procul ab odio. Sed tamen alia patris adverſus filium, tutoris adverſus pupillum, mariti adverſus uxorem moderatio eſt (hi enim praeferunt eorum ipſorum, a quibus laeduntur, caritatem; neque alio modo inviſos eos faciunt, quam quod amare ipſi videntur); alia, cum ſenex adoleſcentis, alia, cum vitium honeſtus

14. *ferimus*. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. Reliqui *perferimus*. *monemus*. Goth. (tac. Geſn.) *movemus* cum Voſſ. 2. *praeferunt*. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Bodl. Voſſ. 2. Vall. Andr. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. prior. Regius de conjectura inſeruit *ſe*, praeter neceſſitatem. Ablegat Burm. ad 10, 1, 113 ubi MSS. mei et Camp. cum aliis *praeferens*. cf. mox 6, 3, 17. Structuram defendit etiam Badius. cf. Clav. Ern. Cic. Drakenb. ad Liv. 27, 34, 5. et Lexica. Nec video quare Oud. damnet ad Suet. Cal. 14. Hic quidem Ruſc. non exprimit mutationem Regianam. cf. 6, 1, 50.

laeduntur. Turic. (a pr. manu) *ledimur* cum Jenſ. et edd. ante Ald. ne Ruſc. quidem recedente. Sed Camp. verum dat. Correxit Regius. *alia cum vitium*. Sic Turic (a ſec. manu) Camp. cum Goth. et edd. ante Ald. exc. Tarv. quae ſic habet: *a. enim v.* Prima Turic. manus: *alieni c. v.* in cujus correctione obſcurius quid addi narratur, quod referat *enim*. Ald. *convicium* omiſſo *alia*. Mox omnes *a. c. convicium*. Meo in Guelf. ſilentio parum fido. Non eſt, quare protinus *convicii* mentio injiciatur; *vitium* enim ſufficit: aptius quoque ad id quod ſequitur *affici*. Inſuavis etiam ſonus *cum con.* facile poterat vitari, ſi hoc volebat Qu. Conjicit, hic quidem ſub nota *D.*, neſcio quis in Leidenſi *aut c. conv.* cf. not. ad § 11.

praeferunt. cf. not. crit.

honeſtius. vid. 1, 1, 25. Sic et 9, 2, 61. ex Cicerone 11, 1, 42. 82. 11, 3, 137. Hor. Ep. ad Piſ. 213. Ita Plaut. in Aulul. 4. 9, 6. *frugi*. Structura ſane mollior erat, poſita voce *vitium* ſtatim poſt *adoleſcentis*. Fortaſſe tamen pondus addere voluit orationi.

inferioris fert (hic enim tantum concitari, illic etiam affici debet). Sunt et illa ex eadem natura, sed motus adhuc minoris, *veniam petere*, *adolescentium defendere*

fert., Turic. *ferit.*

15. *adolescentium.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *adolescentiani* cum Voss. 2. et edd. ante Ald. (nisi quod Tur. et Goth. *adul.*) exc. Tarv. qui *adolescentiae*, ut reliqui omnes. Dedi conjecturam verissimam Burmanni.

Quod ipsum conjungas cum minore dicendi insolentia si transposueris *inferioris honestus*: vid. 4, 2, 112.

hic enim — debet. Quod est hujus sententiae subjectum? Id quidem nemo videtur quaesisse. Si locutionem acceperunt impersonalem, qua diceretur *concitatur*, *afficitur* sicut *curritur*, *itur*, unde mox fieret *concitari debet* quomodo *curri debet*; exempla quam maxime desidero durissimae structurae; et ne sic quidem in verbo transitivae significationis procedit ratio, qualis est in illis intransitivis *eundi*, *currendi*. Mutatione subveniri debet loco. Aut pro *illic* scribemus *ille*, aut *decet* pro *debet* (cf. not. crit. ad 4, 1, 76). Expeditissimam praestat sententiam prior correctio. Refertur enim hoc ad postremum exemplum *senis* et *honesti* non item ad reliqua, supra posita. Jam in verbis hisce *concitandi* et *afficiendi* nequaquam est argutandum quasi cum artificiali quadam diligentia usurpatis, quod vel ipsa hac eorum conjunctione apparet. Versatur sane Qu. in praeceptis τοῦ ἤθους, ut ne locus quidem esse videatur *concitando*. Sed cum ipsa etiam indignatio possit moderatione temperari, cum, qui cum ἤθει velit tractare hunc affectum, pro personae differentia agere debere monet. „Honestus, ferens vitium inferioris, solum indignationis, sed mitigatae ejus per ἦθος, affectum ostendet: „Senex, adolescenti errorem „ignoscens, praeter illam indignationem, paternum etiam „quendam dolorem testabitur.“ *Illic* tanto libentius muto, quanto concinnior exit structura, si in adjunctis istis duobus, quorum utrumque inducitur per *enim*, utrobique sunt pronomina personalia, non adverbia secundo loco. Similis ratio erat 1, 7, 8.

amores. Nonnunquam etiam lenis caloris alieni deriſus ex hac forma venit, ſed non his ex locis tantum. Verum aliquanto magis propria ſunt *virtutis ſimulatio*, *ſatis-*

15. *lenis.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Leid. exc. Baſil. quo acc. Geſn. Bip. Reliqui *levis.* *cal. ul.* Hoc ordine Turic. Camp. Reliqui *a. c.* cf. § 6. 8. *non his.* Turic. Guelf. *hiſ non.* Mox praepoſitionem *ex* omittunt Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Bad. qui pro ea dat *a* (cum Vidovaeo) ſed *ex* narrat eſſe in Vall.

propria ſunt virtutis. Sic Turic. (niſi quod pro *ſunt* a pr. manu *fuit.* An *fuerit* legendum? cf. § 26.) Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Vall. Voſſ. 2. *proprii ſ. virtutis* Camp. *propriae ſ. virtutis.* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. cum edd. ante Ruſc. qui ex Regii conjectura dat *propriae* (niſi quod per errorem hic *proprie*) *ſ. virtutes.* cum reliquis. *ſimulatio.* Hoc dedi de

15. *ſed non his — intellectum petit.* Nonniſi dubitanter et timide hujus loci rationem reddam, in quo ordinando multum novavi, cum priorum editorum nullus ſenſum probabilem mihi praeſtaret (vid. not. crit.). Sententiam igitur agnoſco hanc: „Deriſus „ille caloris alieni non ex „hiſce veniam petendi, et de„fendendi amores“ (ſub quo omnem levium errorum excuſationem comprehendes) „lo„cis ſolis veniet, verum ex „multis praeterea. Magis au„tem hujus, quod tractamus „i. e. τοῦ ἤθους, propria ſunt „iſta: ſi quis bonum ſe ſimu„let, ſi ſpeciem induat ſatis„facientis“ (vid. 6, 1, 50.) „rogantis, dum nihil aliud „agit, quam ut iracundiam „ſuam et indignationem „cum judicibus communicet.“ Agnoſco ultro quod objectum mihi iri video. *Virtutis* vocabulum vereor ut recte cepiſſe hoc loco videar. Non poſſum enim non in hac ſententia χρηστότητα i. e. *bonitatem* (cf. § 13.) interpretari. Simulatur virtus, cum aliquis vult videri *vir bonus*, qui hic quidem, opponitur maxime, iracundo, vindictae cupido, magnum offenſae ſenſum habenti. Si nimis averſaris noſtram *virtutis* poteſtatem, ſcribere liceat: „propriae — vir„tutes, *ſimulatio ſatisfaciendi, „rogandi* εἰρωνεία.“ Audacius tamen contra Codd. nec placet *propriae virtutes* prae ſimplici illo *propria.* Gedoynus, quanquam egregie h. l. in quibusdam hallucinatus, ad veram rationem me deduxit.

faciendi, *rogandi*, εἰρωνεία, quae diverſum ei,
16 quod dicit, intellectum petit. Hinc etiam ille major ad conciliandum odium naſci affectus ſolet, cum hoc ipſo, quod nos adverſariis ſummittimus, intelligitur tacita impotentiae exprobratio. Namque eos graves et intolerabiles id ipſum demonſtrat, quod cedimus: et ignorant cupidi maledi-

mea conjectura. Reliqui *ſimulationis*. Erroris, ſi error, origo eſt in continuatione ſtructurae (cf. 6, 1, 49. 6, 3, 33.), ſequente praeſertim *S* in *ſatisfaciendi*.

rog. εἰρωνεία. Sic Turic. Guelf. Reliqui inferunt *et*. Sed tamen nominativum in εἰρ. retinent Goth. Camp. Loc. Ven. Ruſc. Reliqui εἰρωνείας, quorum eſt jam Tarv. *Et*, etiam cum genitivo εἰρ., rejiculum (cf. p. 79 praef. noſtr.) natum ex primis graeci literis. Foediſſima etiam fuerit definiendi ſimplicitas, εἰρωνείαν ipſam hic, quid ſit, oſtendere. Neque enim de induſtria hic ea tractabatur, ut ferri poſſet verboſa hujuſmodi explanatio, velut 9, 2, 44. Quidni jam antea 4, 1, 39 hoc vocabulum credidit interpretatione egere? In noſtra quidem ratione, haec, quae adduntur, eo ſpectant, ut *diverſus* ille *intellectus* referatur ad *rogandum*, *ſatisfaciendum*; non generatim et univerſe dicatur. „Dum *rogat*, „ſignificat indignationem; dum *ſatisfacit*, maledicit."

quod. Turic. a pr. manu *quia*, cf. § 13. 36.

16. *quod*. Turic. *qui*, a ſec. manu *quo* et ſic Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. (cf. 5, 13, 42). In ipſo *qui* Tur. latet *quod*. cf. 3, 7, 5. Probam ſcripturam dat Camp. *ſummittimus*. Sic Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Reliqui *ſubm*. cf. § 13. 18. *tacita*. Jenſ. *tacite*. volebat *tacitae*, et ſic edd. ante Baſ. exc. Camp. Tarv. Ald.

16. *ille major — affectus*. Qui in ipſum πάθος evadit.

nos — ſummittimus. Geſnerus appoſite exemplum oſtendit Cic. pro Roſc. Am. c. 49.

et ignorant. Geſnerus, poſt Capper., rectiſſime improbat Burmannum, ſuadentem *nos ign.*, quaſi *affectatores* iſtos *libertatis* laudet Qu., conferre jubens 6, 4, 15.

cendi, aut affectatores libertatis, plus invidiam, quam convicium, posse: nam invidia adversarios, convicium nos invisos facit. Ille jam paene medius affectus est, ex 17 amoribus et ex desideriis amicorum et necessariorum. Nam et hoc major est, et illo minor. Non parum significantes etiam illa in scholis ἤθη dixerimus, quibus plerumque rusticos, superstitiosos, avaros, timidos, secundum conditionem propositorum effingimus. Nam si ἤθη *mores* sunt; cum hos

plus invid. Guelf. *quam inv.* Mire!

17. *am. et ex.* Turic. (a pr. manu) Camp. omittunt *et*. Non male. *significantes.* Sic Turic. (a pr. manu) Guelf. Camp. Reliqui *significanter*. Nostrum vulgato, etsi exiguo discrimine, praestare videtur. Sic et Oudend. ad Suet. Claud. 28 *libens* praetulit τῷ *libenter*. Adverbium propius verbum esse debebat, ni fallor. „Si ita dixerimus, recte, „quid res sit, ostendemus." cf. § 12. 27. Jens. (tac. Gesn.) *significantur* cum edd. ante Ald. exc. Tarv.

propositorum. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *propositionum* cum Goth. 2. et edd. ante Ald. Regius correxit. *si* Sic Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. cum Vall. Bad. pr. Obr. Reliqui *sic* ex prava Regii correctione, quanquam jam Camp. idem.

17. *hoc major. Hic* in hisce semper ad ἦθος referendum est, *ille* ad πάθος.

significantes. cf. not. crit. Designat profecto quas ethopoeïas appellamus. vide dicta ad 1, 9, 3.

propositorum. i. e. thematum cf. 4, 1, 4. 7, 1, 4. Quanquam vel hoc exemplo apparet, quantum fluctuet Qu. in vocabulis artis usurpandis (cf. 5, 14, 10): *propositum* enim apud Ciceronem nequaquam est *thema*, verum διάτις, vide 3, 5, 5.

Nam, si — orationem. Nominis proprietatem defendit. „Si enim ἤθη sunt *mores*, „quid aliud nisi ἤθη in ora„tione nostra potest esse tum, „cum *mores* imitamur.

imitamur, ex his ducimus orationem. Denique hoc omne bonum et comem virum poſcit. Quas virtutes cum etiam in litigatore debeat orator, ſi fieri poteſt, approbare, utique ipſe aut habeat, aut habere credatur. Sic proderit plurimum cauſis, quibus ex ſua bonitate faciet fidem. Nam qui, dum dicit, malus videtur, utique male dicit: non enim videtur juſta dicere, alioqui ἦθος videretur. Quare ipſum etiam dicendi genus in hoc placidum debet eſſe ac mite: nihil ſuperbum, nihil elatum ſaltem ac ſublime deſideret: proprie, jucunde,

imit. ex. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Bad. pr. (et profecto Vall.) Obr. Reliqui inſerunt *et*. Peſſime.

18. *approbare.* Turic. *adprobari*, a ſec. manu *adprobare.* cf. § 16. 6, 3, 3. *alioqui* ἦθος. Turic. *a. et vos.* Guelf. *a. et nos.* Goth. (tac. Geſn.) *a. ethos.* Jenſ. inſerit *qui* cum edd. ante Bad. exc. Camp. in qua ſcriptura eſt interrogandi forma, negationem valens. Ego ex Turic. ceteriſque illis ſcripturis eruo: *et bonus.* Poſtremi vocabuli compendium locum dedit errori. De ſententia cf. 2, 15, 34.

18. *Denique hoc omne.* Cave ad proxima adjungas. *Hoc omne* eſt id quod generatim tractamus, τὸ ἦθος.

approbare. ſcil. judicibus. Sic idem verbum 3, 6, 63.

alioqui — ἦθος videretur. Hoc non intelligo. Dicunt, *videretur* poſitum pro *appareret, conſpiceretur.* Sed hoc dici poſſe video, probari poſſe, non video; in tanta praeſertim vicinia proprie adhibiti verbi *videri.* Neque facile credam ἦθος ſic a Romano pro *virtute* potuiſſe uſurpari quae apud Graecos interdum eſt ſignificatio. vid. not. crit. Recte autem Pſeudo-Turnebus conferre jubet 5, 12, 9.

19. *nihil elatum ſaltem — deſideret.* „Quid ſignificat illud: *ſaltem?* Malim etiam „legere: *deſiderat.*“ Rollinus. De *ſaltem* cf. 5, 1, 3. Burmannus h. l. eadem quae nos animadvertit, negligens tamen,

credibiliter dicere, ſat eſt. ideoque et medius ille orationis modus maxime convenit. Diverſum eſt huic, quod πάθος dicitur, 20
quodque nos *affectum* proprie vocamus: et, ut proxime utriusque differentiam ſignem, illud comoediae, hoc tragoediae ſimile. Haec pars circa *iram*, *odium*, *metum*, *invidiam*, *miſerationem* fere tota verſatur. Quae quibus ex locis ducenda ſint, et manifeſtum omnibus, et a nobis in ratione prooemii atque epilogi dictum eſt. Et *metum* tamen 21
duplicem intelligi volo, quem patimur, et

19. *orationis.* Sic (ut optabat Regius) Turic. Guelf. Camp. cum Vall. Voſſ. 2. *oratoris* Jenſ. et reliquae ante Ruſc.

20. *proxime.* Goth. *proprie* cum Voſſ. 2. et Vall. cf. 6, 1, 52. *duc. ſint.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *d. ſunt* cum edd. ante Baſil.

quod negatio adjungitur, ſine qua diverſa eſt ratio; et ablegans ad exempla aliena ſcriptoresque, quorum nemo noſtram locutionem reſpexit. De *deſiderat* tacet. Equidem unice accedo Rollino. cf. 4, 1, 24. Alienum eſſe conjunctivum, liquebit ſi quis poſuerit: *concupiſcat, petat;* quod ipſum tamen magis ferendum quam idem in *deſiderando*, cujus indicativus valet conjunctivum *habeat.* cf. 4, 2, 9.

medius ille — modus. vide 2, 17, 8.

20. *proxime.* ſcil. ad veritatem i. e. quam *veriſſime* fieri poteſt. Sic et Plin. H. N. l. 16, p. Bip. 128 „*proxime* „— aeſtimanti." Ejusdem generis locutio videtur *proximum* argumentum, quae legitur Declam. 13. p. Bip. 258. cui loco conferunt Appulej. Apolog. p. Elmenh. 278 (non longe ab initio) „tam *proxi*- „*mum* argumentum." Minus placet quod *proximum* illic interpretantur *in promptu, obvium.* Poſſit tamen et *proximitas* iſta trahi non ad *veritatem* ſed ad rem ubique tractatam, ut hic *proxime* ad *affectus* hoſce; minus et hoc apte, ut mihi quidem videtur.

quem facimus: et *invidiam;* namque altera invidum, altera invidioſum facit. Hoc autem hominis, illud rei eſt; in quo et plus habet operis oratio. Nam quaedam videntur gravia per ſe, *parricidium*, *caedes*, *vene-*
22 *ficium:* quaedam efficienda ſunt. Id autem contingit, aut cum magnis alioqui malis gravius eſſe id, quod paſſi ſumus, oſtenditur; quale eſt apud Virgilium:

O felix una ante alias Priameïa virgo,
Hoſtilem ad tumulum Trojae ſub moenibus altis
Juſſa mori —

(quam miſer enim caſus Andromachae, ſi
23 comparata ei felix Polyxena!) aut cum ita exaggeramus injuriam noſtram, ut etiam, quae multo minora ſunt, intoleranda dica- 522

21. *altera invidum.* Deſunt haec Goth. et Voſſ. 2. cf. § 7. *oratio.* Turic. (a ſec. manu) Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) *ratio* cum edd. ante Ald. exc. Camp. Male. In Vall. noſtrum a ſec. manu. *parricidium.* Turic. *patric.*

22. *cont. aut cum.* Turic. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) omittunt *aut* cum Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. niſi quod Baſil. modo pro *autem* dat *aut.* Habent particulam Guelf. Goth. ſi recte tacui. *ei.* Guelf. *eo.* Turic. *os*, a ſec. manu *o.*

23. *ita.* Turic. (a pr. manu) Camp. *vita.*

multo. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) *multa* cum edd. ante Ruſc. Correxit Regius, ſed Camp. verum.

in rat. prooem. atque epil. l. 4. c. 1. l. 6. c. 1.

21. *et invidiam.* Deſignat Turnebus Tuſcul. Diſp. 4, 7. „invidia non in eo, qui invidet ſolum dicitur, ſed etiam „in eo, cui invidetur.“

Hoc — illud. cf. § 9.

22. *Virgil.* Aen. 3, 321.

mus: *Si pulſaſſes, defendi non poteras: vulneraſti.* Sed haec diligentius, cum ad eam amplificationem venerimus, dicemus. Interim notaſſe contentus ſum, non id ſolum agere affectus, ut, quae ſunt, oſtendantur acerba ac luctuoſa, ſed etiam ut, quae toleranda haberi ſolent, gravia videantur: ut, cum in maledicto plus injuriae, quam in manu; in infamia plus poenae dicimus, quam in morte. Namque in hoc eloquentiae 24
vis eſt, ut judicem non in id tantum compellat, in quod ipſa rei natura ducetur: ſed aut, qui non eſt, aut majorem, quam eſt, faciat affectum. Haec eſt illa, quae δείνωσις vocatur: rebus indignis, aſperis, invidioſis

ad eam ampl. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Reliqui omittunt *eam*, quod expunxit Regius. *venerimus.* Guelf. Camp. *veniemus.* Male. Turic. pr. manus omiſit.

24. *in id.* Sic Turic. Camp. Reliqui *ad id.*

compellat. Sic Turic. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. exc. Camp. Reliqui *impellat.*

ipſa rei. Sic Turic. Camp. cum Voſſ. 2. (Nec Goth. nec Guelf. ulla in ſchedis mentio.) Reliqui fere *ipſe a rei*, quanquam leviter fluctuant.

ducetur. Sic Turic. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Ald. Voſſ. 2. (Goth. *ducitur* tac. Geſn.) Reliqui *duceretur.* cf. § 3.

23. *ad eam amplificationem.* vide 8, 4, 9 ſeqq. Dicit et ibi aliquoties *haec amplif.* ut ſpecies oſtendatur univerſae *amplif.*

Interim notaſſe. cf. 5, 11, 16.

quae ſunt i. e. acerba ac luctuoſa.

addens vim oratio: qua virtute praeter alias plurimum Demoſthenes valuit. Quod ſi tradita mihi ſequi praecepta ſufficeret, ſatis feceram huic parti, nihil eorum, quae legi, vel didici, quod modo probabile fuit, omittendo: ſed mihi in animo eſt, quae latent penitus, ipſa hujus loci aperire penetralia; quae quidem non aliquo tradente, ſed expe-

alias. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Vall. Voſſ. 2. Bad. Reliqui *alios.*

25. *ſatis feceram.* Turic. *ſ. fecerat.*

mihi. Turic. a pr. manu *mere* et ſic Alm. (cf. 6, 1, 38. item mox). Unde efficit Burmannus ſcripturam, mihi valde placentem: *eruere i. a. e. q. l. p. et i.* cet. *Et* additum in hac ratione, longe molliorem et terſiorem facit ſtructuram. Quis enim probet haec: „quae latent *penitus ipſa penetralia aperire?*“ cf. 9, 2, 63 „*latens* aliquid *eruitur*“ item 6, 1, 51. Tarv. (per errorem) *nihil.* Guelf. mox omittit *ipſas.* ſolus, nec bene. Adde et 4, 2, 60. „*occultum — erutum.*“

24. *praeter alias*, intellige *virtutes.* Nota res, et agnita tam veteribus quam recentioribus. Vide in primis Dionyſii Halic. librum περὶ Δημοσθένους δεινότητος, quae quidem ipſa latius patet quam δείνωσις. Conſule et Lexicon rhetoric. Graec. Erneſti in δείνωσις.

25. *mihi.* vide not. crit.

non aliquo tradente. Monent VV. DD. hoc praeceptum a Cicerone dari de Orat. 2, 45. ab Horatio notiſſimo loco ad Piſon. v. 101 ſeqq. Almeloveenius et Ariſtotelem appellat (non quidem in Rhetoricis, ut ipſe ait, ſed in Poetica c. 18 apud Buhl. V. 5. p. 240) πιθανώτατοι γὰρ ἀπ' αὐτῆς τῆς (vide Hermann. p. 158.) φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσίν εἰσι. Sed illud de φαντασίαις (§ 29 ſeqq.) tanquam peculiare Quintiliano vindicat Geſnerus. Si Strebaeus, quem improbat Geſnerus, ad Ciceronem de Orat. *inſolentiam gloriandi* objicit Quintiliano, aſperius ſane, vix tamen reperio, quo defendam ampullas haſce in homine alioqui ſano in primis et prudente, cum neque primus eruerit hoc neque ipſum praeceptum ſit ex arcanis et reconditis. Ne Gedoynus quidem mihi ſatis facit, qui Qu. ait

rimento meo, ac natura ipsa duce, accepi.
Summa enim (quantum ego quidem sentio) 26
123 circa movendos affectus in hoc posita est, ut moveamur ipsi. Nam et luctus, et irae, et indignationis aliquando etiam ridicula fuerit imitatio, si verba vultumque tantum, non etiam animum, accommodaverimus. Quid enim aliud est causae, ut lugentes, utique in recenti dolore, disertissime quaedam exclamare videantur, et ira nonnunquam indoctis quoque, eloquentiam faciat, quam quod illis inest vis mentis, et veritas ipsa morum? Quare in iis, quae verisimilia esse 27
volemus, simus ipsi similes eorum, qui vere patiuntur, affectibus: et a tali animo proficiscatur oratio, qualem facere judicem

26. *indignationis.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *indignationes* cum Voss. 2. Ald. Nulla Alm. mentio cf. modo item mox hac §. *etiam.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Ald. Bas. Reliqui omittunt. Malim *ei* quoque hic inferi alicubi.

fuerit. Turic. *fuit* a pr. manu (cf. § 15.), correctum *sunt* et sic Guelf. Sed Goth. *sunt ut* cum Voss. 2. Neque hic Alm. memoratur cf. modo, item § 27.

accomm. Turic. *accommodarimus* a pr. manu. Placet.

nonnunquam indoctis. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. et edd. ante Leid. Reliqui inserunt *in.* Turic. Goth. *indoctus.*

27. *quae verisim.* Turic. *quoque v.* cum Alm. cf. § 26. item hac §.

probe memorem, quid alii dixerint, hoc colore excitare modo voluisse orationem.

accepi. Non sane placet verbum ad *penetralia* relatum; sed, omissa jam esse videtur similitudo, et in universum haec dicta.

26. *veritas — morum.* Vix mihi tempero, quin legam *motuum.* Mox § 29 sunt *motus.*

volet. An ille dolebit, qui audiet me, qui in hoc dicam, non dolentem? iraſcetur, ſi nihil ipſe, qui in iram concitat ſe idque exigit, ſimile patietur? ſiccis agenti oculis
28 lacrimas dabit? fieri non poteſt. Nec incendit, niſi ignis; nec madeſcimus, niſi humore: nec res ulla dat alteri colorem, quem non ipſa habet. Primum eſt igitur, ut apud

me qui in hoc dic. Sic Turic. cum Alm. ille tamen a ſecunda manu *m. q. ſi h. d.* et ſic Guelf. *m. cum haec d.* Goth. Voſſ. 2. *m. cum hoc d.* Camp. et edd. ante Stoer. qui transponit *m. hoc cum d.* et ſic reliqui.

dolentem. Turic. a ſec. manu *dolenter* et ſic Guelf. cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Ald. exc. Camp. Tarv. cf. § 17. *ſe.* Sic Guelf. cum Jenſ. et edd. ante Ald. *conciteſſe.* Turic. a pr. manu, a ſec. *concitat*, omiſſo *ſe.* Alm. *concitaſſem* (cf. hac § item § 29). Regius expunxit *ſe* quod reliqui omittunt, in his Goth. Vall. 2. cf. § 20. *agenti.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *agentis* cum Alm. Voſſ. 2. Vall. Ald. *agens* (ut volebat Regius) Loc. et reliquae ante Gryph. exc. Bad. ſec., qui primus noſtrum; unde, ignoro. Sanius hoc eſt profecto et verius, ſed neſcio quomodo acrius et elatius videtur cum genitivo, ut *ſiccis oculis* ſint dativi, quo poſitus etiam participii deducit. Neque hic tam proclivis erat error librariorum, qui *ſ* ad *agenti* addiderint de ſuo.

28. *alteri.* Turic. Guelf. *alterius.* Camp. omittit.

non ipſa. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *i. n.* cf. § 15. 34.

27. *in hoc.* ſcil. ut doleat; ita mox *idque exigit.* cf. Ruhnken. ad Vellej. 2, 41 extr.

concitat ſe. Cave ad dicentem referas pronomen.

agenti. cf. not crit.

28. *dat alteri colorem.* „Non verſatur Fabius in rebus naturalium doctrina, „aut circa experimenta chemicorum; alias facile eſſet „exemplis iſta revincere tum „vulgaribus tum reconditioribus: de ſimplici illo craſſoque affrictu et contactu carborum, rubricae, ac pigmentorum agere eum apparet.“ Geſnerus.

nos valeant ea, quae valere apud judicem volumus: afficiamurque, antequam afficere conemur. At, quomodo fiet, ut afficiamur? 29 neque enim ſunt motus in noſtram poteſtatem. Tentabo etiam de hoc dicere. Quas φαντασίας Graeci vocant, nos ſane *viſiones* appellemus: per quas imagines rerum abſentium ita repraeſentantur animo, ut eas cernere oculis, ac praeſentes habere videamur. Has quisquis bene conceperit, is erit 30

29. *noſtram poteſtatem.* Sic Turic. (a pr. manu). Reliqui *noſtra poteſtate.* „Suſpicor antiquam et Ciceroni uſitatam con„ſtructionem hic corrupiſſe librarios, nam in V. C. Alm. „erat" (an et ibi, ut in Turic., repoſita vulgata? cf. § 27. item hac §) „*in noſtram poteſtatem.* ita enim Gellius lib. 1. „c. 7. docet veteres dixiſſe. vide et Gronov. ad Liv. 2, 14" (et Drakenb. ibidem) „et Voſſ. ad Jul. Caeſ. de bello Civil. 1, „25. et commentatores ad Sueton. Auguſt. 13." (quibus adde Oudend. ibidem et Sueton. Aug. c. 16 „in *conſpectum* fuiſſe.") Burmannnus. Palatini Gebhardi vulgatam dare putandi ſunt, cum iis utatur hic ad 1, 1, 12 *in uſum* et 3, 6, 63 *in aliam — opinionem* praeferentibus, defendens noſtram ſtructuram crepundd. 1, 5. noſtri tamen loci immemor. Libro 3. Burm. conjicit *iſſe* pro *eſſe.* φαντασίας. Turic. *fantaſias* cum Jenſ. et reliqui quoque ante Ald. latt. litt. (quibus adde Bad. pr.) ſed per *ph.* *appellemus.* Camp. *appellamus.* cf. 5, 10, 1. *cernere.* Turic. *cenſe* a ſec. manu *cenſere*, et ſic Alm. cf. hac § item § 30. *videamur.* Foedum operarum Geſneri vitium *videamus* repetitum a Bip.

30. *conceperit.* Turic. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) *coeperit* cum Alm. Vall. Goth. 2. et edd. ante Gryph. exc. Ald. Bad. ſec. Correxit Regius, et, quod hic neglexit, idem feci mox § 33 quem locum Burm. huic in vulgata tuendo affert, parum recte.

29. *in noſtram poteſtatem.* cf. not. crit.

φαντασίας. „Vide de his „ſummum magiſtrum Longi„num c. 15" (non 16) „et „quae ad eum viri doctiſſi„mi" Geſnerus. cf. Lexicon Rhet. Ern. Graec. h. v.

in affectibus potentissimus. Hunc quidam 524
dicunt εὐφαντασίωτον, qui sibi res, voces, actus secundum verum optime finget: quod quidem nobis volentibus facile continget. An vero, inter otia animorum, et spes inanes, et velut somnia quaedam vigilantium, ita nos hae, de quibus loquor, imagines prosequuntur, ut peregrinari, navigare, proeliari, populos alloqui, divitiarum, quas non habemus, usum videamur
31 disponere, nec cogitare, sed facere: hoc

Nam et ibi libri omnes *coepit*, nec nisi aliquot in utroque loco *ceperit*, *cepit* quae est correctio librarii, cum in *coeperit*, *coepit*, lateat vera ipsa scriptura, per compendium.

Hunc. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Tarv. Jens. *has.* orto errore ex obscuritate vocis quae sequitur Graecae.

quidam. Turic. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *quidem* cum edd. ante Ald. Sed Guelf. et Camp. verum.

εὐφαντασίωτον. Turic. tam obscuris litt. ut legi nequeat. Guelf. lacunam habet. Goth. ἐν πᾶσι σοφόν cum Voss. 2. dare narretur ἐμπαντασοφὸν, sed hic in margine ἐμφαντασίοτον Camp. εἰπαησιστοτον. Tarv. primus veram vocem. Adhuc hoc solo loco cognovimus vocabulum Graecum cf. 3, 6, 35 ubi Camp. expresse ἀτρολητον.

An vero. Turic. Guelf. *nil v.* Alm. dare narratur: *nihil ū* (cf. § 29. 34). Jens. (tac. Gesn.) *Nam u.* Reliqui *Nam ut*, pro quo Regius malit *N. vel*, corrupte vulgatam legi agnoscens. *Vero* est etiam in illo *u* Jens. *An* pro *Nam* vel potius NIL (cf. 5, 14, 25 not. ex.), de conjectura reposui, et probo locis geminis quae vide in not. ex.

loquor. Ita Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Reliqui *loquimur.* cf. 5, 8, 4.

prosequuntur. Goth. (tac. Gesn.) *perseq.* cum Voss. 2. Vall. cf. § 27.

30. *An vero — non transferemus.* De hac orationis forma cf. 5, 12, 21.

animi vitium ad utilitatem non transferemus? At hominem occiſum queror; non omnia, quae in re praeſenti accidiſſe credibile eſt, in oculis habebo? non percuſſor ille ſubitus erumpet? non expaveſcet circumventus? exclamabit? vel rogabit, vel fugiet? non ferientem, non concidentem videbo? non animo ſanguis, et pallor, et gemitus, extremus denique expirantis hiatus inſidet? Inſe- 32
525 quetur ἐνάργεια, quae a Cicerone *illuſtratio et*

31. *non transf.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *noſtram tr.* cum Vall. *At.* Turic. *ad* cum Alm. Camp. ſed Turic. a ſec. manu *at* et ſic Guelf. cum edd. ante Bad. qui e Vall. *ut* cum Goth. (errante Geſn.) et reliquis omnibus. Interpretatur Badius *ut* hoc modo: *Velut, ſi — queror.* Ego primam Turic. manum *ad* natam ſuſpicor ex errore ejus qui ad *hominem* referret ad *transf.* *queror.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Gryph. Novitia ergo eſt iſta ratio ſtruentium ita: *ut querar, non — habebo?* i. e. „non habebo, quo melius querar;“ quae per ſe ſpectanti videbitur jejuna. *fugiet.* Stoer. Chouet. Leid. *ferret.* Peſſime. Correxit e Codd. Gibſ.

32. ἐνάργεια. Turic. ενεργεια et a ſec. manu *enercia.* Guelf. Camp. ἐνέργεια, ut et Voſſ. 2. et Tarv. Ald. Baſ.

31. *At — queror.* Cenſeo delendum eſſe *At.* cf. not. crit. Exemplum abrupte inducitur optime.

inſidet. Producenda eſt penultima, ut appareat futurum. cf. not. ad 3, 8, 60. not. crit. ad 5, 13, 13. item Drakenb. ad Liv. 2, 29, 6. 9, 21, 6 et Oudend. ad Sueton. Tiber. 14. Rem optime dirimit Burmannus, monens *ſedet* dici in eo, quod manet, ſubſiſtat, *ſidit* in eo, quod ad fundum vel locum humilem tendat. Ita hic *inſidet animo* eſt pro: irrepet in animum, ſubibit animum. Neque erat, quod conjiceret Rollinus *inſidebit*, quem revincit non nominatum Capper.

32. *a Cicerone.* Lucull. c. 6. habes „perſpicuitatem „aut *evidentiam.*“ Illuſtrationem ubi vertiſſet Grae-

evidentia nominatur, quae non tam dicere videtur, quam oſtendere: et affectus non aliter, quam ſi rebus ipſis interſimus, ſequentur. An non ex his viſionibus illa ſunt,

Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa?
— Levique patens in pectore vulnus?

equus ille in funere Pallantis,

Sed Vall. verum ut et Goth. Correxit Regius hic ut 4, 2, 65 ubi etiam pejora monſtra velut Turic. *apriaa*, a ſec. manu *argila*. Camp. ἀργιλα. Apud Rufinianum Geſnerus (anno 1745) et Capper. (anno 1750) repoſuerunt *enargia* pro *energia*. *penſa Levique*. Sic Turic. Camp. cum edd. ante Baſ. Reliqui inſerunt *et*. Goth. et Guelf. non notavi; negligenter ut ſuſpicor. *equus*. Turic. Guelf. *et quos* cum Alm. et edd. ante Ald. ne hic quidem recedente Ruſc. cf. § 30. Hoc correxit Regius, ſed antepoſuit *et*, quod deinde propagarunt Aldus et reliqui; quanquam Camp. jam *et aequus*. Goth. Voſſ. 2. Vall. *et equus*. cf. § 30. In *et quos* latebat nihil niſi *equus*.

cum Cicero, nondum oſtenderunt VV. DD. nec oſtendent, ut opinor. Huc enim nequaquam pertinet, quod De Nat. Deor. 1, 31. *illuſtratio* legebatur ante Daviſium, nunc eſt *luſtratio*. Aut vitium ineſt ſcripturae, aut (quod verius puto) memoria lapſus eſt Qu., cui obverſabatur locus de Or. 3, 53 ubi eſt *illuſtris explanatio*. cf. 6. 1, 24. Sed in noſtri loco diſplicet etiam *Inſequetur*. Nullam compoſiti verbi vim agnoſco. Deinde, ſi reſpondet illi, quod mox eſt, *ſequentur*, tanto minus convenit. Mihi quidem illa geminatio *ſequendi* non valde arridet; Quintiliano petitam tamen credam, modo pro *Inſequetur*, fuerit *Hinc ſequetur*. Libri quidem nullius varietatem animadverti, niſi quod Turic. a pr. manu *inſequentur*. *Enargia* inter figuras definitur a Rufiniano ut a noſtro. Ruhnk. in ed. Rutil. p. 275. cf. Nic. Faber ad M. Senec. Contr. 2, 11 extr.

Excuſſi. Virg. Aen. 9, 474.

33. *Levique patens*. Aen. 11, 40. *poſitis inſignibus* Aen. 11, 89. *Et dulcis*. 10, 781.

— *positis insignibus?*

Quid? non idem poëta penitus ultimi fati concepit imaginem, ut diceret,

— *Et dulces moriens reminiscitur Argos?*

Ubi vero *miseratione* opus erit, nobis ea, de 54
quibus queremur, accidisse credamus, atque id animo nostro persuadeamus. Nos illi simus, quos gravia, indigna, tristia passos queremur: nec agamus rem, quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus, quae in nostro simili casu dicturi essemus. Vidi ego saepe histriones 55

positis insign. Sic omnes ante Gryph. Reliqui inserunt *qui.* *insign. Quid.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tae. Gesn.) cum Alm. Voss. 2. et edd. ante Basil. Reliqui inserunt sequentem apud Virgilium versum.

34. *queremur acc.* Sic Turic. (a pr. manu) Camp. (nisi quod hic *s* in fine pro *r*). Reliqui *querimur.*

id. Turic. Guelf. Camp. *in* cum Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Rusc. Hic omittit vocem cum Ald. Bad. pr. Vall. Regius reposuit nostrum. *indigna tristia.* Turic. *an digna tristitia* cum Alm. *aut digna tristitia* Camp. *An* correctum in *in* in Turic. *queremur nec.* Sic Turic. (a pr. manu) Camp. Reliqui *queramur.*

nostr. sim. Ita Turic. Guelf. Camp. Reliqui *s. n.* cf. § 28. 36. *essemus.* Turic. (a pr. manu) *vidisse-mus* cum Alm. cf. § 30. 36.

55. *Vidi — comoedos.* Quid differant *histriones* et *comoedi* non adeo facile dictu est mihi. Locus huc quidem maxime faciens adhuc mihi cognitus est Sueton. Cal. c. 54. ubi *tragoedi* (quod nullo negotio potest ad *comoedum* transferri) *pronunciatio*, secernitur a *gestu histrionis.* cui similis ejusdem Neron. c. 24 ubi *hypocrita* est qui illic *histrio.* His acquiescere satius duxi, quam vel majorem veri peritiam simulare, vel rem tentare mihi valde impeditam, cum Gronovii et Salmasii (quamvis distinguentis tem-

atque comoedos, cum ex aliquo graviore actu perſonam depoſuiſſent, flentes adhuc egredi. Quod ſi in alienis ſcriptis ſola pronunciatio ita falſis accedit affectibus: quid nos faciemus, qui illa cogitare debemus, et moveri periclitantium vice poſſumus? 36 Sed in ſchola quoque rebus ipſis affici convenit, easque veras ſibi fingere, hoc magis,

35. *accedit.* Sic omnes praeter Goth. qui *accendit.* Geſnerus hanc ſibi conjecturam a Codice praereptam dolebat. Sed tum *Quod* debebat mutari in *Quos* et verbum ipſum eſt nimium. *et — poſſumus.* Sic Turic. Camp. Tarv. cum Alm. Ald. *ut — poſſumus* Jenſ. *et — poſſimus.* Baſil. Reliqui, etiam Regio jubente *ut — poſſimus.* Guelf. mihi non memoratum miror; ſed Voſſ. 2. Goth. Vall. cum recepta facere facile credo.

36. *quoque rebus.* Sic Turic. Reliqui. *r. q.* cf. § 34. item § hac extr.

pora) aliorumque decretis multa veterum loca obſtare mihi viderentur. Geminum huic Ciceronis locum indicat Geſnerus de Orat. 2, 46. Sichardus, ni fallor, Gellii 7, 5. Miram etiam hoc, quod *comoedi* dicuntur *flentes* egredi.

accedit affectibus i. e. ad eos accedit, eos aequat, ſic 10, 1, 86. et Aſcon. Ped. ad Divin. in Caecil. (quanquam aliena interpretatione) „*accedere* eſt, proximum fieri.“ cf. Sil. Ital. 14, 26. quanquam ibi cum accuſativo ſtruitur.

cogitare debemus et moveri — poſſumus. Ne quis ultima haec nimis jacere putet, monendum videtur, id, quod *cogitare* etiam *debemus*, opponi *alienorum ſcriptorum ſoli pronunciationi* (cf. 3, 8, 51 *pronunciando — dicendo*), quod autem *moveri poſſumus* reſpondere „*falſis* affectibus.“ Id quoque cavendum, ne quisquam *vice* interpretur *loco.* Accipiendum eſt ſic: *caſu, infortuniis.*

36. *Sed in ſchola.* Quae praeceſſerunt, ad ſolum actorem forenſem ſpectabant. Nunc et in declamationibus tale quid fieri poſſe, docet; et ſi non *perſonis*, at *rebus ipſis* affici.

easque — fingere. Interpretare: tales ſeligere, quae

526 quod illic ut litigatores loquimur frequentius, quam ut advocati. Orbum agimus, et naufragum, et periclitantem: quorum induere perſonas quid attinet, niſi affectus aſſumimus? Haec diſſimulanda mihi non fuerunt, quibus ipſe, quantuscunque ſum, aut fui, perve-

quod. Camp. *quia.* cf. § 15. 6, 3, 6.

illic ut lit. Turic. (a pr. manu) *illi lit.* Alm. *illi ut l.* (cf. § 34. item hac §). Camp. *illic l.* cf. § 15.

induere. Jenſ. Tarv. *inducere.* Correxit Regius. cf. 3, 8, 50. *quid att.* Camp. *non a.* cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Gryph. Mire, ſed ſententia quidem non differt. *fuerunt.* Camp. *fuerint.* Male.

quantuscunque — perveniſſe. Turic. *quantiscunque is a. f. p.* cum Alm. (cf. hac § item 6, 3, 3). Sed ille a ſec. manu *aut* mutat in *as.* Guelf. *quantiscunque uſus ſum p.* Goth. *quantuscunque ſ. ac f. nam p.* Camp. *quantuscunque ſum nam p.* cum Andr. *quantuscunque ſim nam p.* Ald. *quantuscunque uſus fuit nam perv.* Sichardi apud Gibſ. et Baſ. Noſtram ipſam dant Jenſ. (tac. Geſn. de *nam* omiſſo) et edd. ante Ald. (niſi quod *ſim* habent Jenſ. et Tarv.) quo acc. Bad. pr. Mox Bad. ſec. ad noſtram addit *nam* inſertum ante *perv.* quam ſcripturam reliquae dant. Parentheſin faciunt *nam — credo,* ut *motus ſum* pendeat a *quibus.* Videor optimis auctoribus expunxiſſe *nam* (quod ipſe nonniſi in uno Gotlr. MS. reperi cf. § 21). Longe melius dicitur et ad latinitatem et ad ſententiam *quibus perveniſſe me credo,* quam *quibus motus ſum.* Num *praeceptis* hiſce, vel artificiis orandi, *motus* fuit? Diſplicuit ſane iis, qui inſererent *nam,* abrupta in fine oratio: *frequenter* cet.; nec profecto mihi placet; velim molliri ſaltem ſubjecto *enim,* quod dicat aliquis excidiſſe poſt *frequenter,* hauſtum ab hujus ultimis. Modeſtiae color corrumpitur ponendo *nam* poſt *quantuscunque.* Manifeſtum cenſeo et hoc, in

veritatem praeferant, non fabuloſas (cf. 2, 10, 5). Neque enim recte accipi crediderim hic *fingere* pro *credere.*

quod illic. Succurrit reponere *quo,* referendo ad *frequentius;* ſed cum hoc longe inde ſit, fortaſſe non opus illa relatione ad *hoc magis.*

quantuscunque. cf. 4, 2, 86.

niſſe me ad aliquod nomen ingenii credo. frequenter motus ſum, ut me non lacrimae ſolum deprehenderent, ſed pallor, et veri ſimilis dolor.

III. Huic diverſa virtus, quae *riſum* judicis movendo et illos triſtes ſolvit affectus, et animum ab intentione rerum frequenter avertit, et aliquando etiam reficit, et a ſatietate vel a fatigatione renovat. Quanta ſit autem in ea difficultas, vel duo maximi oratores, alter Graecae, alter Latinae elo-
2 quentiae principes, docent. Nam plerique Demoſtheni facultatem defuiſſe hujus rei

illa ſtructura *quibus motus*, opus fuiſſe expreſſo *ita*, quod ſubaudiri poteſt in noſtra ratione. Turicenſis illud *is* nihil aliud eſt niſi *ſim*, cui praeferendum eſt *ſum*, praeſertim ob *fui*. Repoſitum *as* pro *aut*, deſtinabatur profecto *ae*, quod eſt in Goth. *uſus ſum* Guelf. quod inquinavit Sichard. ab argutante librario profectum exiſtimo.

non laor. Jenſ. (tac. Geſn.) *l. n.* cum edd. ante Bad. cf. hac § item 6, 3, 2. *deprehenderent.* Sic Turic. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſ. Reliqui *deprehenderint*. *veri.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *vero*.

1. *ſat. vel a ſat.* Goth. (tac. Geſn.) *ſ. v. f.* cum Voſſ. 2. *ſ. et f.* Camp. *maximi.* Turic. Guelf. *maxime* cum Alm. Placet; in vulgata *vel* poſt *duo* collocandum videtur. Ut nunc eſt *vel* demonſtrat non plus quam duobus opus ad hoc dicendum, ubi adverbium aptius videtur, cum etiam laus ſit in ſequentibus. *principes.* Guelf. *princeps.* Placet.

2. *def. huj. re.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *h. r. d.* cf. 6, 2, 36. item § 3.

1. *maximi.* cf. not. crit.

2. *Demoſtheni — defuiſſe.* Geſnerus monet, Ciceronem, agnoſcentem ita vulgo judicari, magnam tamen praedicare Demoſthenis urbanitatem Orat. c. 26. extr.; recenſere autem aliquot ejus dicta Plu-

credunt, Ciceroni modum. Nec videri poteſt noluiſſe Demoſthenes, cujus pauca admodum dicta, nec ſane ceteris ejus virtutibus reſpondentia, palam oſtendunt, non diſplicuiſſe illi jocos, ſed non contigiſſe. Noſter vero, non ſolum extra judicia, ſed in ipſis etiam orationibus, habitus eſt nimius riſus affectator. Mihi quidem, ſive id recte

3. *affectator.* Turic. *adfectatior* (de orthogr. cf. 6, 2, 18. item hic § 90.) *affectatior* Alm. (cf. 6, 2, 36. item § 5.) cum Palat. Gebhardi, qui hoc, cum altera ejusdem Cod. varietate, *mimis* pro *nimius* (cf. § 8. Camp.), conjungens, impenſe pro-

tarchum in vita p. 851. B. Capperonnerius ablegat ad Longinum c. 34. ubi inter alia et hoc: ἔνθα μέντοι γελοῖος εἶναι βιάζεται καὶ ἀστεῖος, οὐ γέλωτα κινεῖ μᾶλλον, ἢ καταγελᾶται. Ad quem locum Tanaquillus Faber, improbans Hermogenem, qui eum judicet κωμῳδεῖν ἐπίστασθαι (περὶ μεθόδου δεινότητος c. 34. p. 563), Demoſthenem acommodat, quod in rara Thucydidis facilitate a quibusdam dictum refert ipſius Scholiaſtes λέων ἐγέλασεν ἐνταῦθα. vid. Thucyd. Bip. Vol. 5. p. 359. (Non debebat ibi optimus Dukerus cogitare de Leone rhetore.) Dionyſii Hal. judicium de urbanitate Demoſthenis (περὶ Δημ. δεινότητος. Rsk. T. 6. p. 1122) ut nunc eſt conſpirare videtur cum hoc ipſo vulgo recepto. Vix tamen credo verba illa prorſus eſſe ſana. πλεῖστον γὰρ αὐτῆς μετέχει μέρος ſic video accipi, ut ſubjectum ſit εὐτραπελία quae plurimam partem habeat τῆς χάριτος. Quid ſi ſubjectum eſt Demoſthenes, qui multum habeat εὐτραπελίας? Sed tum οὐδὲ oportebit inferere ſupra, jubente etiam Reiskio. cf. et mox § 21. Pearcius indicat locum noſtri huic geminum; 10, 1, 107. „Salibus — „vincimus.“ Juſtus Lipſius Variar. lect. 2, 17 (citante Almelovenio) rectiſſime Ciceronem defendit ab irriſione Corn. Taciti, quem tunc temporis credebat auctorem Dial. de Oratt.

dicta. proprie ita facetias appellari, notum.

3. *nimius riſus affectator.* Notum Catonis illud: ὦ ἄνδρες, ὡς γελοῖον ὕπατον ἔχομεν. Plutarch. Vol. 1, 769 D. *Scurra conſularis* audiebat ab inimicis Macrob. Saturn. 2, 1.

judico, ſive amore immodico praecipui in eloquentia viri labor, mira quaedam in eo 4 videtur fuiſſe urbanitas. Nam et in ſermone quotidiano multa, et in altercationibus, et interrogandis teſtibus plura, quam quisquam, dixit facete, et ipſa illa, quae ſunt in Verrem dicta frigidius, aliis aſſignavit, et teſtimonii loco poſuit: ut, quo ſunt magis vulgaria, eo ſit credibilius, illa ab oratore 5 non ficta, ſed paſſim eſſe jactata. Utinamque

bat; malit tamen fere *affectantior*. Sed rejicit Burm. *ineptam*, quam recte vocat, Gebhardi emendationem, et negat ſolicitandam receptam. *labor*. Camp. *labar*. Jenſ. *laboro*, cum edd. ante Burm. qui repoſuit noſtrum e Voſſ. 2. addicentibus MSS. meis. Locum geminum, quem deſignat, 10, 1, fruſtra quaero. *in eo videtur*. Sic Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *v. i. e.* cf. § 2. item mox.

4. *ipſa illa*. Sic Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Baſil. Reliqui *illa ipſa*. Camp. non notavi. cf. modo item § 10. *poſuit*. Guelf. *ponit*. placet fere, ob *ſit*, modo *aſſignat* quoque ſcribatur.

illa. Guelf. omittit. Goth. (tac. Geſn.) *ea*.

non ficta. Turic. Guelf. omittunt *non*. Soli. Guelf. *et* pro *ſed*.

5. *Utinamque lib.* Sic Turic. (a pr. manu) Guelf. Goth. (tac. Geſn., mire! cum ipſe, praeter ſilentium ſcriptorum, moneat ſimultates Ciceronum fratrum obſtare quo minus honorem aliquem a Quinto habitum credamus Marco) Camp. Tarv. cum Alm. Voſſ. 2. Andr. Pro *que* enclitico habent ſane *quae*

4. *in altercationibus*. cf. 2, 4, 28. Mox inferam *in* ante *interrogandis*. cf. § 11.

dicta frigidius. Rectiſſime Lipſius loco modo citato, ipſius Ciceronis appellat excuſationem Verrin. 1, 46 „Quae „ego non commemorarem „(neque enim perfacete dicta, „neque porro haec ſeveritate „digna ſunt) niſi vos illud „vellem recordari, iſtius ne„quitiam et iniquitatem tum „in ore vulgi, atque in com„munibus proverbiis eſſe ver„ſatam.“

libertus ejus Tiro, aut alius quisquis fuit, qui tres hac de re libros edidit, parcius dictorum numero indulsiſſent, et plus judicii in eligendis, quam in congerendis ſtudii adhibuiſſent: minus objectus calumniantibus

Turic. Camp. ſed hoc non refert. A ſec. manu Turic. *Utinam q. libertus.* Reliqui *Utinam Quintus et l.* quod cum Mureto Varr. lectt. 19, 6. debebant ejicere editores. *Utinamque* vide 2, 10, 9. 6 Pro. 7.

aut alius. Turic. Guelf. *et a.* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. ſec. exc. Camp. Vix defendas hanc ſcripturam. Quod ſi enim praeter Tironem, ſed cum eo aliquis, ignotus Quintiliano, ferebatur edidiſſe hos libros, *alter* dicendum erat, non *alius*. Vide confuſa *et* atque *aut* 5, 10, 90.

objectus. Turic. *ablectus* cum Alm. (cf. § 3. 7.) ſed ille a ſec. manu *ab his locus.* Bodl. *objectus ab his locus* (modo recte excerpſerit Gibſ. nam *objectus* magnopere ſuſpicor abeſſe ab hoc Codice) cum Obr. *abjectus locus* Jenſ. cum edd. ante Ald. exc. Camp. *objectus locus* Ald. Baſil. Noſtram tuentur Guelf. Goth. Vall. (ref. Badio) Camp. *Abjicere* et *Objicere* con-

5. *Tiro — adhibuiſſent.* Etiam Macrobius (citante jam Regio) Saturn. 2, 1 „Cicero, „inquit, quantum in ea re va„luerit quis ignorat, qui vel „liberti ejus libros, quos is „de patroni jocis compoſuit, „quos quidam ipſius putant „eſſe, legere curavit?“ Gelnerus de dictis Ciceronis ablegat ad Cic. ad Div. 7, 32. 9, 16. (collato Suetonii loco Caeſ. c. 56.) item ad Div. 15, 21. Pluralem *indulſiſſent — adhibuiſſent* poſt *aut* cf. ad 3, 8, 67. Malim tamen hic *indulſiſſet — adhibuiſſet* ob id, quod inferitur, *edidit.* Ne Tironem quidem potuiſſe auctorem horum librorum eſſe, ſi indigna Cicerone admiſta fuerint, calidius pronunciare videtur Vavaſſor *de dictione ludicra* p. (Kappii) 342.

objectus. Proprie et cum vi dictum pro *expoſitus*, ut „*objecti* fraudibus anni“ Claud. rapt. Proſ. 3, 116. vid. Drakenb. ad Liv. 2, 58, 5. quanquam ibi textus habet ſenſum *defendendi*, exempla in nota *periclitandi*, qui eſt in noſtro loco. item ad 22, 34, 6. et Clav. Cic. Ern. h. v. Habet enim utramque poteſtatem verbum, prout refertur vel ad eos qui poſt *objectum hominem* ſunt collocati vel ad eos, qui adverſus eundem.

foret: qui tamen nunc quoque, ut in omni 523
ejus ingenio, facilius, quod rejici, quam
6 quod adjici poſſit, invenient. Affert autem
ſummam rei difficultatem, primum, quod
ridiculum dictum plerumque falſum eſt,
hoc ſemper humile; ſaepe eſt induſtria
depravatum; praeterea nunquam honorifi-
cum. tum varia hominum judicia in eo,
quod non ratione aliqua, ſed motu animi

funduntur, vid Drakenb. ad Liv. 34, 14, 8. Ex vulgata priorum edd. Burm. non male eruit *obj. jocis calumniantium*, quanquam deteriore ſententia, quam eſt noſtra, ſed Capperonnerio ſtulte reprehenſus. *locus* et *jocus* confuſa hic docet Burm. item Drakenb. ad Liv. 36, 14, 4.

quod rej. — quod adj. Sic Camp. Reliqui *quid — quid*. Recte, ſi pro *invenient*, eſſet *docebunt*. Guelf. ſecundo loco omittit pronomen, nec male.

6. *prim. quod.* Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *pr. quia* cum edd. ante Bad. cf. 6, 2, 36. item mox.

falſum. Ruſc. (niſi forte abraſit aliquid manus male ſedula) *falſum* cum edd. ante Gibſ., quo acc. Rollin. Muretus Varr. lectt. 19, 6 noſtrum defendit. cf. 5, 10, 87. item hic § 18. Pro *falſum* conjicit *laſcivum* Dan. ille cf. 6, 2, 14.

hoc. Vallae liber *ac* ref. Badio, non *at*, ut eſt apud Burm.

eo quod. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Geſn. Bip. Reliqui *quia* cf. modo hac §. Sic Camp. *quia* § 14.

animi. Edd. poſt Baſil. ante Geſn. omittunt.

6. *hoc ſemper.* Nihili eſt pronomen h. l. nec adjuvat Capper. interpretans *eo*, *ideo*. Sed veriſſima emendatio Burmanni: *ad hoc* (cf. 3, 6, 53. 3, 5, 16. not. crit. item Telleri Ind. Salluſt. et Oudend. ad Sueton. Aug. c. 25.), cui tamen, pro *ſemper* ſcribenti *ſaepe*, nequaquam accedo. Geſneri quidem ratio *hoc* (ablat.) referentis ad *falſum*, quaſi *falſum* i. e. mendacium ſemper homine ingenuo indignum hic moneat Qu., omnium minime placet.

quodam, neſcio an enarrabili, judicatur. Neque enim ab ullo ſatis explicari puto, 7 licet multi tentaverint, unde *riſus*, qui non ſolum facto aliquo dictove, ſed interdum quodam etiam corporis tactu,

enarrabili. Jenſ. *errabili* (cf. 1, 5, 33) quod Regius inveniebat. Tarv. *narabili.*

7. *enim ab.* Sic Camp. cum Andr. (non Venet. ut ait Gibſ.) *hab.* Turic. in quo idem latet (cf. 6, 1, 22.) ut exemplo in primis notabili oſtendemus ad 9, 4, 140. Alm. *enim hoc ab* (cf. § 5. item mox h.) cum Ald. Reliqui *hoc ab.* Francius, conjiciens *expl. poſſe puto*, prodit, ſe, quid res ſit, ignorare. *riſ. qui.* Sic Turic. (a pr. manu) Jenſ. Tarv. cum edd. ante Gryph. exc. Camp. et Bad. pr. Quo acc. Capper. Geſn. eoque recentiores, item Muretus Varr. lectt. 19, 6 recte diſtinguens locum, *unde riſus* referendo ad praecedentia. Reliqui *r. quidem.* In prima editione bonam eſſe ſcripturam falſo narrat Geſn.

tactu. Turic. (quanquam nota ſubſcripta, quaſi *R* tollente) Guelf. Goth. Camp. Jenſ. Tarv. *tractu* cum Alm.

neſcio an enarrabili. Fortiter reponendum cenſeo *n. an inenarrabili.* cf. 1, 5, 33. item 5, 4, 2. et hic § 26. Perit, in recepta, ſtructura illa legitima et jam ſatis confirmata τῶν *neſcio an*, quae vel mox (§ 8.) ſervatur. *enarrabilis* ubi ſine negatione poſſit dici, ne comminiſci quidem poſſum, (cf. 12, 10, 76.) certe nondum legi. Quod ad ſententiam attinet recte jubet Geſnerus conferre Cic. de Orat. 2, 54. 58. docentem, quam difficile ſit de facetiis diſputare.

7. *quodam — tactu.* Titillationem deſignari agnoſcunt Capper. et Geſn. qui apponunt locum Plinii 11, 38. Sect. 77. quem ſua ex Ariſtotele mutuatum oſtendit Harduinus. Hujus igitur verba ſubjiciemus περὶ ζώων μορίων l. 3. c. 10. pag. Sylb. 75. ὁ — γαργαλισμὸς γέλως ἐστί — συμβαίνειν δέ φασι, καὶ παρὰ (ſic lego pro περὶ) τὰς ἐν τοῖς πολέμοις πληγὰς, εἰς τὸν τόπον τὸν περὶ τὰς Φρένας, γέλωτα, διὰ τὴν ἐκ τῆς πληγῆς γινομένην θερμότητα. Adjicit Geſn. Nemeſianum Ecl. 3, 29 ubi Bacchum Silenus „vocat ad riſum *digito.*“ *Quodam — tactu* dixit, quoniam non omnis tactus eſt titillatio.

lacessitur. praeterea non una ratione moveri solet. neque enim acute tantum ac venuste,

Voss. 2 Gebhardi (ut videtur) MS. Vall. Bas. Gryph. (1536) Burm. Nostrum ex ingenio Regii solo profectum videturi astipulante Mureto, qui nec ipse MS. nixus est, nisi forte illo, quem appellat Varr. lectt. 18, 20 in corrigendo prooemio hujus libri. *Tractum* astruere conatur Burm. locis Claudiani in Rufin. praef. v. 7. De 3 cons. Honor. 141; ubi *tractus* nihil aliud nisi spirae serpentum, paulo melius Ovidii ex Pont. 4, 15. locutione *trahere vultum*. Interpretatur „motum in„decorum." Recte videntur obstare Capper. et Gesn. quorum hio *tractum* illum *facto* jam inesse monet, ut non debuerit seorsim memorari. Similem errorem habes 4, 2, 124. Sed 4, 4, 9 *jactu* male scribitur, quod et hic conjecit Francius, nullo, quantum video, emolumento.

lacessitur. Turic. *lascessitur*. a sec. manu *lassefcit*. Guelf. Camp. *accersitur*. Ald. *arcessitur* cum Colin. abesse verbum narrat Sichardus, a vetusto Codice, quem sibi missum ab Antonio Cassovienfi ex media fere Polonia, significat idem in praefatione. Nisi praegravaret Turic. auctoritas, amplecterer ego scripturam Guelf. *Lacessere* enim in re quacunque, quae non hostilis aut sit aut fingatur certe, usurpatum, nunc primum disco (neque enim Lucretiana exempla sufficiunt); sed est ingeniose sane dictum. Quod autem Burm. ait *arcessere* locum modo habere in frigidis jocis, longe petitis, nequaquam ei accedo. Virg. Aeneid. 11, 254 hanc confusionem *arcessendi* et *lacessendi* invenit Burm. cf. et Heyn.

una ratione. Turic. Guelf. *ut narratione* cum Jens. Tarv. (hic quidem *narat*. per unam R) et edd. ante Ald. *ut ratione* Alm. (sed non credo recedere hunc a suo Turic. cf. hac § item § 8.) *una oratione* Camp. Nostram dant Goth. (quem falso veterem illam praeferre narrat Gesn.) Vall. et reliquae edd. ante Gesn. (nec dubito quin Voss. 2. etsi tacetur cf. 6, 2, 20.) qui suam *ut orat*. eruisse se ait ex Alm. interpretatur autem ita, ut *non* referat ad *explicari* hac sententia: „praeterea puto *non* „explicari, *ut* i. e. quo modo" cet. quam dure, dicere vix attinet. Hunc sequuntur Bip. Andr. Blass. Modo 6, 2, 30 *a*, quod solum offerretur, abiisse vidimus in *ut*; idem hic factum, unde *ut narrat*. extitit pro *una rat*. cf. et § 12.

solet. Turic. Camp. *soleat* cum Goth. (nisi forte cum

lacessitur. cf. not. crit.

ſed ſtulte, iracunde, timide dicta aut facta ridentur: ideoque anceps ejus rei ratio eſt, quod a *deriſu* non procul abeſt *riſus*. *Habet* 28 enim, ut Cicero dicit, *ſedem in deformitate aliqua et turpitudine:* quae cum in aliis 29 demonſtrantur, *urbanitas:* cum in ipſos dicentes recidunt, *ſtultitia* vocatur. Cum videatur autem res levis, et quae ab ſcurris, mimis, inſipientibus denique ſaepe moveatur; tamen habet vim neſcio an imperioſiſſi-

Geſn. dormitavi) et edd. ante Bad. quo acc. Geſn. et recentiores. Noſtrum Vall. *ſolent*. Guelf. Recte Badius faufiam appellat Regii divinationem (is enim conjiciendo effecerat *una rat.* ex *ut narrat.*, mira verecundia uſus in ſuadendo) modo pro *ſoleat* reſtituerit *ſolet*. Poteſt dici conjunctivus invectus ab iis, qui jam corrupiſſent *ut*. Pendere tamen etiam poteſt a *qui* poſt *riſus*, modo et *laceſſatur* legamus, quod ipſum ſuadet Regius. *aut facta*. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *ac f.* cum edd. ante Baſ.

8. *ipſos dicentes*. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. (niſi quod *dicentis*, et Turic. a pr. manu *ipſo*, Alm. *ipſe* cf. § 7. item mox). Reliqui *ipſum dicentem*.

videatur. Goth. (tac. Geſn.) *videtur* cum Vall. Voſſ. 2. cf. modo § 7. *ab*. Sic Turic. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. et edd. ante Bad. Reliqui *a*.

mimis. Turic. *munus*, a ſec. manu *minus*. Camp. *nimis*. cf. § 3. Cod. Gebh. *inſipientibus*. Turic. *inſpicientibus* cum Alm. cf. hac §. item § 9.

tamen. Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *tam* cum Voſſ. 2.

ſed ſtulte. Suſpicor interciditſſe *et*. Quanquam ſaepe hoc omitti docet Drakenb. ad Liv. 2, 6, 1. et Oudend. ad Suet. Caeſ. c. 14 extr., nos ad 4, 2, 130. 5, 11, 18. 6, 3, 48. et vere omittitur modo 6, 2, 36 et mox § 12. in omnibus libris.

8. *Cicero*. De Orat. 2, 28. Similis eſt Ariſtotelis finitio, Poetic. c. 5. p. Buhl. 205. τὸ — γελοῖόν ἐστιν ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον οὐ φθαρτικόν.

mam, et cui repugnari minime poteſt. 9 erumpit enim invitis ſaepe: nec vultus modo ac vocis exprimit confeſſionem, ſed totum corpus vi ſua concutit. Rerum autem ſaepe (ut dixi) maximarum momenta vertit ut cum odium iramque frequentiſſime frangat. 10 Documento ſunt juvenes Tarentini: qui

Vall. *cum* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Ald. Correxit Regius.

9. *enim.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *etiam* cum Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Bad. Noſtra eſt e conjectura Regii (leniſſima cf. 6, 1, 24.) quam expreſſit Bad. Reliquae *enim etiam.* *invitis.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *invitus* cum Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius. Alm. dare *enim etiam invito* non credo cf. § 8 item mox. *ſaepe: nec.* Turic. Guelf. Camp. inſerunt *nec fultus ope* cum Alm. et edd. ante Burm. exc. Ald. Gryph. (1536) Colin. Vidov. Scribunt Guelf. Camp. Voſſ. *fulctus,* Goth. *fluctus* (niſi forte erravimus) Alm. *vultus* (quod tamen non credo cf. modo, item § 14). Muretus l. c. elegan-ter, ut ſemper, „Barbara" ait „quaedam enunciatio effecerat, „ut *nec fultus* pro *nec vultus* ſcriberetur. Quae corrupta ſcriptu-„ra fulta eſt poſtea ope alicujus, qui de ſuo addidit illud *ope.* „Sic ſaepe *feritas* invaſit in locum *veritatis*, *fenus* in locum „*Veneris*; aliaque ad eundem modum." cf. Drakenb. ad Liv. 21, 2, 4. *nec vultus.* Turic. Guelf. *n. vultum* cum Alm. Sed Goth. (tac. Geſn.) *non v.*

ſaepe omittit Camp. *ut cum.* Sic Turic. Obr. Reliqui omittunt *ut.*

10. *Tarentini.* Turic. (a pr. manu) *ſtarent iniqui.*

9. *erumpit — invitis.* Ponit Geſnerus geminum Ciceronis locum l. c. „Ita repente erum-„pit — oculos occupat."

ut dixi. Non habeo de-monſtrare locum. Securi transeunt interpretes. Omiſit (ſic melius) Gedoynus. An memoria lapſus Qu. credebat hoc ſe alicubi monuiſſe? cf. 5, 11, 26.

ut cum. cf. 6, 1, 51.

10. *juvenes Tarentini.* „Nar-„rat Val. Max. 5, 1, 3 ex-„tern." (citatus jam Regio) „et Plut. in Pyrrho" (Tur-

multa de rege Pyrrho ſecurius inter coenam locuti, cum rationem facti repoſcerentur, et neque negari res, neque defendi poſſet, riſu ſunt et opportuno joco elapſi. Namque unus ex his, *Immo*, inquit, *niſi lagena defeciſſet, occidiſſemus te:* eaque urbanitate tota eſt invidia criminis diſſoluta. Verum 11
hoc, quidquid eſt, ut non auſim dicere carere omnino arte; quia nonnullam obſer-
530 vationem habet, ſuntque ad id pertinentia et a Graecis et a Latinis compoſita praecepta:

10. *rege Pyrrho.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *P. r.* cf. § 4. 12. *repoſcerentur.* Turic. (a pr. manu) *res poſcerentur.* Jenſ. (tac. Geſn.) *repoſceret* cum edd. ante Ald.

11. *omnino.* Sic et Camp. cum MSS. ut volebat Regius pro *omni* edd. a Jenſ. ante Ald. *nonnull.* Turic. (a ſec. manu) Guelf. omittunt *non* cum edd. poſt Camp. ante Ald. Correxit Regius.

nebo, p. 387. E). „Sed multo argutius noſter" (cf. 1, 9, 5). „Ille *Niſi vinum nobis defeciſſet, iſta quae tibi relata ſunt, prae iis, quae de te locuturi eramus, luſus ac jocus fuiſſent.* Hic Πλείονα δ' ἂν τούτων εἰρήκειμεν, εἰ πλείων παρῆν οἶνος ἡμῖν. „Si vitam Plutarchi et Maximi miles, Fabianus profecto „inſuper aureum tripoda meruit." Geſnerus.

11. *compoſita praecepta.* Cic. de Orat. 2, 54 „Itaque „cum quosdam Graecos inſcriptos libros eſſe vidiſſem „de ridiculis, nonnullam in „ſpem veneram, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere." Ariſtotelis quidem de ridiculis praecepta temporum injuria nobis invidit vid. Ariſt. Rhet. 1, 11, 29. 3, 18, 7. etiam Theophraſti liber περὶ γελοίου intercidit. Rhetores, qui aliquid de riſu ſcripſerint, recenſet Vavaſſor *de ludicra dictione* Sect. 3. c. 1. p. (Kappii) 257—270. Sed obiter illi plerique; et credibile eſt in *artibus*, quibus caremus, hunc locum de induſtria tractatum, velut in Gorgiae prodente Ariſtotele l. c. cf. noſtr. § 22. Ariſtotelis doctrinam de εὐτραπελίᾳ propoſitam in Ethic. Nic. 2, 7 demonſtrat Schuei-

ita plane affirmo, praecipue positum esse *in* 12 *natura* et *in occasione*. Porro *natura* non tantum in hoc valet, ut acutior quis atque habilior sit ad inveniendum (nam id sane doctrina possit augeri): sed inest proprius quibusdam decor in habitu ac vultu, ut eadem illa minus, alio dicente, urbana esse 15 videantur. *Occasioni* vero et in rebus est

in occ. Praepositionem habent et Turic. Guelf. Goth. Omittunt Camp. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Burm. exc. Bad. Baf. cf. 6, 1, 23. hic § 27. Simile modo duplex *a* in omnibus libris.

12. *possit*. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Jens. Tarv. Reliqui *posset*. Repositi Regius, male cf. 1, 8, 5. nisi forte ejus mutatio spectabat ad § 10 ubi sane corupte in Goth. (tac. Gesn.) *def. possit*. cf. 4, 2, 128. Aptius hic quidem fuerit *potest*, quod reponere h. l. ne ipsum quidem durum. cf. 4, 5, 11. *proprius — hab.* Turic. *propius quibus decorum in hab.* a sec. manu: *proprius quibus decorum hab.* Guelf. *propria vis de eorum hab.* Jens. *p. q. d. h.* cum edd. ante Ald. ubi Regius desiderat *in*. Camp. nostrum.

ac vultu. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *atque v.*

ut eadem. Turic. Guelf. omittunt *ut* ob *u* antecedens cf. § 7. *alio — videantur*. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. (nisi quod hic *esse vid. urb.*) cum Voss. 2. Reliqui *d. a. v. u. e.* (cf. § 10. 17). Quare deseruerit Ciceronem? 10, 2, 18.

13. *Occasioni*. Turic. Guelf. *Occasio* cum Alm. Reliqui Codd. silentur. Equidem video dativum esse in Goth. cui

derus ad Demetr. p. 153. quo adde indicante etiam mox (§ 18) Almelovenio 4, 8. Magna Moral. 1, 31. Ethic. Eudem. 37. Sed juvabit audire Schneiderum de consuetudine loquendi in hoc genere disputantem l. c. Eleganter, sed respiciens modo ad pronunciationem, praecipit de *jocatione* Cornif. ad Herenn. 3, 13. 14. Marsi (vid. hic § 102.) liber intercidit. Huc trahas Athenodori quoque opus. cf. 2, 17, 15.

12. *possit*. cf. not. crit.

13. *Occasioni — prior*. In tanta, quae est hujus loci,

tanta vis, ut ſaepe adjuti ea non indocti modo, ſed etiam ruſtici falſe dicant in eum,

ſocios ultro aſſigno Voſſ. 2. Vall. (cf. § 8). Sed eorum vix majorem auctoritatem agnoſco quam Camp. qui et ipſe *occaſioni* cum tot edd. cf. 5, 13, 19.

ruſtici falſe. Turic. Guelf. *ruſticis ai ſe.* Ille a ſec. manu *ruſticis adeſſe.* Levis error, in quo recepta illa latet.

dicant in eum. Turic., Guelf. Camp. *d. et in eo* cum Voſſ. 2. et edd. ante Bad. ſec. qui *d. et in eum.* Baſil. *d. ut cum* ex conjectura Regii. Mox Gryph. *d. in eum* cum reliquis edd. ubi *et* perquam leviter expungitur. Neutrum genus eſſe in *eo*, apparet oppoſitis *et in rebus.* Quod ſi enim maſculinum eſſet, quo referretur *quisquis*; dicturus erat Qu. „et in „*rebus*, et in *perſona.*" Goth. dare *d. in* omiſſo pronomine et Geſnero dicenti et mihi ſilenti credo, quanquam obſtat gemellus ille Voſſ. 2. cf. 6, 2, 20.

corruptela id unum relinquitur ut probabilem ſcripturam, utut erutam e MSS. (vid. not. crit.) communicemus cum lectore: „Occaſio vero et in „rebus eſt tanta" (hic *vis* omitto de conjecturâ) „ut — „dicant, et in eo, *quid*" (conj. pro *quis*) „*aliquis*" (conj. pro *aliquid*) „dixerit „prior." Facile apparet alieniſſima illa *et in rebus* hac conſtitutione defendi et in aliquo dignitatis loco poſiti, dum referuntur ad *et in eo.* Eſt enim occaſio aut in rebus, aut in dicto alicujus priore. Quis autem tulerit „occaſioni et *in* „rebus?" ubi ſaltem *in* debebat omitti, etſi vel ſic *rebus* viliſſimum fuerit et plane otioſum. Sed diſplicet, quod, in illa partitione, prior ſpecies non nuda proponitur, ſed adjunctis iſtis: *tanta ut* cet. Hoc ut vitetur paulo licentius ita poterit ſcribi: „Occaſio — eſt (*cujus*" [hoc additur de conjectura] „tanta „vis ut — d.) et in eo" cet. Levior illa (et lenis profecto) mutatio τῶν *quid* et *aliquis* eo commendatur quod non celeritate dicendi certatur, cujusmodi ſententia ineſt iſtis: *quis aliquid d. prior*, verum artificio et felicitate apprehendendi id, quodcunque forte fortuna aliquis dixerit prior. Eo enim prorſus ducunt quae protinus inferuntur: *Sunt enim* cet. Recte autem Regius huc advocat locum Ciceronis de Orat. 2, 56 extr. „Omnino probabiliora ſunt „quae laceſſiti dicimus quam „quae priores."

quisquis aliquid dixerit prior. Sunt enim longe venuſtiora omnia in reſpondendo,
14 quam in provocando. Accedit difficultati, quod ejus rei nulla exercitatio eſt, nulli praeceptores. Utique in conviviis et ſermonibus multi dicaces; ſed, quia in hoc uſu quotidiano proficimus. Oratoria urbanitas rara, nec ex parte propria, ſed ad hanc conſuetu-
15 dinem commendata. Nihil autem vetabat

quisquis. Turic. *quis* cum Jenſ. Loc. Ven. Ruſc. Baſ. quod inveniebat et Regius. A ſec. manu ille noſtrum et hoc Camp. Tarv. cum reliquis. Badius prior *cui* de conjectura.

dixerit. Jenſ. (tac. Geſn.) *dicitur* cum Loc. Ven. Ruſc. Bad. pr. quanquam Vall. nobiſcum facit.

14. *ſed quia.* Turic. (a pr. manu) omittit *ſed* cum Alm. probante Burm. *Sed* a librariis addi oſtendit Drakenb. ad Liv. 6, 22, 8. Hanc originem veriorem cenſeo, quanquam et literae *ces* praecedentes parere potuerint errorem cf. eundem ad 7, 41, 5. et hic § 28. item 4, 2, 70.

parte. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Bodl. Bal. Alm. Andr. Reliqui *arte.* cf. not. ex.

commendata. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Reliqui *accommodata*, ex conjectura Aldi ut ſuſpicor. Non dubito quin nobiſcum faciat Alm. quanquam non memoratus cf. § 9. 19.

15. *vetabat.* Goth. *vetabit*, ut conjecit et recepit (in pr.) Badius. Male, vel ob *fingerentur* imperfectum (cf. 6 Pro. 16). Sed Voſſ. 2 *vetebat.*

14. *ſed quia.* Melius ſane abfuerit *ſed.* cf. not. crit. Sic et Gedoynus.

ex parte propria. Sua cauſa, quaſi aliquid conducat oratori. *Pars* dictum pro *ſpecie*, *genere.* cf. 2, 18, 5.

ad hanc conſuetudinem. „Conviviorum ſcilicet et ſermonum, de qua paulo ante „dixit.“ Rollinus.

commendata. a rhetoribus in ſcholis, quos protinus notat male jocos ex *materiis* ſuis proſcribentes. Hoc enim eſt in imperfecto iſto *vetabat.* cf. 2, 10, 9.

et componi materias in hoc idoneas, ut controversiae permixtis salibus fingerentur: vel res proponi singulas ad juvenum talem exercitationem. Quin illae ipsae, quae *Dicta* 16
551. sunt, ac vocantur, quas certis diebus festae licentiae dicere solebamus, si paulum adhi-

materias. Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) *materies.* Male. cf. 2, 10, 4 et tot locis. Guelf. omittit *in hoc idoneas.*

salibus. Turic. (a sec. manu) *talibus.* Guelf. *tabulis.*

16. *Quin — vocantur.* Turic. Guelf. Camp. *Q. ipsae illae dictae sunt a. v.* Goth. (tac. Gesn.) *Q. illae ipsae dictae sunt a. v.* cum Voss. 2. Alm. (?) Tarv. Ald. *Q. illae ipsae quae dictae s. a. v.* Vall. (?) et Bad. pr. Nostrum in Jensoniana prima.

dicere. Omittunt hoc Turic. Guelf. cum Alm. *dare* Camp. Juvat integram protasin apponere, qualis legitur in vetustissimis Codd., quo manifestior sit difficultas loci. „Quin ipsae illae dictae sunt ac vocantur, quas certis diebus „festae licentiae solebamus.“ *Dicere* illud novitium esse, quanquam in uno meorum Codd. positum, vel hoc apparet, quod pro eodem est *dare* in Camp., quo fluctuatio librariorum indicatur (cf. 5, 13, 19). Etiam *quae* relativum posit *dictae* a finceris libris abest. In recepta neutrum *dicta* nullis machinis structurae inferi potest, et rectissime Badius „Quaeram“ ait „ab eo“ (Regio) „quid demonstrent illa pronomina *illae* „*ipsae*, cum nullum substantivum significans rem demonstra„tam addatur, nisi *dictae* legantur.“ In Vallensis margine ad *dictae* annotatum est: *dictae sive dicteriae.* Inauditum sane feminini generis substantivum, si tamen sincerum possit probari, magnopere subventum fuerit loco. Durissimum enim tot vocabula mutare: *ipsa illa dicta — quae*, ubi nulla erroris occasio ostenditur. Atqui hoc saltem fieri debebat in recepta. Deinde quid illud est: „dicta *sunt* ac *vocantur?*“

15. *et componi.* Quidni *vel* pro *et?* (cf. not. crit. ad 4, 3, 12). Opponuntur enim *componi* et *singulas.* Nisi forte expunxeris *et.*

16. *Quin illae — solebamus.* Etiam hic ad nott. criticas lectorem amandare cogimur.

bita ratione fingerentur, aut aliquid in his ferium quoque esset admixtum, plurimum

Anne igitur nomen, quod ajunt, et omen habent *dicta* illa? Sed quod tandem comminiscar *dictum*, quod *vocetur* quidem neque *sit* tamen? cf. § 109. Apage frigus istud plus quam puerile. Porro *dicta dicere* quam sit elegans, alii viderint. Sed hoc ne in Codd. quidem. Quare autem *solebamus?* Num igitur jam non sit idem? Praeteriti ratio potest esse in eo, quod vel consuetudo tangatur, quae fuerit Quintiliani et condiscipulorum in scholis (velut 1, 5, 23. 24. 1, 10, 39. 5, 12, 17.) vel mos antiquus Romanorum jam abolitus, ubi tamen perfectum aptius (velut 3, 10, 1. 6, 1, 35). Neutrum huc pertinet, cum Saturnalia et *libertas* illa *Decembris* (Hor. Serm. 2, 7, 4) procul dubio respiciatur in istis *certis diebus festae licentiae*, quae nec scholarum erant (nam feriae isto tempore) nec abolita Quintiliani aetate. In tanta obscuritate, magis, ut aliquam tamen sententiam dispicerenius, quam ad restituendam Quintiliani manum, *sunt ac* et *solebamus* mutare aggressus sum. Ex illo fecerim *sicut*, ex hoc *ferebamus*. Aegre, fateor, quisquam admittet illam corruptelam; in hac emendatione scrupulum eundem inveniet, quem tetigimus, temporis praeteriti. Hoc quidem ita amoliri posse videaris, si dicas juvenum modo fuisse hosce jocos in Saturnalibus, quos se quoque olim agitare meminerit Qu. Sed equidem praeteritum ab eo probatum censeo, qui *fingerentur* et *poterant* male interpretaretur, quasi de praesenti non dicta. Quare si quid licentius grassari permittatur, scribemus ita: „Quin ipsae illae „(*dictae sententiae* vocantur) quas c. d. f. l. *jaculamur.*“ *dictas sententias* vulgo esse appellatas hasce in Saturnalibus jocationes, gratis sumo, neque aliunde, quam ex hoc ipso loco, didici. Eodem redit, si pro *sunt ac* scribis *sicut;* ubi *dictae* appellabuntur eaedem, in quo facilior sane est structura „*dictae* (sicut „vocantur).“ Nisi forte censes, huic voci *dictae* aliquod praesidium esse in glossa illa Vall. *Jaculamur* aptissimum fuerit verbum. cf. § 42. 43. 9, 2, 79. ubi recte Burm. ablegat ad Petron. c. 109. C in L, in B abire L, etsi exemplis docet Morelius Elém. de Critique p. 93. 140. 141., despero tamen quenquam tantae mutationi conciliatum iri, nisi casus advocetur, verus ille ex machina Deus, omniumque emendationum, ingenio carentium, vindex praesentissimus. Potuit enim sane *casu* librarius scribere *solebamus* pro *jaculamur*.

poterant utilitatis afferre: quae nunc juvenum, vel ſibi ludentium exercitatio eſt. Pluribus autem nominibus in eadem re vulgo 17
utimur: quae tamen ſi diducas, ſuam quandam propriam vim oſtendent. Nam et *urbanitas* dicitur: qua quidem ſignificari video ſermonem praeferentem in verbis et ſono et uſu proprium quendam guſtum Urbis, et ſumtam ex converſatione

poterant. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Loc. Venet. Ruſc. Obr. Geſn. Bip. *poterat* Jenſ. Tarv. Ald. Reliqui *poterunt.* Male.

17. *diducas.* Sic Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Vall. Loc. et edd. ante Geſn. Reliqui *deducas.* Correxit Regius.

quand. propr. Ita Turic. Guelf. Camp. Reliqui *p. q.* cf. § 12. item § 18. *praeferentem.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Vall. et edd. ante Baſil. exc. Ald. *praeſentem* Goth. Voſſ. 2. (cf. 6, 2, 21). Reliqui *ſe* inſerunt; ſuadente Regio, Badio iterum refragante. cf. 6, 2, 14.

ſono. Turic. *ſoſo*, a ſec. manu *ſeſe*, cui aſcribitur: *vel ex arte.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *arte.* Mirum gloſſema! *guſtum.* Camp. *geſtum* cum Goth. Vall.

vel — ludentium. Ambiguum eſt *vel.* Aut dirimit enim *ludentes* a juvenibus, aut valet *adeo*, quod ſic interpretaberis: etiam tum, cum nihil aliud niſi cet. Quid ſit „*ſibi* ludere" vix dicam. An nullo alio teſte, magiſtro non moderante? Sed fortaſſe nihil aliud niſi *inter ſe.* *Nunc* non ad aetatem eam refero, qua ſcribit Fabius, ſed oppono deſideratis iſtis: *ſi fingerentur, ſi eſſet*, quomodo dicimus: „melius abeſſet; *nunc* „ita intelligimus."

17. *diducas* „i. e. ſepares." Regius. Si quis ſynonymiam hanc ſedulo diſcernat, differentiae apparebunt.

converſatione. Vocabulum hoc, L. Senecae in primis frequentatum, jam Trogo adhibitum docet ſummus Ruhnkenius ad Vellej. 2, 102, 3 ubi locus Gronovii in Obſerv. demonſtratus, eſt p. 631 ed. Platn. vid. noſtr. 1, 2, 4. Declam. p. (Bip.) 3, 17. 4, 149. Dial. de Oratt. c. 9. Seneca Epiſt. 108 p. (Bip.) 55. „non ſolum ſtudentes,

doctorum tacitam eruditionem; denique, 18 cui contraria ſit *ruſticitas*. *Venuſtum* eſſe, quod cum gratia quadam et venere dicatur, apparet. *Salſum* in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non utique hoc eſt: quanquam et ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam et Cicero, *omne, quod ſalſum ſit*, ait *eſſe Atticorum*; non, quia ſunt maxime ad riſum compoſiti: et Catullus, cum

18. *et — dicatur.* Jenſ. *ex — dictum.* Tarv. *et — dictum* cum edd. ante Ald. Correxit Regius, ſed jam Camp. noſtram.

ſalſum — ſalſa. Turic. *falſum — falſa.* cf. § 6. 39.

accipimus. Turic. a pr. manu *accepimus.*

oport. eſſe. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *eſſe oport.* Male. cf. § 17. 25. *ſalſum ſit.* Turic. Guelf. *ſuperſit* cum Alm. *ſal ſumpſit.* Camp. apparet origo erroris.

„ſed etiam *converſantes*“ ubi *converſatio*, ut hic a noſtro, ſignificatur quotidiana, a certo diſcendi conſilio aliena. Appul. Met. l. 5. p. 89. 91.

doctorum — eruditionem. cf. 4, 2, 45. *Doctus* non aliter uſurpatur quam *eruditus.* At quam eleganter *tacita* appellatur illa eruditio! cf. 1, 10, 7 „(artes) *tacitae* quoque „ſentiuntur.“ et mox § 19.

18. *quanquam — oporteat.* Conjunctivum cf. ad Prooem. 18. Recte praecipit, ridiculis quidem utique oportere ineſſe ſalem, ſalſis riſum negat.

non quia ſunt. Recte Geſnerus malit *ſint*, quoniam pertineat ad Ciceronis ſententiam. Poſſit (id quod eſt in Guelf. Camp. et marg. Vidov.) *nam* pro *non*, mutari in *num*, ut ſit interrogatio per parentheſin, valens negationem. cf. 5, 10, 102. Locus Ciceronis eſt ex Oratore c. 26. Almelovenius ablegat ad § 107. et locum Demetrii de elocutione p. (Schneid.) 72 διόπερ οὐδὲ ἐκωμῴδουν ὅωρίζοντες, ἀλλὰ πικρῶς ἠττίκιζον· ἡ γὰρ ἀττικὴ γλῶσσα συνεστραμμένον τι ἔχει καὶ δημοτικὸν, καὶ ταῖς τοιαύταις εὐτραπελίαις πρέπον. item ad Philoſtr. in vita Scopeliani l. 1 de Sophiſt. προσφυὲς — τοῖς Ἰωνικοῖς (quales ſunt Attici) τὸ ἀστειΐζεσθαι. p. 519 Ol.

dicit, *Nulla eſt in corpore mica ſalis*,
532 non hoc dicit, nihil in corpore ejus eſſe
ridiculum. *Salſum* igitur erit, quod non 19
erit inſulſum, velut quoddam ſimplex orationis condimentum, quod ſentitur latente judicio, velut palato, excitatque et a taedio defendit orationem. Sane tamen, ut ille, in cibis paulo liberalius aſperſus, ſi tamen

Nulla — ſalis. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui totum pentametrum, ut eſt apud Catullum.

non hoc. Turic. (a ſec. manu) Guelf. Camp. omittunt *non* cum Goth. et edd. ante Roll. Vindicant negationem Turic. (a pr. manu) Alm. Goth. 2. Eraſmus in Adagg. 2, 3, 51. Muretus Varr. lectt. 19, 6. Bad. in marg. et nota.

19. *jud. — excitatque.* Sic Turic. Alm. (niſi quod ille *plato* et *excitat quae*, ex hoc autem *et* poſt *judic.* affertur. Falſo profecto cf. § 14. 20.) cum Goth. Voſſ. 2. Stoer. et edd. ante Gibſ. quo acc. Roll. *j. v. p. excitat quod* Guelf. Reliqui *j. et velut palatum excitat quod* cujus auctorem dicit Bodl. Gibſonus, mihi quidem nil ejusmodi perſuadens. Eſt ſane in Turic. ſec. manu *palatom* et *quod* pro *quae*. Sed quis tulerit ſtructuram illam *reū quod* poſt *excitat?* Camp. *j. velut palato extat atque excitat.* *Sane tamen.* Goth. (tac. Geſn.) omittit *tamen* cum Voſſ. 2. Capper. cf. § 28. conjicit *S. tam* Burm.

Nulla — ſalis. memoriter extra verſum citat locum. cf. 6, 1, 24. Catulli epigramma eſt in Quintiam et Lesbiam apud Iſ. Voſſium p. 311.

19. *latente — palato.* Latet illud judicium, cujus ne ipſe quidem qui judicat conſcientiam habet. Recte autem comparat Burmannus Cic. de Nat. Deor. 2, 18 extr. „(Epicurus) *palato — judicat.*“ cf. Lactant. *de Op. dei* c. 10. p. 98 (Lutet. 1748. 4.) *excitat — orationem* cf. ad 6, 1, 2.

Sane tamen — habent. Librorum quidem hic nonniſi duorum leviſſima varietas; ſed non eſt acquieſcendum in recepta ſcriptura. Nihil agit Capper. aliquot exemplis defendere conatus, quod *ille* et *hi* referuntur hic ad nomen nusquam expreſſum. Id autem eſſe *ſal*, qui lateat in *ſalſum*. Neque enim tantae licentiae praeſidium ex iis peti poteſt. Colomeſii pater, ut narrat filius, ad oram codicis ſui *ſal* ſcripſerat pro *ille*, et

non ſit immodicus, affert aliquid propriae voluptatis: ita hi quoque in dicendo habent quiddam, quod nobis faciat audiendi ſitim. *Facetum* quoque non tantum circa ridicula opinor conſiſtere. Neque enim diceret Horatius, *facetum carminis genus natura* 533
conceſſum eſſe Virgilio. Decoris hanc magis, et excultae cujusdam elegantiae appellationem puto. Ideoque in epiſtolis Cicero haec Bruti refert verba, *Nae illi ſunt pedes*

habent. Guelf. *habet.* *ſitim.* Turic. a pr. manu *ſit In.* Unde eſt profecto quod mox Camp. *Infacetum.*

20. *Horatius.* Turic. (a pr. manu) *oratus.* Goth. (tac. Geſn.) Camp. *óratius;* ut mox *oratiano* Turic. Camp.

carminis. Turic. (a pr. manu) *cato minus* cum Alm. Ille a ſec. *catoni* et ſic Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. *catoni minus* Camp. *catonis* Jenſ. et edd. ante Ald. Noſtrum Vall. non *cautionis*, ut narrat Burm. Regius *orationis* reponere ſuaſit. Equidem ſuſpicanti Burmanno reſpondeam, nihil niſi receptam latere. *Nae illi.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (de *ne* tac. Geſn.) *ne ulli* cum Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. itemque edd. Ciceronis. *ne ullo* Andr. Sich. Poteſt recepta videri commoda veteris ſcripturae emendatio, auctore incerto. Scriptura τοῦ *nae* ſemper per E ſolum tenenda, docente Faërno

ſales pro *hi;* non leni emendatione. Burmanno diſplicet tam brevi geminatum *tamen.* Rectiſſime; etiam propter logicam. Equidem praeterea quid ſibi velit *ſane* iſto loco, ſi interroger, obmuteſcam. His igitur vocabulis diffiſus reſcribere malim: *Sales enim — habent.* Peccatum fuit ſimiliter in loco Ciceronis, modo citato, Orat. c. 26. ubi *ſanum* pro *falſum* male praetulit Lambinus ex uno codice, cf. turbatum in eodem vocabulo § 15. *Audiendi ſitis* quam egregie dicta ſit, quenquam docere non attinet.

20. *Horatius.* Sat. 1, 10, 44. 45.

Cicero in epiſtolis. Locus inter fragmenta relatus, apud Erneſt. p. 1067. Malim paene *ingrediendi.*

faceti, *ac deliciis ingredienti molles*. Quod convenit cum illo Horatiano, *molle atque facetum Virgilio*. *Jocum* vero accipimus, 21
quod est contrarium serio. Nam et fingere,

ad Terent. Andr. prol. 17. cf. Heusing. ad Cic. de Off. 2, 21, 16. Cort. ad Sall. Cat. 52, 27.

faceti. Turic. (a pr. manu) *facti* cum Alm. (cf. § 19. item § 26). vid. § 37.

molles. Turic. (a pr. manu) Camp. *mollis*. Jens. *mollius* cum edd. ante Stoer. quo acc. Ciceronis fragmenta. Badius Ascensius (referente Burmanno: nec scio ubi, neque enim in edd. quas confero) conjecit *delicatius ingrediente molles*, probante Burmanno, me, quare praestet, parum assequente, nisi voluit *ingredienti*.

Quod convenit — Virgilio. Non erat quod hisce uncos apponeret, tanquam glossemati, Gesnerus, male repetitos illos a Bipontinis. Camp. *Quia — V.* cf. § 6.

21. *vero acc.* Camp. inserit *id*, non male.

et fing. Turic. Camp. *effing*.

21. *Nam et fingere*. Hisce improbatio, nisi fallor, inest ejus, quod modo fieri dicebat. Est autem talis fere in omnibus, quae hic recensentur, vocabulis. Sed particula *nam*, quamvis in omnes partes versata, nondum scio quid faciam. Id quidem unicuique manifestum esse puto, *serium* a Romanis non, ut a nobis, opponi etiam *ficto*, sed soli *ridiculo*. Quod plurima veterum loca ostendunt, velut hic apud nostrum § 106. 108. 9, 2, 14. Sic 1, 2, 1 „discere *serio*“ non est *vere*, *non dissimulate*, sed *severe*, *extra lusum* (cf. 1, 1, 20). *Jocus* autem potest esse vel in *seriis* i. e. ubi non ridetur. Ejusmodi est *terrere* in primis. Ergo aliud hic dicit Qu. ac modo accipi narrabat. Hoccine autem induci potest per *nam?* Subaudiendum in proximis fuerit *male*, *parum recte*, ad illud *accipimus*. Sed nimia ista durities. *vero* etiam, post *Jocum*, languet et jacet ne levissimam quidam habens oppositionem. Malim *vulgo*, ut § 17. item § 18. *in consuetudine*. Neque tamen vel sic, etsi improbatio paulo sit manifestior, *Nam* recte dici, nullo alio interjecto, mihi persuadeo. *Et* ante *fingere* in primis necessarium, quod valet *etiam*, quo ostenditur, non solum *risum* contineri *joco*.

et terrere, et promittere interim jocus eſt. *Dicacitas* ſine dubio a dicendo, quod eſt omni generi commune, ducta eſt: proprie tamen ſignificat ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem. Ideo Demoſthenem *urbanum* fuiſſe dicunt, *dicacem* negant. 22 Proprium autem materiae, de qua nunc loquimur, eſt *ridiculum:* ideoque haec tota diſputatio a Graecis περὶ γελοίου inſcribitur. Ejus prima diviſio traditur eadem, quae eſt omnis orationis, ut ſit poſitum *in rebus*, aut *in verbis*. Uſus autem maxime ſimplex. 23 Aut enim *ex aliis* riſum petimus, aut *ex*

quod eſt. Turic. (a ſec. manu) *quae ex.* Camp. addit *ex.* Edd. a Jenſ. ad Ald. *quae e.* *ducta.* Goth. (tac. Geſn.) *dicta.* *aliquos.* Baſil. Stoer. Chouet. Leid. *aliquo.* Reſtituit Gibſ. cum magno ſtrepitu, „reliquos“ malam ſcripturam dare narrans, quod Burm. refinxit „*nonnulli.*“ cf. 15, 13, 9.

22. περὶ γελοίου *inſcr.* Turic. περὶ ϲελοιουιν *ſcr.* a ſec. manu *peri ſologion inſcr.* Camp. περὶϲτολογια *ſcr.* Goth. περὶϲϲολογια *inſcr.* Voſſ. 2. Περὶοϲολόγου *inſcr.* περὶίϲολόγια. Vix credo. Jenſ. Tarv. Iconnam. Reliquae ante Ald. περὶ γελιου. *Ejus prima.* Turic. *enim pr.*, a ſec. manu *etenim pr.* et ſic Gnelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui *et enim ſuprema*, unde apparet origo vitii, quod correxit Regius.

23. *ſimpl. Aut.* Turic. Camp. inſerunt *In.* cum Alm. mire, natum tamen credo ex litera *I* in *mediis* male accepta; quanquam Camp. transponit *med. reb.*

21. *urbanum — dicacem;* velut Cicero cf. § 2.

22. *quae eſt omnis orationis* cf. 3, 5, 1. Sic modo § 21 *omni generi* i. e. dicendi. Mox inter *poſitum* et *in* inſerit *aut* Goth. (tac. Geſn.) ſolus, ſed valde in tempore.

maxime ſimplex. Geſnerus pro *ſimplex* emendat *triplex*, aptiſſime et aliquanto ultra Francium; qui pro *maxime*

nobis, aut ex *rebus* mediis. *Aliena* aut *reprehendimus*, aut *refutamus*, aut *elevamus*, aut *repercutimus*, aut *eludimus*. *Noſtra*, *ridicule indicamus*, et, ut verbo Ciceronis utar, dicimus aliqua *ſubabſurda*. Namque eadem, quae, ſi imprudentibus excidant, *ſtulta* ſunt; ſi ſimulamus, *venuſta* creduntur. Tertium eſt genus, ut idem dicit, in 24
decipiendis expectationibus, dictis aliter acci-
534 piendis, ceteriſque, quae neutram perſonam contingunt, ideoque a me *media* dicuntur. Item *ridicula* aut facimus, aut dicimus. 25

aut repr. Turic. Guelf. Camp. *autem r.* cum Goth. Alm. Voſſ. 2. Jenſ. Tarv. Correxit Regius. Verbum Turic. Guelf. dant *reprendimus*. *ridicule.* Recepi conjecturam Regii ex Cicerone petitam cum Aldo, Colinaeo, Pearcio ad Cic. Reliqui *ridicula.*

24. *ceterisque.* Turic. pr. manus omittit *que.* cf. 5, 11, 12.

25. *aut. fac. aut dic.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. Quo acc. Obr. Reliqui *a. d. a. f.* cf. § 18. item mox.

reſcribi malit *minime*, probante Capper. Uſum adverbii cum numerali, graeciſſantem, non capiebat librarius. cf. Viger. ed. Zeun. p. 405. item Hemſterhuſ. ad Lucian. Bip. Vol. 1. p. 303. cf. 5, 14, 5. *maxime quinque.* Vulgata ſtare nequit. Aſcriptum in Ruſc., excuſum in Bad. utriusque margine: *maximi triplex.*

23. *mediis.* Hoc quid ſit, mox ipſe interpretatur § 24. extr.

verbo Ciceronis. De Orat. 2, 71. Sed totus ille locus noſtra ſcribenti Qu. obverſabatur. Inde enim alia quoque mutuatus eſt ut *ridicule indicamus*, *decipiendis expectationibus.* Obſcurius tamen loquitur Qu. dum, pro Ciceronis *naturis aliorum*, *ipſorum*, dicit *Aliena*, *noſtra.* cf. et noſtr. 1, 5, 65.

ſtulta — venuſta. Par ratio ſoloecismi et ſchematis 1, 5, 53.

Facto riſus conciliatur, interim admixta gravitate: ut M. Coelius praetor, cum ſellam ejus curulem conſul Iſauricus fregiſſet, alteram poſuit loris intentam; dicebatur autem conſul a patre flagris aliquando caeſus: interim ſine reſpectu pudoris, ut in illa *pyxide Coeliana*, quod neque oratori, neque

Facto — conc. Turic. *factoribus c.*, a ſec. manu *factis c.* et ſic Guelf. *Factis r. c.* Camp.

Coelius. Turic. Guelf. Camp. *Caecilius* cum Goth. Bodl. Andr. et edd. ante Gryph. exc. (mire) Loe. Ven. Ruſc. Error idem mox commiſſus § hae, ut et apud Dionem et Livium vid. Drakenb. ad Epit. l. 111. et Ruhnk. ad Vell. 2, 68, 1. p. 38. item nos in praef. p. 38, quod praeſumſerat Funcc. de imminenti ſenect. L. L. p. 350. Praenomen auctore Camp. una litera ſcripſi, reliqui integrum. cf. 6, 1, 35.

Iſauricus. Guelf. *Iſaurus*

conſul a patre. Sic Turic. (a prima quidem manu: *conſunt a pr.*) Camp. et edd. ante Gryph. Reliqui *cos.*

flagris aliquando caeſ. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *a. c. ſ.* cf. hac § item mox.

pyxide. Turic. *puxide.* a ſec. manu *apodixe* cum Jenſ. Tarv. verum dant Camp. et Guelf. niſi quod hic *i* pro *y*. Goth. *pypſide.* Voſſ. 2. *pyſide.* Correxit Regius.

Coeliana. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Tarv. *Caeciliana.*

25. *M. Coelius.* Hujus (cf. 4, 2, 123.) praetoris cum P. Servilio Vatia Iſaurico, filio, conſule contentiones celebres fuerunt, de quibus prodita veteribus ſcite, ut cetera, coagmentavit Freinshemius in Suppl. libri Liviani, ubi et hancce hiſtoriam ponit (c. 20.), a nemine, quod ſciam, praeter Quintilianum, memoratam; quanquam ſellam Coelii, plebem novarum tabularum promiſſione lactantis, ab Iſaurico fractam etiam Dio refert. l. 42. p. Reim. 319, 53. Accidit hoc A. U. C. 706 Caeſare II. et P. Servilio Coſſ. ſuperſtite conſulis patre, qui nonagenarius mortuus eſt A. U. C. 710 C. Julio Caeſare V, mox Dolabella, et M. Antonio Coſſ. quo ipſo anno Caeſar eſt interfectus. Hunc cum filio confudit Reimarus ad Dion. l. 45. p. 430. cf. et § 48.

pyxide Coeliana. vid. Cic. pro Coelio c. 25 — 29. Sed ut jocum impudicum aſſequa-

ulli viro gravi conveniat. Idem autem de 26
vultu geſtuque ridiculo dictum ſit: in quibus eſt quidem ſumma gratia, ſed major, cum captare riſum non videntur. nihil enim eſt his, quae ſicut *falſa* dicuntur, inſulſius.

ulli. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *allo.*

viro gr. Sic Turic. Camp. Reliqui *g. v.* cf. modo, item § 26.

26. *de vultu.* Turic. Guelf. *ſed v.* Goth. (tac. Geſn.) *ſi v.* cum Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Stoer. exc. Camp. Tarv. Ald. Baſ. *ſumma.* Goth. omittit cum Vall. Poſſit placere omiſſio ob id quod ſequitur *major*, ſed malim reponere *ſua*, ubi fortaſſe expungas *in* poſt *ſit.* Modo *eſt* om. Camp.

major cum. Turic. *m. eum* cum Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *majorem* Guelf. Camp. cum Goth. Vall.

videntur. Turic. *videtur* cum Alm. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Bad. exc. Camp. *eſt his — inſulſius.* Turic. *eſtis quae dicunt falſa dicuntur inſullius* cum Goth. 2. et Camp. niſi quod hi *eſt his* et *inſulſius*, unde optime noſtram ſcripturam eruit Geſnerus, nec tamen recepit. Mox Turic. a ſec. manu *ex his* et ſic Guelf. cum Goth. Jenſ. Tarv. Mox Locat. *ex iis q. dicuntur ſ. dicitur i.* cum Andr. Ven. Ruſc. ut et Obr. niſi quod *dicunt* pro *dicuntur.* Ald. *ex iis q. ſ. dicuntur, inſulſius.* Bad. *ex iis q. dicunt ſ. dicunt i.* cum Vall. Voſſ. 2. (cf. Goth. et § 13.) Baſ. Mox Gryph. praefert Regianam mutationem *ex iis q. dicuntur falſa, dicitur falſius* cum reliquis, quanquam Roll. *falſe*, de ſuo, opinor. Burmanniana Codd. excerpta errore carere vix credo, velut Alm. fertur cum Loc. facere

mur, fruſtra inſpiciemus Ciceronem ejusque interpp. Nec ſatis perſpicio, quem hic reprehendat Qu., aut quomodo *facto* riſum conciliatum dicat in hoc exemplo. Ciceronem quidem adeo acerbe increpitum a Qu., mirer.

26. *ſumma gratia — gratiae plurimum.* Hic unusquisque gloſſam aguoſcat. Utrumque a ſano eodemque acuto ſcriptore proficiſci non potuit. Quis enim aut linguam ſuam aut ingenium tantae damnet inopiae, ut in leviſſima ſententiae diverſitate ad eandem locutionem recurrat? Quid autem in toto hoc loco, multis ulceribus oppleto, cultro ſanandum ſit, melius diſputabitur in nott. critt.

Quanquam autem gratiae plurimum dictis ſeveritas affert, ſitque ridiculum id ipſum, quod qui dicit, non ridet: eſt tamen interim et *aſpectus* et *habitus oris* et *geſtus* non inur-
27 banus, cum iis modus contingit. Id porro,

(cf. 20. 28). Gibſonus de ſuis tacet etiam hic; ferrens Criticus. *Quanquam autem.* Turic. Jenſ. (tac. Geſn.) *a. q.* transpoſuit Regius (cf. § 25. 36). Guelf. *haud quaquam.* Goth. (tac. Geſn.) omittit *autem* cum Voſſ. 2.

ſitque. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Leid. Quo acc. Roll. Capp. Geſn. Bip. (non Obr. ut Burm.). Reliqui *ſitque.*

quod qui. Sic Turic. a pr. manu. Reliqui *quia q.* cf. § 20. *dic. non.* Turic. Camp. inſerunt *illa* cum Alm. Ald. Baſ. *inurbanus.* Turic. Guelf. Camp. *urbanus* cum Alm. *inurbanitas* Goth. mire! *iis.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *is.*

contingit. Guelf. Camp. *contigit* cum edd. ante Gryph. exc. Bad. Jam totam hanc § percenſentes, haerebimus primum in illis *Idem de vultu dictum ſit. Idem* quid ſit, quaeritur. Quid igitur modo dixerat, quod etiam in geſtu locum habeat? Num „conciliari riſum interim admixta gravitate, „interim ſine reſpectu pudoris?“ At hoc non ſequitur. Reſtat ut *idem* ſit, „conciliari iis riſum,“ ſatis jejunum. Deinde importunum eſt quod *dicere* hic uſurpatur pro *praecipere*, ut eſt mox § 34, in tanta facilitate referendi verbum magis ad *oratorem jocantem* quam ad *Quintilianum docentem.* ſed cf. 7, 1, 9. Accedit varietas veteris ſcripturae; cui quidem proſpiciat, qui ex *ſi* faciat *in.* Badius *ſi* retinens ſubaudit *ſit* (vel *fuerit*) poſt *autem*, et *dictum* interpretatur de dicto oratoris, non Quintiliani. Sed repugnat ſententia, cum de riſu in *factis* agatur adhuc, cui *vultus* et *geſtus* ſubjici quodammodo poſſunt, non ea quae *dicuntur.* Vel hiſce igitur diffidat qui fuerit ſuſpicioſior. Sed quae iis protinus continuantur, ſua ſe elegantia haec quoque tuentur adeo, ut nonniſi aegre jacturam facias. Alterutram „*gratiam*“ abjiciendam eſſe monui in not. ex. nec dubito quin *Quanquam — affert* ſit mera gloſſa. Sed illa quoque conclamata *nihil — inſulſius* reſecanda cenſeo. Recte enim nexum logicum deſiderat in iis Regius. Non ſi *major* gratia eſt in geſtu riſum non captante, protinus etiam *plane inſulſum*

quod dicitur, aut eſt *laſcivum* et *hilare*, qualia A. Galbae pleraque: aut *contumelioſum*,

eſt quod ſicut falſum dicitur; nec poſſunt tales ſententiae vinciri conjunctione *enim*. Regii ſcriptura, etſi ab oratione valde laborans, ſenſu tamen ſola huc fecerit. Hoc ipſum quod nunc eſt in recepta, infra ſuo loco ponit noſter § 30. Etiam inſequentia multum abeſt ut in veteribus libris habeant eam ſanitatis ſpeciem quam hic praeferunt, *autem* vitium prodit. Sic igitur continuo orationem: *videntur, ſitque — non ridet.* Mox deeſſe aliquid videtur in iſtis *eſt tamen — inurbanus*, hujusmodi fere, poſt *geſtus*: „ad riſum compoſitus.“ Pluralis *iis* diſplicet poſt *eſt* et *inurbanus*, nec *contingere* fero in re ſita in poteſtate oratoris, qui, modo voluerit, adhibebit illum *modum*. Quid ſi extrema legis: *cum is motus contigit* vel *contingit?* i. e. cum riſus audientium contingit. Si quid recte vidi hic, cogitandum erit de corruptelis et gloſſematis valde antiquis, quae profecta primitus a commentantibus non imperitis, refingendo et accommodando textum turbaverint.

27. *A. Galbae.* Turic. *agulbae* a pr. manu. Reliqui *Galbae*. cf. § 62.

27. *A. Galbae.* Hujus aliquoties in hoc capite meminit, nec alibi usquam. Quin enim idem ſit omnibus locis, non dubito, quamvis obſtante Burmanno ad § 64. De ejus perſona nihil certi habeo dicere. Scurram illum, Juvenali 5, 4 *vilem* appellatum, ſub Auguſto viventem, hinc alienum putat Burmannus vel ob praenomen, quod indicet de honeſtiore Galba agi. Hoc quantum valeat, mihi non ſatis exploratum ingenue fateor. Alioqui vicinitas *Baſſi*, cui mox ſubjungitur *Sarmentus* (§ 58), magis etiam de ſcurra cogitare ſuadet. Nam et *Sarmentus* ibidem Juvenali advocatur. Eodem nomine γελωτοποιὸν memorat Plutarchus (V. 2. p. 700 A.), quanquam ibi de nomine certatur *Calba*, an *Cubba*, an *Gabba*, quorum poſtremum vel apud Juvenalem et Martialem 1, 42. 10, 10. reponunt. Expectandus ad Plutarchum Wyttenbachius. *Humilem* ejus conditionem et hic ipſe locus et § 64. oſtendere videntur. Quo minus frater Galbae imperatoris intelligatur, quem habes apud Sueton. Galb. c. 3. Tac. Ann. 6, 40., obſtat praenomen, in quo religioſe ſequimur vetuſtiſſimos libros, nihil conjecturae dantes. Is enim C. qui „attritis facultatibus urbe „ceſſit“ teſte Suetonio.

qualia nuper Junii Baſſi: aut *aſperum*, qualia Caſſii Severi: aut *lene*, qualia Domitii 535
Afri. Refert, his ubi quis utatur. Nam in convictibus et quotidiano ſermone *laſciva* humilibus, *hilaria* omnibus convenient.
28 Laedere nunquam velimus, longeque abſit

Junii. Turic. *Jani* cum Jenſ. Tarv. quanquam conjunctim duo nomina, et hic magis *Iani*. Guelf. Camp. *jam*. Voſſ. 2. *Jā*. (i. e. *jam*) cum Goth. dare narretur *Lambaſſi*. cf. § 58. 74. ubi non variatur. Fruſtra Burm. (poſt Schottum de Rhett. apud Senecam patrem p. 9.) *Julii* conjicit.

convictibus. Sic Turic. Camp. cum MS. Pal. Alm. Andr. et edd. ante Stoer. quo acc. Gibſ. Obr. Reliqui *conviviis*, gloſſam, dant. cf. Voſſius ad Vellej. 2, 33 ubi Burm. quare hic notius praetulerit, non meliores affert rationes, quam ad ipſum noſtrum locum. Neque enim exemplis, in quibus ſunt *convivia*, res conficitur. Locus infra poſitus § 105. ne Qu. quidem eſt, ſed Domitii Marſi. Mox inter *et* et *quot*. Goth. *in*, ſolus (tac. Geſn.). cf. § 11. 32.

convenient. Sic Turic. Guelf. (a ſec. manu) Goth. (tac. Geſn.). Reliqui *conveniunt*.

28. *Laedere.* Sic Geſn. Bip. Reliqui *Ludere*. Conjectura eſt deinceps Rollini, Burmanni, Geſneri. Turbata haec vulgo

Junii Baſſi. Recens fato funcrum ſignificat dicens *nuper* (cf. 10, 2, 90. item hic § 57). Ter hoc capite memoratur, ubi aetas ejus (§ 74.) oſtenditur conjuncta cum Criſpi Paſſieni (6, 1, 50). Nihil equidem hic moveam, nec temere huc traham *Julium* Baſſum, nomine mutando, vel a Seneca patre, vel a Plinio in Epiſtolis memoratum. Videtur enim ſat manifeſtis veſtigiis argui noſter infra illorum conditionem conſtitutus, nec fuiſſe niſi ſcurra.

Caſſii Severi — Domitii Afri. vide 6, 1, 43. 5, 10, 79. de *leni* joco § 93.

convictibus. Vocabulum pro *convivis* uſurpatum Vellejo, Senecae, Plinio, Tacito, Juvenali. „Eleganter etiam hic „locus tractatur apud Plutarch. „in Sympoſ. lib. 1. Quaeſt. 1 „circa finem, ubi de quaeſtionibus convivalibus agit.“ (Vol. 2. p. 614. C. D. E.) „et apud Macrob. Lib. 7. Saturn. c. 3.“ Almelovehius.

propoſitum illud, *Potius amicum, quam dictum, perdendi.* In hac quidem pugna forenſi malim mihi lenibus uti licere. quanquam et contumelioſe et aſpere dicere in adverſarios permiſſum eſt: cum accuſare etiam palam, et caput alterius juſte petere

a librariis Burm. oſtendit ad Ovid. Am. 3, 3, 4. Diſplicet, quod accuſativus nullus praeſto eſt, veluti § 34. et 4, 1, 10. Simile noſtro 5, 7, 30. Nec tamen facinus fuerit reponere: *L. neminem unq.* *perdendi.* Poſui leniſſimam Mureti emendationem (Varr. lectt. 19, 6). Deterior eſt Nicolai Fabri ad Senecam l. c. *perdere.* Reliqui *perdidi.*

forenſi. Turic. Guelf. Camp. *forenſium* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. Andr. et edd. ante Ald. Correxit Regius, neque *etiam* in extremis latere puto cum Burm. ſed errorem natum ex continuatis multis I et M. *licere.* Turic. Guelf. *dicere* cum Vall. Sed Goth. *decere.* Alm. Voſſ. 2. noſtrum dare, Burmanno narranti non credo (cf. 6, 2, 21. item hic § 29). Jenſ. pro *uti lic.* junctim *interdicere* cum edd. ante Geſn. exc. Camp. Andr. Ald. Baſ. *quanquam.* Turic. Guelf. Camp. *nonnunquam* cum Voſſ. 2. Goth. 1. 2. Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius.

juſte. Turic. *iſte.* Guelf. *te.* Jenſ. *injuſte* cum edd. ante Bad. exc. Camp. *inviſe* margo Baſ. Adhaeſiſſe ſuſpicor ex poſtremis proximi. Nonniſi inſulſe additur quidquam illi *conceſſum.* Vereor enim ut Geſnerus rationem ſuam exemplis tueatur, qua *juſte* dici putat pro: „plane, non diſſimulanter, nec „oblique, ſed omni paratu, et dedita opera."

28. *propoſitum illud.* Pronomen ſignificat, alicujus hoc fuiſſe propoſitum, vulgo notum. Mihi tamen nihil ejusmodi compertum. Sunt enim alia verba apud Horat. Serm. 1, 4, 34. 35. In re diverſa eadem locutus invenitur Seneca pater p. Bip. 174. „caput „potius quam dictum perdere."

hac — forenſi. Opponitur ea *convictibus* ceterisque. Sequitur autem ipſe praeceptorem ſuum Domitium, *lenia* praeferens *aſperis.*

juſte. cf. not. crit.

conceſſum ſit. Sed hic quoque tamen 536
inhumana videri ſolet fortunae inſectatio: vel quia culpa caret, vel quia recidere etiam in ipſos, qui objecerunt, poteſt. Primum itaque conſiderandum eſt, et *quis*, et *in qua cauſa*, et *apud quem*, et
29 *in quem*, et *quid dicat*. Oratori minime convenit diſtortus vultus, geſtusque: quae in mimis rideri ſolent. *Dicacitas* etiam ſcurrilis et ſcenica huic perſonae alieniſſima eſt. *Obſcenitas* vero non a verbis tantum abeſſe debet, ſed etiam a ſignificatione. Nam, ſi quando objici poteſt, non in joco

tamen. Goth. (tac. Geſn.) omittit. cf. § 19.

recidere. Turic. Guelf. Camp. *redire* cum Goth. Alm. et edd. ante Ald. Correxit Regius. cf. § 8. 32. 5, 2, 2.

et quis. Goth. (tac. Geſn.) omittit *et*.

et in qua. Turic. Camp. omittunt *et* cum Alm. edd. ante Ald. acc. Baſ. *et qua* Ald. (emendante Regio) cum Bad. Gryph. *ut quis in qua* Voſſ. 2. (?)

29. *mimis*. Turic. *minimis* cum Alm. cf. § 28. 34.

Obſcen. — ſignificatione. Turic. Guelf. omittunt haec.

in joco. Turic. Guelf. *i. loco*. Camp. *omni loco*. Reliqui *in omni loco*, ſine ſenſu; noſtram de conjectura dedimus. cf. § 5.

Sed. Supervacuum hoc ob id quod ſubjicitur *tamen*; et adhaeſit fortaſſe ex illo *ſit* praecedente. cf. § 14.

29. *Oratori — rideri ſolent*. Turnebus ablegat ad Cic. de Orat. 2, 59. eadem docentem. cf. noſter 6, 1, 47.

ſignificatione. Accipe latentem illam ſignificationem quae non ingeritur audienti, ſed relinquitur.

ſi quando — exprob. eſt. Non quidem debet omitti occaſio infamandi adverſarium, ſi quid obſcenum in moribus ejus et vita contingit objiciendum, ſed nunquam jocus inde eſt petendus, nec niſi ſeria et gravitate plena tanti probri mentio facienda.

exprobranda eſt. Oratorem praeterea ut di- 30
cere urbane volo, ita videri affectare id, plane nolo. Quapropter ne dicet quidem ſalſe, quoties poterit, et dictum potius aliquando perdet, quam minuet auctoritatem. Nec accuſatorem autem atroci in cauſa, nec 31
patronum in miſerabili jocantem feret quisquam. Sunt etiam judices quidam triſtiores, quam ut riſum libenter patiantur. Solet in- 32
terim accidere, ut id, quod in adverſarium dicimus, aut in judicem conveniat, aut in noſtrum quoque litigatorem: quanquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem, quod in ipſos recidere poſſit, evitent: quod fecit Longus Sulpicius, qui, cum ipſe

exprobranda. Goth. (tac. Geſn.) *exprobrandum.*

31. *libenter.* Guelf. omittit.

32. *in noſtrum.* Turic. Guelf. omittunt praepoſitionem cum Voſſ. 1. Jenſ. et edd. ante Ruſc. Correxit Regius (cf. 5, 14, 27). Praepoſitionem bis poſitam vide § 27.

quod in ipſos. Guelf. omittit *quod.*

30. *quoties poterit.* cf. Cic. de Orat. 2, 60.

31. *autem.* Offenditur hac particula Burmannus; poſitu profecto ejusdem poſt duo vocabula. Conjicit autem *ludentem* vel *ridentem*, Francius *unquam*. Fruſtra uterque. Aliquot ſuccurrunt exempla ejusmodi ſtructurae; velut 4, 1, 66. 6, 3, 70. (quanquam ibi transponunt Guelf. Goth. tac. Geſn.) item comicorum in interrogationibus cf. Indicem Terentianum, et Drakenb. ad Liv. 6, 17, 3. Alioqui ſatis apta eſt conjunctio, quanquam mutare poſſis eandem altera *enim* (cf. 5, 14, 7.), de cujus poſitu vide 5, 11, 37. *triſtiores* mox cf. ad 1 Pro. 15.

32. *in judicem conveniat.* Recte Turneb. et Rollinus ablegant ad Cic. de Or. 2, 60 vid. et 4, 1, 11.

Longus Sulpicius. Cognominis nomini praemiſſi exempla vide apud Drakenb. ad

foediſſimus eſſet, ait eum, contra quem judicio liberali aderat, *ne faciem quidem habere liberi hominis.* cui reſpondens Domitius Afer, *Ex tui*, inquit, *animi ſententia, Longe? qui malam faciem habet, liber non eſt?* Vitandum etiam, ne *petulans*, ne *ſuperbum*, ne *loco*, ne *tempore alienum*, ne

foediſſimus. Turic. *fidiſſimus.* *ait.* Turic. *aut*, a ſec. manu *ad* et ſic Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Ruſc. Regius expunxit, cui obſecuti ſunt reliqui. Nos facillimam conjecturam expreſſimus.

hom. cui. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Reliqui inſerunt *dixit*, quod Regius ſubaudiendum ducebat.

Afer, Ex tui. Turic. *afe rex tu*, a ſec. manu *afèr es tu* et ſic Guelf. *A. tu* Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſ. Reliqui *A. Et tu.* Noſtrum ex conjectura.

inq. animi. Sic Turic. Guelf. Reliqui inſerunt *ex.*

33. *ſuperbum.* Turic. Guelf. Camp. *ſuperbus* cum edd. ante Bad. quo acc. Baſ. Geſnerus ſuſpicatur primitus fuiſſe *ſuperbius*, non ego, ſed tralatitium errorem interpretor male jungendi, cum *petulans* pro maſculino accepiſſet librarius. cf. 6, 2, 15. item § 36. *tempore.* Vall. Loc. Bip. *tempori* cum edd. recentt. ante Burm. exc. Ald. Baſ.

Liv. Epit. lib. 63. Oudend. ad Suet. Caeſ. 63. Ruhnk. de Longino p. 2. Nec aliter noſter Marcellum Victorium dicit. Nihil autem de hoc Sulpicio Longo habeo dicere. Qui hoc nomine memorantur a veteribus, aliorum ſunt temporum quam Domitii Afri cf. § 27.

judicio liberali. cf. 5, 2, 1.

Ex tui — ſententia. Recte hic ablegant Pareus ad Lipſium Varr. lectt. 1, 1. Geſnerus ad Briſſonium de Formulis 8, 9. p. 689. ed. Conradi. Formula enim eſt jurandi. cf. in primis locum noſtri 8, 5, 1 Briſſonio laudatum. Apparet ubique in jurejurando addi *animo* pronomen poſſeſſivum. Regius mentionem injicit loci Dig. 1, 5, 14. qui eſt et apud Schulting. Jurispr. Antejuſt. p. 416. Pauli recept. ſentent. 4, 9, 3. „non ſunt — liberi „qui contra formam humani „generis converſo more pro„creantur."

33. *tempore alienum.* Regius dativum ſubſtantivi re-

praeparatum et domo allatum videatur, quod dicimus. Nam adverſus miſeros, ſicut ſupra dixeram, inhumanus eſt jocus. Sed quidam ita ſunt receptae auctoritatis ac notae verecundiae, ut nocitura ſit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis jam praeceptum eſt. Illud non ad orandi fere conſilium, ſed 54

et domo. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *ne d.* cum edd. ante Bad. Male. *ac notae.* Sic Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Ald. Reliqui *et n.* Turic. a pr. manu *a. noctae.*

34. *ad orandi fere.* Turic. *adoram f.* Guelf. *ad horam ferre* (a ſec. manu *a. oram f.*) cum Camp. Goth. (niſi quod hic *fere*): *ad horandi f.* Tarv. Nihil exputo quod in veter. ſcriptura lateat, praeter receptum.

ponendum ducebat, et eſt ſane ea ſtructura modo § 29. et 1 Pro. 5. Sed manifeſtis Ciceronis et Ovidii exemplis noſtrum defendit Burm. cf. et Heuſing. ad Cic. de Off. 1, 13, 10. Hujus generis eſt quod Cicero loco mox citando „aut ſua perſona“ inquit „aut „— *tempore alienum.*“

33. *domo allatum.* Almeloveenius ad partes vocat Cic. de Orat. 2, 60. 63. ubi quaedam hujus doctrinae ſemina, ſed convenientius Orat. c. 26 Geſnerus: „Vitabit etiam „quaeſita nec extempore ficta, „ſed *domo allata*, quae ple„rumque ſunt frigida.“ quae ipſa Quintiliano obverſata cenſet.

ſupra. § 28.

verecundiae. Dicitur pro *reverentia* et haec ipſa paſſive intelligitur ea, „qua coluntur „ii, qui ſunt notae verecun„diae.“ vide Drakenborch. ad Liv. 4, 45, 8. Oudend. ad Suet. Caeſ. 75. p. 117. cf. mox § 34. 64. Diverſo plane modo junguntur *auctoritas* et *verecundia* apud Vellej. 2, 32, 1. 2.

dicendi. Cum Geſnero reponere *dicenti* nec opus eſt nec neceſſe. Dativo ad *nocitura* non indigemus, *petulantia*, ſine illo gerundii genitivo, jacet. cf. *delicias ingrediendi* § 20. Alia ratio 4, 5, 6.

jam. § 28.

34. *orandi — hominis.* Poſſis tentare *orantis*, nec tamen opus. Opponitur ſibi invicem *orandi* et *vivendi* prudentia (cf. 6, 5, 11). *Non — fere — ſed* interpretare *non — tam — quam*, ſed etiam modeſtius pronunciatum.

ad hominis pertinet: laceſſat hoc modo, quem laedere ſit periculoſum, ne aut inimicitiae graves inſequantur, aut turpis ſatisfactio. Male etiam dicitur, quod in plures convenit: ſi aut nationes totae inceſſantur, aut ordines, aut conditio, aut ſtudia multorum. Ea, quae dicit vir bonus, omnia ſalva dignitate ac verecundia dicet. Nimium enim riſus pretium eſt, ſi probitatis impendio conſtat. Unde autem concilietur riſus, et quibus ex locis peti ſoleat, difficillimum dicere.

hominis. Sic Turic. *homines.* Guelf. cum Alm. (vix credo, cf. § 29. 38.) Voſſ. 2. Goth. Vall. Bad. pr. *omnis* Camp. *omnes* Turic. a ſec. manu, cum edd. ante Ald. Reliqui *omnia* ex Regii conjectura, cui patrocinatur aliquatenus 5, 7, 7.

pertinet: lac. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Gryph. Reliqui inſerunt *ne.*

35. *ſalva.* Turic. *ſalſia*, a ſec. manu *ſalſa* et ſic Guelf. cum Jenſ. (non *falſa*, ut Geſn.) Noſtrum Goth. Vall. Camp. reliqui, quod et ipſum latet in prima Turic. manu. Praetulit Regius quoque. *dicet.* Turic. *decet.* Noſtrum Guelf. Tarv. Ald. margo Baſ. (non *dices* ut Burm.) et conjecit Geſn. Reliqui *decent.*

impendio. Turic. Guelf. Camp. *compendio* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Gryph. excc. Tarv. Ald. Error natus e compendio *īpend.* ſequente praeſertim *cſtat.* vid. Drakenb. ad Liv. 10, 5, 11. *diffic. dic.* Sic Turic. Guelf.

laceſſat — ne. „Subaudi: „ut orator laceſſat eum, quem „periculoſum ſit laedere, hoc „modo ne etc.“ BADIUS, cujus interpretatione arcentur et Gallaeus, conjiciens *laceſſatur*, probante Capper., et plerique recentiorum inſerentes *ne* ante *lac.* Minus eſt et levius laceſſere quam laedere.

ſatisfactio. vide 6, 1, 50.

35. *Unde — riſus.* cf. § 7. item 5, 14, 30. Neque tamen mera ταυτολογία, cum illic de riſus origine in genere et quaſi φυσικῶς quaeratur, hic de dictis eorumque locis, praeceptis quibusdam comprehendendis.

Nam, si species omnes persequi velimus, nec modum reperiemus, et frustra laborabimus. Neque enim minus numerosi 36
sunt loci, ex quibus haec *dicta*, quam illi, ex
38 quibus eae, quas *sententias* vocamus, ducuntur, neque alii. Nam hic quoque est *inventio* et *elocutio*, atque ipsius elocutionis vis, alia in *verbis*, alia in *figuris*. *Risus* igitur 37

Reliqui inserunt *est*. *laborabimus*. Turic. (a pr. manu) Camp. *laboravimus*. Hoc, tantillum abfuit, ut reciperem. Nonne enim redit fere eodem, *modum non reperire* et *frustra laborare?* At longe manifestius opponuntur, *modum non reperire* et *frustra adhuc laborasse*. Haec igitur digna erant operosa illa structura *neque — et*, quae, si parum diversa conjunxerit, jacet. Nec tamen ostendere contingit, ubi de *sententiis* (cf. § 36.) jam dixerit, quod fit demum 8, 5. Hoc obstitit mutaturo receptam. Nisi forte dicas, intelligi omne hoc negotium partiendi et genera constituendi, quod frustra factum sit, si per singula ire, etiam in risu, velimus. *Infinitus* labor est in *numerositate*, *irritus* in *paritate* rerum dicendarum. „Neque minus *numerosi* neque *alii*." Sed, unde natus sit error postmodo corrigentis *laborabimus* (si est error) liquido apparet, unde scribentis primitus *laboravimus*, non item; nisi forte casu (cf. 6 Pro. 16). In gemello fere loco 4, 1, 26 parum praesidii ad dirimendam scripturam.

36. *min. num.* Sic Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *n. m.* cf. § 26. 38. *dicta*. Sic Turic. (a pr. manu) Camp. Ald. Reliqui ante Gryph. libri *ducta*, inter quos Goth. (tac. Gesn.) Vall. Emendavit Regius.

eae. Turic. Guelf. *eas* cum edd. ante Ald. (errore quem vid. § 33.) exc. Camp. qui *aea*, cum ex Vall. Bad. pr. det *ea*. Goth. Voss. 2. *causae* in qua recepta ipsa (vid. 4, 1, 19). Correxit Regius.

laborabimus. cf. not. crit.

36. *haec dicta*. vide § 2.

quas sententias. vid. l. 8. c. 5. Regius geminum Ciceronis locum designat, unde sua desumserit Qu. De Or. 2, 61. „mementote — unde ridicula — ex iisdem locis fere „etiam *graves* sententias duci „posse." Cicero tamen de sententiis, proprie sic dictis, non cogitat.

oriuntur aut *ex corpore* ejus, in quem dicimus; aut *ex animo*, qui factis ab eo dictisque colligitur; aut *ex his, quae ſunt extra poſita.* Intra haec enim eſt omnis vituperatio: quae ſi gravius poſita ſit, *ſevera* eſt; ſi levius, *ridicula.* Haec aut oſtenduntur,
38 aut narrantur, aut dicto notantur. Rarum eſt autem, ut oculis ſubjicere contingat, ut fecit C. Julius, qui cum Helvio Manciae ſae-

37. *ex corpore.* Turic. Guelf. Camp. *in c.* cum edd. ante Ald. Noſtrum Goth. Vall. et Regii quaedam exemplaria.

factis — dictisque. Turic. Guelf. *facetus* (ille a pr. manu *factus* ob § 20.) *dictus qui.* *intra,* Turic. Guelf. Camp. *Inter.* Male. Frequens confuſio, vid. Drakenb. ad Liv. 5, 27, 2. *ſevera.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. (qui modo lacunam habet a *poſita* ad *poſita,* in Goth. non comparentem cf. 6, 2, 21.) Bodl. Alm. Vall. Andr. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. Obr. Reliqui *ſeria,* obſequentes Regio. *eſt.* Jenſ. *ſit* cum edd. ante Gryph. exc. Bad. pr. Correxit Regius MSS. addicentibus. cf. 4, 1, 28. *dicto.* Turic. Guelf. Camp. *dicta.* Turic. tamen a ſec. manu *digito* et ſic Goth. (tac. Geſn.) cum Bodl. Bal. Obr.

38. *autem ut oculis.* Turic. (a pr. manu) omittit *ut,* quod ipſum ſuis exemplaribus addere cogebatur Regius. Ex Alm. *aut ut* affertur. An forte excerpens Burm. volebat dare *autem* ſine *ut?* (cf. § 34. 41). Diſplicet iteratum, diverſa poteſtate, *ut;* nec tamen aliam rationem comminiſcor.

C. Julius. Goth. 2. *C. Lucilius.*

Manciae — Mancia. Turic. Guelf. (a pr. manu) Camp. *mancipe — manceps* cum Bodl. Alm. Andr. Tarv. Sed Guelf.

37. *ex corpore.* „Verba „contracta ex Cicerone de „Orat. 2, 59." Almeloveenius. Tripertitam hanc rationem habes etiam 3, 6, 25.

dicto notantur. Hic ego *notantur* non tam cenſoria ſignificatione vituperandi accipiam, quam illa altera *breviter indicandi* (cf. 6, 2, 23.) quod commode ſit aliquo urbane dicto.

38. *C. Julius — ſigni gratia poſitum.* cf. Liv. 7, 10. ubi narratur certamen T. Man-

pius obſtrepenti ſibi diceret, *Jam oſtendam, qualis ſis:* isque plane inſtaret interrogatione, qualem tandem ſe oſtenſurus eſſet, digito demonſtravit imaginem Galli in ſcuto
559 Cimbrico pictam, cui Mancia tum ſimilli-

ſec. manus Jenſ. et mox edd. ante Baſil. *mancipi — manceps.* cum Vall. Colb. *Mancino — manceps* Goth. *Mancius — manceps.* Voſſ. 2. (?) Error pertinax, ſed poſterior ille conſulto effictus, ut opinor, cum in priorem caſus incidiſſet. Pighius quoque correxit. Nomen praemiſſum recte praeferunt pleriqu veteres, niſi quod Loc. Ven. Ruſc. *Helio*, Camp. Andr. *Elvio.* Mox Baſil. cum edd. ante Geſn. *Helmio*, quod vitium invaſit et Ciceronis libros.

Jam oſt. qual. Turic. Guelf. *etiam o. q.* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. edd. ante Ald. exc. Camp. qui ſic: *J. oſt. etiam jam q.* Correxit Regius. *tandem.* Turic. *talem*, a ſec. manu *tamen* et ſic Jenſ. cum edd. ante Ruſc. exc. Camp. Correxit Regius. *ſe oſtenſ.* Sic Turic. Camp. Reliqui *ſe* ante *tandem.* cf. § 36. 39. *ſcuto Cimbr.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui inſerunt *Mariano*, ex Cicerone.

lii cum Gallo, ferociter provocante Romanos. Ita autem ad § 5. Drakenborchus: „Hujus proelii picturam multis poſtea ſeculis in foro Romano prope roſtra vetera ſub novis tabernis argentariis publicatam manſiſſe, et in tabula, facta in ſcuti Gallici vel Cimbrici formam, exhibitam fuiſſe Galli iſtius exultantis ac barbare linguam exerentis imaginem ex Cic. l. 2. de Orat. c. 66. Quintil. lib. 6. Inſtit. Orat. c. 3. et Plin. lib. 35. Hiſt. Nat. c. 15." [eſt c. 4. ſegm. 8. p. 683. Hard.] „docuit Pighius in Annal. ad ann. 392. p. 277." Plinius Craſſum, pro C. Julio, joci auctorem facit, neque eſt temere corrigendus, ut vult Huberus Baſileenſis in *Variis lectionibus ad Plauti Amphitryonem* (ſ. anno, ſed editis haud dubie poſt 1684); verum error ipſius ſcriptoris agnoſcendus.

in ſcuto Cimbrico. cf. Cic. de Orat. 2, 66. ad quem locum Turnebus in libello de Jocis Ciceronianis: „Marianum" [hoc enim adjicitur apud Ciceronem] „ſcutum Cimbricum vocat propterea quod Cimbris ſuper a Mario

mus est visus. Tabernae autem erant circa forum, ac scutum illud signi gratia positum.
39 Narrare, quae falsa sint, in primis est subtile

39. *falsa.* Sic Turic. Voss. 2. Goth. Jens. Tarv. Ald. Bad. pr. multaeque vett. edd. et hoc conjecit Rollinus. Sed Guelf. Camp. *falsa* cum Venet. Bad. sec. Stoer. eoque recen-

„victis, in memoriam victo-„riae dominus tabernae scu-„tum suspenderat, sic pictum „pro tabernae signo. Solebant „enim ad pompam triumphi „ornandam multa hujusmodi „scuta traduci, et in foro „poni. Livius" [9. 40, 15. 16.]: „Dictator" [Papirius Cursor] „ex senatusconsulto „triumphavit, cujus trium-„pho longe maximam speciem „captiva arma praebuere; tan-„tum magnificentiae visum in „iis, ut aurata scuta dominis „argentariarum ad forum „ornandum dividerentur. inde „natum initium dicitur fori „ornandi ab aedilibus." Hic nondum apparet, quare in Cimbrico scuto pictus fuerit Gallus ille Manlianus. Nec multum adjuvat Pighius l. c. *Manliano* reponens pro *Mariano.* Nam si maxime C. Manlius Maximus, qui et *Mallius*, A. U. C. 649 Consul bellavit cum Cimbris, qui potest ejus Cimbricum scutum memorari, fusi et fugati a Cimbris? Occasio picturae ex nominibus tam gentis devictae quam ducis Romani erui posse, mihi quidem vix videtur; nisi forte Romanis videbatur Gallus ille etiam Cimbros designare. Neque tamen dubito quin illius certaminis Manliani imaginem praetulerit scutum; nec cuiquam temere credam, gallum gallinaceum esse intelligendum, quae fuit Sichardi et Gesneri opinio. Et haesit Gesnerus quoque, hanc rationem tenens, in „buccis fluen-„tibus" Gallo tributis a Cicerone. Rectissime; iisque illustrandis Turnebus l. c. commode adhibet verba gemina Orat. post red. in Senatu c. 6. „fluentibus buccis, pressa voce „et temulenta" quibus cum nemo eruditior fidere queat post κρίσεις, Marclandi et Wolfii, substituam tutiora in Pisonem c. 11. „*fluentes* „cerussataeque *buccae.*" Quod in Pisone temulentia et luxuria, in Gallo Manliano ferocia et iracundia effecerunt. De oris enim impuritate exprobranda interpretari imaginem Galli, linguam exerentis, quod jubet Isaacus Vossius ad Catullum p. 336 citante Burmanno, alienissimum fuerit.

39. *quae falsa sint.* Haec est optimorum librorum scriptura, quam et ipsa sententia firmissime tuetur. Neque enim

et oratorium: ut Cicero pro Cluentio narrat *de Cepaſio atque Fabricio*, aut M. Coelius *de illa D. Laelii collegaeque ejus in provinciam feſtinantium contentione.* Sed in his omnibus cum elegans et venuſta exigitur tota expoſitio, tum id feſtiviſſimum eſt, quod adjicit orator. Nam et a Cicerone ſic eſt 40 Fabricii fuga illa condita: *Itaque cum callidiſſime ſe putaret dicere, et cum illa verba graviſſima ex intimo artificio depromſiſſet:*

tioribus ante Burm. Nulla mentio Alm. et multorum praeterea. cf. § 89. *aut.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Jenſ. (non *at* ut Geſn.) Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Reliqui *ac*, mutante Regio. *M.* Sic Turic. Camp. cum Ald. Reliqui *Marcus.* cf. § 25.

D. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Reliqui (ſed ii ſunt editi) *C.* Nominis autem genitivum Turic. a pr. manu habet ſimplici I, ut et mox in Fabricio bis et in Fabio § 61. in Vatinio § 68. cf. 3, 5, 17. Eadem ratio ubique eſt Turicenſis. cf. Oudend. ad Suet. Aug. 101. Claud. 12.

feſtinantium. Turic. a pr. manu *feſtantium.* Guelf. *manifeſtantium.* *feſtiv. eſt.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *e. f.* cf. § 38. 44.

40. *condita.* Guelf. *credita* cum Jenſ. Loc. Ven. Ruſc. Sed verum, quod repoſuit Regius, jam Turic. Vall. Camp. Tarv. cf. Cic. pro Muren. c. 31 extr.

depromſiſſet. Turic. a ſec. manu inſerit *p.* cf. 3, 8, 16.

falſas haſce narrationes appellare ulla ratione procedit. cf. 4, 2, 19.

Cic. pro Cluent. c. 21.

D. Laelii. Hujus viri praenomen *C.* ponit ex editionibus noſtri Pighius Annal. ad A. U. C. 799. p. 400 ſq., ſed praegravant MSS. Neque factum neque dictum hoc aliunde notum ex hoc ipſo loco eruit idem hunc in modum, ut contentio fuerit Laelio cum collega quaeſturae, utrum Syracuſanam an Lilybaetanam obtineret. Sic Laelium occupare voluiſſe alteram.

Reſpicite C. Fabricii ſenectutem. cum hoc, reſpicite, *ornandae orationis cauſa ſaepe dixiſſet, reſpexit ipſe: at Fabricius a ſubſellis demiſſo capite diſceſſerat*, et cetera, quae adjecit: nam eſt notus locus: cum in re hoc ſolum eſſet, *Fabricium a judicio receſſiſſe.* 41 Et Coelius cum omnia venuſtiſſime finxit, tum illud ultimum, *Hic ſubſecutus quomodo tranſierit, utrum rate, an piſcatorio navigio, nemo ſciebat. Siculi quidem, ut ſunt laſcivi et dicaces, ajebant in delphino ſediſſe, et ſic tanquam Ariona transvectum.* 54

Reſp. C. Sic Turic. Guelf. *Reſp. inquit hominum fortunam reſp. C.* Goth. Jenſ. (errante Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Bad. niſi quod *fort.* omiſi in excerptis Camp., per errorem haud dubie. Mox integra dantur e Cicerone, nec tamen *judicees* pro *inquit* ante Gryph. Malui abſtinere iis, quae abeſſent a vetuſtiſſimis; nec attinebat notiſſimum locum integrum dari a Qu. Quod autem *duros* ponunt pro *dubios* Ciceronis, id nullo MS. niti perſuaſum habeo.

at Fabr. a. Turic. *a F. a*, a ſec. manu *F. et a.* Guelf. *ac F. a.* Goth. noſtrum ipſum (errante Geſn.). Sed Jenſ. omittit *at* cum edd. ante Ald. exc. Camp. Tarv.

demiſſo. Turic. Guelf. Camp. *dimiſſo.*

notus. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *totus.* Praeferrem ſi addiceret Turic.

41. *illud.* Turic. a pr. manu *illum* cum Alm. cf. § 38. 43. *Hic.* Ita Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Reliqui *Sic.* *rate.* Turic. *ratus.*

40. *notus.* vid. not. crit.

41. *finxit.* Hoc quidem non eo pertinet ut commendetur modo (§ 39.) *falſa*, vel *Ficta* l. 4. Eſt enim *effinxit, expoſuit*, quorum prius ſine audacia reponere poſſis, praecedente *E* in *venuſtiſſime.*

quidem. Cave audias Francium corrigentem *quidam*, nihil enim alienius.

In narrando autem Cicero consistere *facetias* 42
putat, *dicacitatem* in jaciendo. Mire fuit
in hoc genere venustus *Afer Domitius*, cujus
orationibus complures hujusmodi narrationes
insertae reperiuntur: sed dictorum quoque
ab eodem urbane sunt editi libri. Illud quo- 43
que genus est positum non in hac veluti
jaculatione verborum, et inclusa breviter
urbanitate, sed in quodam longiore actu,
quod de Crasso *contra Brutum* Cicero *in*
secundo de Oratore libro, et aliis quibusdam
locis narrat. Nam, cum Brutus in accusa- 44
tione Cn. Planci ex duobus lectoribus ostен-

42. *jaciendo.* Turic. Guelf. Camp. *faciendo* cum Goth. Alm. Voss. 2. et edd. ante Ald. Emendavit Regius praestantissima conjectura, nihil contra agente Badio, qui transponit: *fac.* — *fac.* — *dic. i. narr.* levicula etymorum specie deceptus.

43. *verborum.* Camp. *dictorum* cum Palat. Gebh. Goth. 2. Alm. sed hunc vix credo recedere a vulgata, quacum facit Turic. (cf. § 41. 45). Recte Burmannus abstinuit a scriptura sane blandiente, ob id quod modo erat *dictorum.* Gesnerus glossam interpretatur *dictorum.*

44. *Cn.* Turic. Guelf. Camp. *C.* cum Goth. et edd. ante Bas. nisi quod Tarv. et recc. integrum dant *Caji.* cf. Ern. Clav.

42. *Cicero.* Locum designavit Rollinus: Orat. c. 26. „duo genera — *facetiarum* — „*dicacitatis* — altero in *narrando* — altero in *jaciendo.*" Paulo diversum vocabulorum usum animadvertit Gesnerus de Orat. 2, 54. ubi *facetiis* ipsis subjicitur hoc *peractutum et breve*, et fit mentio *faceti dicti.* Regius ablegat ad libros de Or. 2, 59. 60. qui et ipse locus valde huc facit.

43. *jaculatione.* Juvenal. 7, 193 „Felix, orator quoque „maximus et *jaculator.*"

secundo de Oratore. c. 55.

aliis — locis. Designant VV. DD. Pro Cluentio c. 51. Utrum praeterea alicubi idem memoretur in Ciceronis libris, equidem non dixerim.

44. *ex duobus.* Pithoeus verissime pro *ex* de conjectura reponit *asciti*; neque enim

diſſet, contraria L. Craſſum patronum ejus in oratione, quam de Colonia Narbonenſi habuerat, ſuaſiſſe iis, quae de lege Servilia dixerat; tres excitavit et ipſe lectores, hisque patris ejus dialogos dedit legendos: quorum cum *in Privernati* unus, alter *in Albano*, tertius *in Tiburti* ſermonem habitum complecteretur, requirebat, *Ubi eſſent eae poſſeſſiones?* Omnes autem illas Brutus vendiderat: et, cum paterna emancuparet praedia, turpis habebatur. Similis in apo- 541
logis quoque et quibusdam interim etiam hiſtoriis exponendi gratia conſequi ſolet.
45 Sed acutior eſt illa atque velocior in urbanitate *brevitas*. Cujus quidem duplex forma

Cic. p. 234. *dixerat.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *dixerit* cum Vall. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. Correxit Regius. *emancuparet.* Sic Turic. quanquam latet haec ſcriptura in vitio librarii *paternae mancuparet.* Reliqui *manciparet* niſi quod Guelf. Obr. *mancuparet.* Camp. *nuncuparet* cum Goth. Voſſ. 2. Andr. Agnoſce Codd. deteriores cf. § 37. Praetuli compoſitum verbum ſimplici, quia ſic clarius fit, alienaſſe Brutum paterna praedia. Nam ſi maxime *mancupare* ipſum tale quid ſignificat, dativo addito erat opus, qui fere ſemper reperitur in ſtructura *mancipandi.* (Quanquam ſiine hoc eſt Tac. Annal. 1, 73.) Sed expletur hoc praepoſitione adjuncta, quam imprudens nobis ſervavit dormitans ille librarius Turicenſis. cf. 4, 3, 17.

inter. etiam. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *e. i.* cf. § 39. 45. *exponendi.* Sic Turic. Guelf. Camp. Tarv. cum Goth. Alm. Jenſ. Ald. Baſ. Reliqui *exponendis.* 45. *dupl. forma eſt.* Sic Turic. Guelf.

ferendam credo vulgatam, quanquam eſt omnium librorum.

emancuparet, vid. not. crit.

exponendi gratia i. e. grata narratio. *Conſequi* autem h. l. fere quod *contingere* ſignificat.

eſt, *dicendi*, ac *reſpondendi*. ſed ratio com-46
munis in partem: nihil enim quod in laceſſendo dici poteſt, non etiam in repercutiendo: at quaedam propria ſunt reſpondentium. illa etiam ira concitati afferre ſolent: haec plerumque in altercatione, aut in rogandis teſtibus requiruntur. Cum ſint autem loci plures, ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendum eſt mihi, non omnes eos

Camp. *e. dupl. f.* Goth. (tac. Geſn.). Reliqui *d. e. f.* cf. § 44. item § 46.

partem. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Obr. Reliqui *parte.*

46. *nihil enim quod — poteſt non.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (errante Geſn. ſed in Goth. *quod* additur a ſec. domum manu) et edd. ante Ald. Ex Alm. idem, niſi quod omittitur *quod.* cf. § 43. 47. Reliqui *n. e. — p. quod n.* transponentem Regium ſecuti.

quaed. propr. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.). Reliqui *p. q.* cf. § 45. 50. *ira conc.* Turic. a pr. manu *itaque c.* Diu equidem haſce literas verſavi et revolvi ut aliquid utile ſententiae eruerem. Neque enim dubito quin vera in iis lateat ſcriptura eaque multum diſcrepans a vulgata. *que* poſt *ita* vix potuit forte fortuna allini. Nihil ſane ſuccurrit, in quo acquieſcere velim. An patiemur *etiam itaque concitati* abire in iſta: *etiam atque etiam meditati?*

requiruntur. Turic. a pr. manu *requirantur.*

46. *illa etiam — requiruntur.* Apparet opponi ea, quae domo afferuntur, inventis in ipſa altercatione teſtiumque interrogatione. Jam ne *requiruntur* quidem magnopere ad rem facit, niſi forte id tenes, quod ſane multam ſpeciem habet, *requiri* dici pro *deſiderari*; ſin pro *erui*, uſum loquendi ignoro et malim *repe-riuntur.* Sed quid eſt quod „*ira* concitati“ haec afferre dicuntur? Aut cur *irae* proprio fit mentio, quae magis ſubitaneum aliquod dictum exprimet, quam domo afferendum miniſtrabit? cf. not. crit.

ducantur. Non diſplicet profecto Obrechtus, reponens *ducuntur.*

repetendum. cf. § 29. 30.

47 oratoribus convenire. In primis autem *ex amphibolia*, neque illa obscura, quae Atellanae more captent, nec, qualia vulgo jactantur a viliſſimo quoque, converſa in

47. *autem ex.* Turic. Guelf. *ut ex.* In Alm. τῷ *aut*, an *ex* ſubjiciatur, nemo docet (cf. § 46. 50). Camp. *ut in.*

amphibolia. Guelf. Camp. Tarv. *amphibologia* cum Bodl. Vall. (a pr. manu) Andr. et edd. ante Gryph.

quae. Tarv. *quum.* Ald. *cum.*

Atellanae. Turic. *ate iellanie*, a ſec. manu *attellaniae* ut et Jenſ. Sed Guelf. *attelliano.* Camp. *Attellano.* Goth. *Atellanio* cum Voſſ. 2. Vall. Similis varietas eſt apud Suet. Cal. 27 ed. Oud. ubi quoque terminatio *niae.*

captent. Turic. a ſec. manu *captant*, et fortaſſe apiculus in extrema voce, index paſſivi. Guelf. *captantur*, anteverſum τῷ *more.*

a viliſſimo. Turic. Guelf. Camp. omittunt *a* cum Goth. et edd. ante Gryph. Mox § 49. *a villa* libentius careas praepoſitione, itidem literae V praemiſſa. Si quid in univerſum ſtatuere licet de hac §, diffido ſane illi *autem* poſt *in primis*, a bonis libris deſtituto, cum praeſertim paucis vocabulis ante ſit „cum — „*autem.*“ Nec tamen facile dictu, quomodo *ut* ſtructuram juvare poſſit. Malim quidem ſic ordinari eam: *In primis ut ex amph. neque illa obſcura, quaſi Atellano more, captent nec q. v. j. a* (praepoſitione enim opus eſt profecto) *v. q.* etc. *Ut* pendere dicam ab illo *repetendum eſt*, quanquam impeditur hoc, interveniente accuſativo cum inf., nec praeſtem latinitatem hancce *ut neque — neque* pro *ne — neve.* Indidem mox pendebit hoc quoque: *Ne illa quidem.* Sin retinemus *autem*, tamen *captent* interdicentis et dehortantis animo dictum accipiemus. Saltem *quae* nequaquam fero, quo ſtante *neque illa*

47. *In primis — ambiguitate.* In hiſce ſententia quidem facillime perſpicitur, ſtructura juſta, neque ex vulgata eruitur, neque ex librorum veterum fluctuatione conſtituitur. *Atellanarum* dicta ex antiquitate obſcura habita a Qu. recte monet Geſnerus. De hoc fabularum genere videndus Livius loco claſſico 7, 2 cum interpretibus et in his Caſaubono de Satira et Dacerio in Commentariis Academiae Inſcriptt.

maledictum fere ambiguitate. Ne illa quidem, quae Ciceroni aliquando, ſed non in agendo, exciderunt, ut dixit, cum is candidatus, qui coci filius habebatur, coram eo ſuffragium ab alio peteret: *Ego quoque*

obſcura referri debent ad praecedentem infinitivum *convehire*, duriſſima ſtructura. Nec video, unde nobis exiſtat conjunctivus in illo *captent*, niſi fuerit praecipientis Quintiliani. Secundae enim Turicenſis manui minimum tribuo. Ne paſſivum quidem illud Guelf. placet, vel ob ſonum inſuavem *captantur*, *jactantur*. Huic taedio remediis quibusdam contra iturus erat Fabius. Burmanni quidem ſuſpicio, ſcribentis: *quae Atellani more captant*, non eſt ſpernenda, praeſertim ſi ſcribere liceat *Atellani e more*, in quo tota eſt veterum ſcriptura. *Atellanum*, actorem *Atellanarum*, habes apud Cic. quoque ad Div. 9, 16. Suet. Galb. 13. Sed ſcrupulus (praeter illam ſtruendi cum inf. *convenire* duritiem) reſtat in *captent*, quod aegre mutatur in *captant*. Nam *more*, *e more* ſatis apertum. *quae* Cic. Turic. a pr. manu *quod* C. *dixit*. Hoc dedi ex uno Camp. Reliqui *dixi*, ſententia admodum impedita. Quando enim et ubi, hoc *dixit* Qu.? quanquam aliquid ſimile § 4. Nec videtur ſtructura poſſe carere verbo finito (Aliter ſe res habet § 96 ubi caſus rectus *Cicero*); nec exitum habet ullum in hac ordinatione, vulgo recepta. Poſſit tamen noſtrum ipſum eſſe a Campani emendatione cf. 5, 13, 19. Gallaeus ſuo remedio (cf. 2, 10, 4.) utens expungit *dixi*. Si ſalebroſius videtur *dixit cum* cf. § 59. 64. *is*. Turic. *his*.

coci. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Jenſ. (non *cocci*) et edd. ante Bad. Reliqui *coqui*. cf. 1, 2, 6.

ab alio. Turic. Guelf. *a. eo* cum Vall. et edd. ante Ald. exc. Camp. Regius noſtrum commendavit, quod in quibusdam legi narrat, fruſtra refragante Badio. Et Goth. nobiſcum.

coci filius — favebo. Donatus ad Terent. Adelph. 3, 3, 69. „Ciceronis dictum refer„tur in eum, qui coqui filius „ſecum cauſas agebat: Tu „quoque aderas huic cauſae. „Nam apud veteres *coquus* „non per C. literam, ſed per „Q ſcribebatur.“ Occaſio dicti verior profecto et elegantior narratur a Quintiliano.

48 *tibi favebo.* Non, quia excludenda sint omnino verba, duos sensus significantia: sed, quia raro belle respondeant, nisi cum prorsus 54a rebus ipsis adjuvantur. Quare non hoc modo, paene et ipsum scurrile, Ciceronis est in eundem, de quo supra dixi, Isauricum, *Miror, quid sit, quod pater tuus, homo constantissimus, te nobis varium reliquit:* 49 sed illud ex eodem genere praeclarum, cum objiceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, *quod Bovillas ante horam nonam devertisset, ut expectaret, dum Clodius a villa sua exiret*, et identidem interrogaret, *quo tempore Clodius occisus*

tibi favebo. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Goth. Voss. 2. Vall. et edd. ante Ald. exc. Camp. Reliqui inserunt *jure*, improbante Regio et a vetere exemplo abesse testante. Profectum hoc ab iis, qui ignorant ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

48. *belle.* Turic. *velle* cum Alm. sed ille a sec. manu *ad velle* et ita Obr. Sed Guelf. *id velle* (puto voluisse hos: *ad voluntatem*). Jens. *bello*, ex quo nostrum reposuit Regius. Tarv. *pelle.* Burmanni conjectura *ad verum* nequaquam opus. cf. § 74. *in eundem.* Turic. *et e.* a sec. manu *ejusdem.* Guelf. *et ejusdem.* *Isauricum, Miror.* Turic. *isauri minor.* Guelf. *isauri minorem.*

reliquit. Camp. *reliquerit.* *sed illud.* Turic. a sec. manu inserit *et.* cf. § 7.

48. *respondeant.* Ita et mox § 54. *respondent* pro *conveniunt.*

Qua re. Sensum turbant haec. Repone *Quale*, conjiciente jam *Dan.* (cf. 6 2, 11). Idem error § 88.

supra. § 25. *Varium* Philander et Gesnerus rectissime interpretantur maculosum a plagis, quorum hic ponit locum Plautinum Pseud. 1, 2, 12 „Ita ego vestra latera loris „faciam ut valide *varia* sint.“ vide Taubm. ad Plaut. Epid. 1, 1, 15.

eſſet? reſpondit, *Sero.* quod vel ſolum ſufficit, ut hoc genus non totum repudietur. Nec plura modo ſignificari ſolent, ſed etiam diverſa: ut Nero de ſervo peſſimo dixit, *Nulli plus apud ſe fidei haberi: nihil ei neque cluſum nēque ſignatum eſſe.* Per-

50. *plus apud ſe.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *a. ſ. p.* cf. § 46. 51.

neque cluſum. Sic Jenſ. Loc. Ven. Ruſc. Bad. pr. *necluſum* Turic. *incluſum* Guelf. Camp. Goth. Voſſ. 2. *neque incluſum* Vall. Tarv. Bad. ſec. *neque occluſum* Alm. (cf. § 47. 52.) et ſic reliqui cum Cicerone.

ſignatum. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Gryph. Reliqui ex Cicerone *obſignatum.*

49. *ſero.* Valla Elegant. 4, 107. „Haec — tria Sero ſignificat, quae tamen paene „idem ſunt. Una et vera „ſignificatio eſt pro veſpere, „quod eſt poſt occaſum. Al„tera quae hinc naſcitur, „quae eſt pōſt tempus. Quod „enim poſt ſolis lucem eſt, „id vere poteſt poſt tempus „dici. Cicero, cum accuſa„tor Milonis identidem inter„rogatus" [l. interrogans] „inſtaret, quo tempore Clo„dius eſſet occiſus, urbane re„ſpondit: *Sero*, non tam ho„ram intelligens, quam tar„dius occiſum, et poſt tem„pus, quo debuiſſet occidi" etc. Ejusdem Adverbii ſignificationis teſtem locum ponit Pſeudo-Turnebus Cic. ad Attic. 7, 21 „Lentulus venit „*ſero.*" Regius quidem haeret in hiſce et operoſius ſententiae rationem reddit, ſed nec diverſam ab illa, quam poſui. Male autem a ſuis aequalibus vulgo dici narrat *bonum ſero*, quibus ſe reſpondere conſueſſe *malum cito.* cf. Cerda ad Virg. Aen. 12, 864 *ſerum.*

50. *Nero de ſervo.* Cic. de Or. 2; 61 „Ridiculum eſt Ne„ronianum illud vetus in fu„race ſervo, ſolum eſſe, cui „domi nihil ſit nec obſigna„tum, nec occluſum." Turnebus in Commentario ad jocos Ciceronianos hunc Neronem cenſet eſſe eundem C. Claudium conſulem A. U. C. 547, qui res adverſus Annibalem, et Asdrubalem geſſerit.

venit res usque ad aenigma: quale est Ciceronis in Pletorium Fonteji accusatorem, *cujus matrem* dixit, *dum vixisset, ludum, postquam mortua esset, magistros habuisse.* Dicebantur autem, dum vixit, infames feminae convenire ad eam solitae: post mortem bona ejus venibant. Quanquam hic *ludus* per translationem dictus est, 52 *magistri* per ambiguitatem. In metalepsin quoque cadit eadem ratio dictorum: ut 543

51. *aenigma.* Turic. Guelf. *enigmam.*
quale. Turic. Tarv. *quae* cum Jens. Correxit Regius. Origo vitii est in scriptura modo relata.
Fonteji. Turic. Guelf. Camp. *Fontei.* cf. § 39.
vixisset. Turic. Camp. *jussisset* cum Alm.
esset. Turic. a pr. manu *esse.* Camp. *est.* cf. 6, 2, 12.
habuisse. Turic. (a pr. manu) Guelf. *abiisse.*
vixit. Turic. *vissit.* cf. 5, 14, 12.
conv. ad eam. Sic Turic. Camp. Reliqui *a. e. c.* cf. § 50. item mox. *bona ejus.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *e. b.* cf. modo, item § 55.
venibant. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Tarv. *veniebant* cum Voss. 2. *dictus.* Turic. *dictum*, mire.
52. *eadem.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. 1. 2. Voss. Andr. Bas. Reliqui omittunt.

51. *Ciceronis.* Magna pars ejus orationis quam pro M. Fontejo habuit Cicero, aetatem non tulit, cujus et hoc est quod refert Qu. cf. Fragmenta apud Ern. p. 1059. Ad hunc nostri locum spectat nota P. Manutii ad Cic. ad Att. 1. 1. „infamem" [matrem Pletorii Cicero] „significavit et ab im„pudicitia, dum viveret; et „mortuam, ab aere alieno."

52. *metalepsin.* cf. 8, 6, 37.
eadem ratio i. e. hoc dictorum genus quod petitur ex amphibolia. Neque enim quidquam nisi species amphiboliae est metalepsis, cujus praestantissimum exemplum habe Homericum illud ubi ἐδόωσα ponitur pro ὤξυνα, Odyss. 9, 327. quoniam θοὸς aliquo usu idem est τῷ ὀξεῖ.

Fabius Maximus, incuſans Auguſti congiariorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, *heminaria eſſe* dixit. nam *congiarium* commune liberalitatis atque menſurae; ea menſura ducta in minutionem rerum.

Auguſti. Turic. *anguſtae.* Guelf. *anguſte.* Camp. *auguſtae* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius, cui tanto libentius aufculto, quia primitus *anguſte* ſcriptum videtur, adverbium interpretante librario.

heminaria. Guelf. Camp. *heminariam* (niſi quod hic ſine aſpiratione) cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Bodl. Andr. et edd. ante Bad. Córrexit Regius, quem adjuvat Turic. neque enim hic quidquam ſuſpicor neglectum a conferente.

cong. commune. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. et edd. ante Bad. Reliqui inſerunt *cum ſit*, ſuadente Regio. *ea.* Sic Turic. Guelf. Goth. (err. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. (qui et deinceps *menſura* omittit cum Goth. tac. Geſn.). Reliqui *a.*

ducta. Guelf. Camp. *dicta.*

in minutionem. Sic Turic. Guelf. Camp. Tarv. cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Mox Locat. cum reliquis ante Ald. *imminutione*, quod et Alm. tribuitur (cf. § 50. 54). Reliqui *imminutio eſt*, ex Regii conjectura.

Pariter et hic, quoniam *congius* et *hemina* aliquatenus ſunt conjuncta, Fabius, dictum captans, alieno etiam loco eadem reciprocavit.

Fabius Maximus. Hic eſt P. Fabius Paulus Maximus (tale enim ejus nomen indicat Cannegieterus de mutata Romanorum nominum ratione p. 2.) A. U. C. 743 Cos. de quo vide Tacit. Annal. 1, 5 ibique Lipſ. Ad eundem ſunt aliquot Ovidii ex Ponto epiſtolae magnam ejus eloquentiae famam fuiſſe teſtantes, niſi forte hac laude exul poëta amicum potentem demereri conabatur. Longe enim iniquius de eodem eſt Caſſii Severi et Senecae ipſius apud M. Senecam judicium p. Bip. 173. (ubi cum Nic. Fabro ſcribe *Fabius* pro *Fabianus*) nec aliud videtur noſtri h. l. Generis claritatem, quam et Ovidius, ſignificat L. Seneca de Clementia c. 9.

nam cong. — rerum. Sunt haec abruptius poſita, cujusmodi oratione utimur, brevi interpretatione aliquid velut

53 et tam frigida, quam eſt nominum fictio, adjectis, detractis, mutatis literis: ut *Aciſculum*, quia eſſet pactus, *Paciſculum*; et *Placidum* nomine, quia is acerbus natura eſſet, *Acidum*; et *Tullium*, cum fur eſſet, *Tollium* dictos in-
54 venio. Sed haec eadem genera commodius in rebus, quam in nominibus reſpondent. 544 Afer enim venuſte Mallium Suram, multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem et reponentem, *non agere* dixit, *ſed ſatagere*. Eſt enim dictum per ſe urbanum, *ſatagere*, etiamſi nulla ſubſit alterius verbi ſimilitudo.

53. *et tam.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et Loc. Venet. Nam Tarv. jam inſerit *haec*, quod mox et Ruſc. reliquique jubente Regio, ſed nulla utilitate. *adjectis.* Turic. Guelf. *adjecit.* Jenſ. (tac. Geſn.) *adjecit is.* *mutatis.* Turic. Guelf. omittunt. Male. *eſſet Acidum.* Turic. Guelf. *et ad citum.* Jenſ. (tac. Geſn.) *e. Aculum.*

54. *Mallium.* Sic Turic. Camp. cum Voſſ. 2. non concinente Goth. Sed ego Burm. voluiſſe nominare *Alm.* exiſtimo (cf. § 52. 57). Reliqui *Manlium.* Guelf. *Maulium.* cf. not. ex. ad § 38. In Leidenſi jubemur (a Pithoeo haud dubie) legere *Manilium*, ratione poſita nulla.

agendo. Turic. a pr. manu *agendum.*

enim dict. Guelf. *hoc d.* cum Goth. Error eſt, de quo § 7.

cito ſubſequentes. Ad *rerum* intellige „dono datarum.“ Pronomen *ea* ad *menſura* ſic additur ut ſupra 6, 2, 23 ad *ampl.*

53. *et tam frigida.* Hoc et ipſum refertur ad nominativum *menſura.* *Ducta* eo eſt *menſura*, et quidem non majore cum ſale, quam ſit *fictio nominum.*

54. *Mallium Suram.* Hunc non aliunde norunt VV. DD. Burmannus, apud Plin. H. N. l. 18 p. (Bip.) 259 *Suram Mamilium* eſſe monens, cum noſtro eundem facere recte dubitat. cf. not. crit.

Fiunt et adjecta et detracta aſpiratione, et 55
binis conjunctis verbis ſimiliter ſaepius frigida, aliquando tamen recipienda. Eademque conditio eſt in iis, quae a nominibus trahuntur. Multa ex hoc Cicero in Verrem, ſed ut ab aliis dicta, modo, *futurum, ut omnia verreret*, cum diceretur ei *Verres:*

56. *et adj. et detr.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *e. d. e. a.* cf. § 51. 56. *futurum.* Guelf. *furtim.* Camp. *furtum.* *verreret.* Turic. (a pr. manu) Camp. *verteret* cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Tarv. *everreret* malit Geſn.

ei. Sic veſtutiores mei omnes. Omittunt Goth. et edd. poſt Tarv. quod ſuadet etiam Regius. Geſnerus omne hoc *eum — Verres* uncis ſepſit tanquam gloſſema.

55. *ex hoc.* Hoc vix videtur integrum. Malis addi *genere.* cf. § 56. Facilius excidebat ob literas ſimiles in *Cicero.*

ab aliis. cf. § 4.

futurum — Verres. Hoc quidem fruſtra quaeſiveris in libris Verrinis, neque enim ſufficit poſitum 4, 24 *everriculum* quo utitur Geſnerus, nec *everſum* atque *exterſum* fanum 2, 21. Propius eſt 4, 25 extr. Praeterea trium iſtorum minime eſt facetum, quamquam aliqua, et major ſane quam pro librario, gratia contingit dicto, ſi attendas, cujus me admonuit Buttmannus, ſecundam futuri perſonam eſſe in *Verres*, ut, audito ſermone compellantium Verrem, continuo Siculi dixerint *futurum* cet. Sic appareret nequaquam otioſum eſſe pronominis dativum *ei*, ſine quo nec ullus relinqueretur lepor, nec ferri poſſet *diceretur* poſitum pro *vocaretur.* Unde igitur arripuit hoc Qu.? An forte et ipſum incertae ejus memoriae (cf. § 18.) tribuemus, ut vulgo jactatum quid, vel quod jactari potuerit, apud Ciceronem legiſſe ſibi viſus ſit? Nam in lacuna illa libri primi Verrinarum extremi nullum praeſidium, quoniam is non eſt locus hujusmodi dictorum. Structura autem ſubjiciendi hanc dicto explanationem, eadem recurrit § 64 *eum — perpluerat.*

modo, *Herculi, quem expilaverat, moleſtiorem apro Erymanthio fuiſſe:* modo, *malum Sacerdotem, qui tam nequam verrem reliquiſſet:* quia Sacerdoti Verres ſucceſſerat. 56 Praebet tamen aliquando occaſionem quaedam felicitas hoc quoque genere bene utendi: ut pro Cecinna Cicero in teſtem Sex. Clo-

Herculi quem. Turic. *Herculae ei quae.* Guelf. *Hercule ei quem.* Camp. Goth. Jenſ. (err. et tac. Geſn.) *Herculem ei quem* cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald.

moleſtiorem. Turic. (a ſec. manu) Guelf. *moleſtior eſt* cum Baſ. non margine, ut Burm., ſed contextu.

mol. apro. Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. inſerunt *quam* (quod et Guelf. poſt ſuum *eſt*) cum Alm. Voſſ. 2.

Sacerdoti Verres. Turic. Guelf. Camp. *Sacerdos Verri* (Turic. a pr. manu *S. Veri* et ſic Tarv.) cum Alm. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald., relabente in vitium Bad. pr. Hic non potuit ipſius Qu. eſſe error, ſed fuit ejusdem librarii qui modo omnia turbavit ignarus, addens de ſuo *quam.*

56. *hoc quoque genere bene.* Turic. *enim* (cf. § 54.) *q. b.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *h. q. b.* cum Alm. Voſſ. 2. Hic quidem *genere* poteramus carere, modo fuiſſet § 55.

Sex. Clod. Turic. a pr. manu *ſunt* (ſed per compendium ſolius S cum linea) *ex C.* mox a ſec. manu *ſumit ex Clodio.* Vide mihi correctricem manum ſecundam.

Herculi — Sacerdotem. vid. Cic. in Verr. 4, 43. 1, 46.

56. *pro Cecinna.* c. 10. Erneſtus nequaquam debebat verba iſta *nec minus niger* velut ſpuria rejicere, ſi maxime aberant a Waldarferiana. Rectiſſime enim h. l. Geſnerus monet, reſpicere hoc ad colorem perſonae, qualis et Manutii eſt animadverſio ad locum Ciceronis. Quanquam nihil tale nunc apparet in perſonis Terentianis. Nec ab re eſt, cujus mentionem injicit Pſeudo-Turnebus, in primis facetum eſſe in nominibus luſum Ciceronis pro Cluentio, in Bulbo et Gutta c. 26. quem locum excidiſſe Quintiliano, haec tractanti, valde miror.

dium Phormionem, *Nec minus niger*, inquit, *nec minus confidens, quam eſt ille Terentianus Phormio.* Acriora igitur ſunt et 57
elegantiora, quae trahuntur ex vi rerum. In his maxime valet ſimilitudo, ſi tamen ad aliquid inferius leviusque referatur: quae jam veteres illi jocabantur, qui Lentu-
§ 45. lum *Spintherem*, et Scipionem *Serapionem*

eſt ille Ter. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. Reliqui *i. T. e.* cf. § 55. 59.

57. *quae jam.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Bodl. Alm. Voſſ. 2. Andr. et edd. ante Ald., qui, de ſuo haud dubie, *quemadmodum* cum marg. Baſil. Reliqui *qua jam* conjiciente Regio.

Serapionem. Turic. *et ſerationem*, a ſec. manu *ſiri tionem.* Guelf. *et ſiricionem.* Camp. *Siricionem* cum Goth. (err. Geſn.) niſi quod hic *Sy.* Jenſ. *ſyriationem* cum edd. ante Ruſc. qui, Regio docte emendante, noſtrum (cf. § 30). Ex Voſſ. 2. *ſerationem* affert Burm. An volebat Alm. (cf. § 54. 59.)? Manifeſta verae ſcripturae veſtigia in prima manu Turic. Hermolaus Barbarus et hic et in Plinii loco legi volebat *sciritionem* prodente, nefcio unde, Pſeudo-Turnebo. Quid in Plinio dent MSS. noſſemus, ſi Criticus eſſet Harduinus. Aldus, non inconſulto, bis enim, *Scrapionem* facit, quod Moſellanus

57. *quae — jocabantur.* Eadem ſtructura Cic. ad Div. 9, 14 „*haec* — jocatus ſum.“ 7, 14. Horat. Sat. 1, 5, 62. „*permulta* jocatus.“ Malis ſane *qualia* pro *quae jam.*

Spintherem — Serapionem. Valer. Max. 9, 14, 3. „Cornelius Scipio — in ſervilem „Serapionis appellationem vulgi ſermone impactus eſt, „quod hujusce nominis victimario quam ſimillimus erat.“ ibid. n. 4. „propter ſimilitu„dinem.“ (Lentulus) „ex „quodam ſecundarum“ (partium hiſtrione) „cognomen „Spintheris traxit.“ Lentulus hic eſt ad quem datae ſunt epiſtolae libri primi Ciceronis ad diverſos, ubi vide Manutium, de eodem exponentem. Scipio eſt Naſica, interfector Ti. Gracchi. de hoc cf. Epit. Liv. 55. item de utroque Plin. H. N. 7, 12 S. 10. 21, 3 S. 7.

esse dixerunt. Sed ea non ab hominibus modo petitur, verum etiam ab animalibus: ut nobis pueris Junius Bassus, homo in primis
58 dicax, *Asinus albus* vocabatur. Et Sarmentus, seu P. Blessus, *Junium, hominem nigrum,*

interpretatur a *screando*, Festi anus *scraptas* ad partes vocans neque ullo modo ferens Codd. scripturam *Serapionem*.

58. *P. Blessus*. Sic Turic. a sec. manu (a pr. enim *pblessis*) cum Camp. nisi quod hic simplici S. ut et Guelf. Goth. (tac. Gesn.). Unica litera praenomen dant nonnisi Turic. Camp. cf. § 39.

Junius Bassus. vid. § 27. Recte autem Burmannus improbat Turnebum Adverss. 28, 35 interpretantem *asinum album* quasi dictum de stulto non inficeto, ut *asinus* pertinuerit ad ineptias hominis, color *albus* ad ejusdem dicta acuta. Aliam *albi* potestatem impropriam cognovimus ad 2, 5, 19. nec, id quod caput, occasio, per quam hoc inducitur, fert ullum hic respectum nisi ad faciei et corporis similitudinem.

58. *Sarmentus*. Hunc Horatio prodente novimus. vid. Sat. 1, 5. Erat autem ex *deliciis* (cf. 1, 2, 7) Augusti teste Plutarcho V. 2. p. 943. Apud Horatium quoque pollet comparando eum quem ludibrio habet v. 55 — 64. Vide et Juvenal. 5, 3. ibique Schol. Et hoc notabile, quod Sarmentus ipse *gracilis* erat magnopere (Hor. 1, 5, 69) ut verendum esset, ne in ipsum recideret jocus cf. § 32.

P. Blessus. Qua potestate huic nomini praemissum sit *seu*, quaeri sane potest. Indicatur eo vel idem homo, diversis nominibus, vel diversus joci auctor a scriptoribus proditus. Hoc profecto aptius altero. Nec tamen accedam Burmanno, qui, scribendo *Blaesum* pro *Blessus*, praenomen solum refert ad jocantem nostrum, eumque intelligit P. Syrum, celeberrimum mimorum scriptorem; ut vel Sarmentus vel Publius hoc fuerit jocatus. *Blaesum* deinceps Burm. conjungit ad *Junium*, designans loca Taciti Annal. 1, 16. 18. 21. ubi memoratur ejus nominis legatus, in *Blessi* autem nomine erratum esse suspicans. *Junium Blaesum* (praemisso hic quidem, ut saepe, cognomine vid. § 32, quod fraudi fuisse putat libra-

46 *et macrum*, *et pandum*, *fibulam ferream* dixit. Quod nunc risus petendi genus frequentissimum est. Adhibetur autem simili- 59
tudo interim palam, interim inseri solet parabolae: cujus est generis id Augusti, qui militi libellum timide porrigenti,

59. *inseri.* Turic. Guelf. Camp. *serio* cum Goth. Voss. 2. Alm. et edd. ante Rusc. Nostrum reposuit Regius; Gesnerus tentat *servire*, ille propius ad ductus Codd. hic jucundius ad sonum, uterque ingeniose. In Turic. *interim* a sec. demum manu praemittitur τῷ *serio*, in Alm. omittitur (cf. § 58. item hac §) Guelf. Camp. *serio* antevertunt τῷ *interim*. cf. § 56.

60. *solet.* Camp. *sed et.*

generis — libellum. Turic. *generi augusti militi qui bellum*, a sec. manu: *generis id a. q. m. bellum.* Camp. *g. is augusti qui multi l.*

riis), nostrum patrem fuisse haud dubie illius apud Tacitum, quo magis congruant tempora. Mihi quidem in omnibus hisce nimiam videtur conjecturae datum, nulla certa vel temporis vel rerum nota comparente, quare huc traheretur Blaesus ille Taciti. Nec placent Sarmentus et Syrus ad unam aetatem relati. Ceterum corruptelam in *Blessi* scriptura et ipse non invitus agnoscam. Pronunciandum igitur erit AMPLIUS de Junio isto nigro et macro, quem tamen aliquis dicat ipsum *Bassum*, et de ejusdem irrisore *Blesso* seu *Blaeso*. Junius Blaesus consul memoratur Suidae in Ἀτίνιος, unde tamen nihil proficias, nec in consularibus Fastis idem recensetur. Fibulae similitudinem non alienam esse ab hominis statura recurva, ultro apparet.

59. *inseri.* cf. not. crit.

Augusti — Noli. Idem narrant Sueton. Aug. c. 53 et Macrob. Saturn. 2, 4. Morem vero dandi stipem elephantis ad Sueton. illustrant Torrentius ex Plin. H. N. 8, 5 ubi vide Hard. et Casaubonus ex Galeno de usu partium, cujus sunt haec: ὁ ἐλέφας ἐκείνῳ τῷ μορίῳ (proboscide) κατὰ τὸ πέρας ἅπαντα μεταχειρίζεται περιπτυσσομένῳ τοῖς λαμβανομένοις ἄχρι τῶν σμικροτάτων νομισμάτων ἃ καὶ τοῖς ἐπικαθεζομένοις αὐτῷ δίδωσι.

Noli, inquit, *dubitare*, *tanquam assem ele-*
60 *phanto des*. Sunt quaedam veri similia: unde Vatinius dixit hoc dictum, cum reus, agente in eum Calvo, frontem candido sudario tergeret, idque ipsum accusator in invidiam vocaret, *Quamvis reus sum*, in-
61 quit, *et panem candidum edo*. Adhuc est

dubitare. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. omittunt cum Alm. et Goth. 2. Probat hoc Heusingerus, nescio tamen quo exemplo. Debebit enim *timere* subaudiri et velut δεικτικῶς intelligi: „Noli facere, quod facis, nunc porrigens „nunc retrahens libellum." Procul dubio vetustissimi editores explerunt locum e Suetonio. Malim equidem *timere* inserere inter *inq.* et *tanquam*. Confusum *timere* cum *tunc* vide apud Drakenb. ad Liv. 2, 16, 6. *tunc* autem per compendium notatur unius prope literae.

assem elephanto des. Turic. *et semel pantodes* cum Alm. cf. hac § item mox.

60. *quaedam v.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. 'Sed pro *veri* Turic. *vi*, et Alm. *ut veri* (cf. modo item § 61). Reliqui inserunt *etiam*.

Vatin. — cum. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Alm. Bodl. Andr. et edd. ante Gryph. Reliqui omittunt interjecta, quae non est quod fastidias, modo recte intelligatur *dictum*. cf. § 43. *front. cand.* Sic Turic. Camp. Reliqui *c. f.* cf. § 59. 66. *panem*. Turic. Guelf. *parentem* cum Alm.

dubitare. cf. not. crit.

60. *veri similia*. Non videtur sufficere hoc ad significandum quod vult scriptor, ut Gedoynus cogeretur addere haec esse ejusmodi, quorum ipsa veri similitudine contineatur lepor. Eo fane pertinet exemplum. Sed vix acquiesco in appellatione.

Vatinius. cf. 6, 1, 13. *unde* vid. 5, 10, 90.

panem candidum. Huic opponitur *cibarius* servis paratus et pauperibus. vid. Schol. Cruq. ad Hor. Epist. 2, 1, 123. Juvenal. 5, 67 — 70. Donat. ad Eunuch. 5, 4, 17. Nequaquam autem accedo Burmanno putanti simul obli-

ſubtilior illa ex ſimili translatio, cum, quod in alia re fieri ſolet, in aliam mutuamur. Ea dicatur ſane *fictio:* ut Chryſippus, cum in triumpho Caeſaris eborea oppida eſſent translata, et poſt dies paucos Fabii Maximi lignea, *thecas eſſe oppidorum Caeſaris* dixit. Et Pedo de mirmillone, qui

547

61. *eborea.* Turic. Guelf. Camp. *epolitea*, niſi quod hic per *y*. Alm. *epolita* (cf. § 60. 67). Jenſ. (tac. Geſn.) *eburnea* cum edd. ante Bad. qui noſtrum e Vall. (quocum conſpirat Goth.) monens Vallam annotaſſe hic, *eboreum* dici magis in proſa quam *eburneum;* ipſe autem eandem vocem oſtendens Digeſt. 32, 52 bis. Harduinus ad Plin. H. N. 36, 5 verſus fin. hoc dare omnes MSS. teſtatur, non *eburneum.* Fortaſſe ignotius vocabulum ad eum, quem vidimus, modum potuit inquinari a librariis; quis autem certo ſtatuat, nullam aliam ejusdem formam fuiſſe in uſu, velut *eboritium*, ut *lateritium.* Quin enim illud ipſum *ebur* hic lateat, non poteſt dubitari.

Et Pedo — qui. Turic. *et pedocle mirmillo neque.* Guelf. *et pec lode Mirmillo neque.* Camp. *E. P. d. mirmillo q.* Jenſ. (tac. Geſn.) *E. Empedocles d. ni. q.* cum edd. ante Ald. exc. Tarv.

que in Calvum, quaſi ſordidum, haec jaci.

61. *Chryſippus.* Recte Burmannus videtur hunc ſuſpicari Chryſippum Vettium, Cyri libertum, architectum (vid. Cic. ad Div. 7, 14. Ad Att. 14, 9) argumento uſus, quod eundem in Gallia fuiſſe appareat, et fortaſſe in Caeſaris comitatu.

in triumpho Caeſaris — Caeſaris dixit. Idem fere narrat Dio Caſſ. l. 43. p. 369. cf. Vellej. 2, 5. (in quo levis differentia, de qua vide Ruhnk.) Sueton. Caeſ. c. 37. Appian. B. C. 2, 101. *Fabius Maximus* hic quidem alius eſt ab illo § 52. Noſter Q. Fabius Maximus Caeſaris legatus in Hiſpania, Conſul Caeſari ſuffectus A. U. C. 709, mortuus extremo conſulatus die.

Pedo. Non dubito quin hic ſit poëta non ignobilis C. Pedo Albinovanus cujus obiter fit mentio 10, 1, 90. Reliquae nobis factae ſunt hujus (ſi modo) elegiae duae in Maecenatem et Druſum Neronem.

retiarium consequebatur, nec feriebat, *Vi-*
62 *vum*, inquit, *capere vult.* Jungitur amphiboliae similitudo: ut A. Galba pilam negligenter petenti, *Sic*, inquit, *petis, tanquam Caesaris candidatus.* Nam illud *petis* ambiguum est, securitas similis. Quod
63 hactenus ostendisse satis est. Ceterum frequentissima aliorum generum cum aliis mixtura est: eaque optima, quae ex pluribus constat. Eadem dissimilium ratio est.

62. *A. Galba.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2. Colb. Andr. Tarv. Ald. Reliqui *L. G.* nisi quod Jens. praeponere *A. L. G.* cf. § 27.

pilam. Turic. praemittit *qui* cum Goth. Alm. Camp. (nisi quod hic *cui*) et edd. ante Stoer. Puto hoc insertum ab eo qui *A.* ante *Galb.* interpretaretur praepositionem, quo deducit scriptura Turic. et Guelf. (quanquam *qui* in hoc non animadverti). Et sic hunc nostri locum recenset Budaeus ad Pandd. fol. 237. E. (cum prius eundem fol. 83. C. „*Lucius G.*"). Neque tamen eam rectam censeo rationem.

Cum enim laus ejus frequenter cum Catulli et Marsi potissimum (cf. § 102.) conjungatur a Martiale, satis probabile fit, ingenium fuisse hujuscemodi lusibus accommodatum. Vide et L. Senecam epist. 122, p. 136. qui *fabulatorem elegantissimum* vocat.

62. *Caesaris candidatus* i. e. quem Caesar commendasset. vid. Sueton. Caes. c. 41. Aug. c. 56. Alieni hinc *Candidati Principis* i. e. Quaestores de quibus vide Bach. Hist. Jur. 3, 1, 1, 40. Non equidem credo ex hac *Caesaris* appellatione colligi necessario, Galbam C. Julii Caesaris scurram fuisse, quae est multorum opinio; quanquam sequiores fere, et ipse Quintilianus, Augustum solent appellare et Caesarem, ita ut designent hominem non dignitatem. Sed hoc refertur ex Galbae ipsius persona. vide et § 81. Juvenalis saltem et Plutarchus (modo hujus locus, id quod mihi persuadeo, spectet ad nostrum) Augusti temporibus dant Galbam, non Caesaris. cf. § 27.

Hinc eques Romanus, ad quem in ſpectaculis bibentem cum miſiſſet Auguſtus, qui ei diceret, *Ego ſi prandere volo, domum eo:* 48 *Tu enim*, inquit, *non times, ne locum perdas.* Ex contrario non una ſpecies. Neque 64 enim eodem modo dixit Auguſtus praefecto, quem cum ignominia mittebat, ſubinde interponenti precibus, *Quid reſpondebo patri meo? Dic, me tibi diſplicuiſſe:* quo Galba,

64. *mittebat.* Sic Turic. cum Alm. Jenſ. et edd. poſt hunc ante Ald. quo acc. Obr. Reliqui *notabat.* *Cum* inſerui inter *quem* et *ignominia*, ex leniſſima veriſſimaque Burmanni conjectura. cf. Oudend. ad Suet. Cal. 44. Sic enim ſaepe apud hunc ſcriptorem. Subiit corrigere *q. ignominiae cauſa m.* quae fuit legitima formula (vid. Briſſ. de Form. p. 343.) et facillime excidebat vox breviſſimo compendio ſcribi ſolita (cf. § 36). Sed lenius et uſitatius illud.

quo. Turic. *quod* (a pr. quidem manu obſcurius compen-

63. *in ſpectaculis bibentem.* Poſt Auguſti tempora hoc etiam vulgo fiebat et, cum per integros dies retinerentur in ſpectaculis, conceſſa eſt a principe certa ſumma ſingulis ordinibus, unde vinum emerent in theatro bibendum. cf. Martial. 1, 12. 27 ibique interpp. nec noſtri loci immemores.

Tu enim — perdas. De conjunctione, quam hinc expellere velit Regius ut et mox § 77. vide 2, 11, 7. Jocum equidem hunc agnoſco unum ex laſcivis illis et hilaribus (cf. § 27.) non ὑπουλον et amaruleutum, ut placet Burmanno, Geſnero aſſentiente. Putant enim *locum* hic deſignari ſummum in republica et proinde jaci hoc dictum in tyrannidem Auguſti; cui interpretationi praeſidium petunt ex Sueton. Aug. c. 54 „Contradicerem ſi *locum* ha„berem.“ Caſauboni quidem iſtorum verborum explanatio diverſa eſt ab hac Burmanniana, tutiorque illa. Nec hujus generis, de quo nunc agit Qu., fuerit exemplum, ſi tam reconditum habeat aculeum. cf. § 60.

64. *Auguſtus — mittebat.* Idem narrat Macrobius Saturnall. 2, 4. deſignans praefectum Herennium, juvenem vitiis deditum.

penulam roganti, *Non possum commodare, domi maneo;* cum coenaculum ejus perplueret. Tertium adhuc illud (siquidem, ut ne auctorem ponam, verecundia ipsius facit), *Libidinosior es, quam ullus spado:* quo sine dubio et opinio decipitur; sed ex contrario. Et hoc ex eodem locò est, sed nulli priorum simile, quod dixit M. Vestinius,

dium). Camp. *qui.* *commodare.* Turic. Guelf. *commendare* cum Alm. cf. § 14 et VV. DD. ad Phaedr. 1, 17, 3. indicante Burm. *M.* Sic Turic. Camp. Tarv. Ald. Bas. Reliqui *Marcus.* cf. § 58.

Vestinius. Turic. (a pr. manu, *vestimus.* Qui hoc nomen memorant scriptores Plancus ap. Cic. ad Diverf. 10, 25. Tacitus, Suetonius, Martialis, Phlegon, Suidas, Marmor apud Reinef. 2, 68 dant *Vestinum* fine *I* et hoc repofuit Burmannus, obfecundantibus Gefn. Bip. Nec fane hoc gentile nomen fuiffe dicas, ut defineret in *ius.*

verecundia ipsius. cf. § 33. „Major ejus eft perfona, quam „ut dicto huic ejus hilariori „nomen apponam.“ Neque tamen hifce fignificat Qu. fibi minus probari hunc jocum, quod eft Gefneri judicium. Equidem fufpicor Domitiani hoc fuiffe dictum, vulgo tunc notum, quod nec omittere vellet Qu. nec in magna quadam tanti viri laude ponere videri. Spadonum libidinem fed effectu carentem veteribus fatis cognitam oftendit Barthius ad Claudian. in Eutrop. 2, 88. Sed ea re non tollitur hujus dicti lepor.

sine dubio — sed. cf. 6, 2, 14. Poffit aliquis malle hoc referri ad *inopinatum* (vid. 9, 2, 23), fed vindicat Qu. fuam rationem huic fubjiciendi generi, quod eft *ex contrario.*

M. Vestinius. Burmannus, oftendendis Taciti locis Annal. 15, 48. 52. 68. adjuncto Phlegonte Tralliano de mirabill. c. 23, perfuafit hunc effe M. Veftinum Atticum A. U. C. 818 Confulem, fed mox poft initum magiftratum mori juffum a Nerone (cf. not. crit.). Mutilum effe locum nemo non videt, fed folus Burmannus perfpexit, cujusmodi effet id quod interciditfet, accedente Gefnero; mortem turpis et foedi cujusdam hominis nunciatam effe Veftinio. Facilis

cum ei nunciatum esset, *Aliquando desinet putere.* Onerabo librum exemplis, similemque iis, qui risus gratia componuntur, efficiam, si persequi voluero singula veterum. Ex omnibus argumentorum locis eadem occasio est. Nam et *finitione* usus est Augustus de pantomimis duobus, qui alternis gestibus contendebant, cum eorum alterum *saltatorem* dixit, alterum *interpellatorem.* Et partitione Galba, cum penulam roganti

esset. Turic. (a pr. manu) *esse.* Succurrit nostrae conjecturae. Sed cf. § 51.

fuerit expletio, cum aliquo vestigio occasionis errori datae: „cum ei *nunciatum esset* „— *necatum esse.*" Quanquam hoc homoeoteleuton suave equidem non dicam. Si falsum rumorem interpreteris, possis *Neronem* lacunae reponere, cujus nominis ductus non male respondent. Quare autem dictum Vestinii neget Qu. nulli priorum simile, cum proxime accedat ad illud de *spadone*, parum assequor, nisi forte asperitas nostri facit discrimen.

65. *argument. locis.* cf. 5, 10, 20. *finitione* ib. § 54.

saltatorem — interpellatorem. Illo quidem vocabulo nihil aliud quam ipsum pantomimum voluit significare Augustus, neque enim *saltatio* aliena ab hujus arte, sed ea ipsa est. cf. 1, 11, 17. Alter contra ei videtur non, qualem se esse profitebatur, saltator, sed saltationis corruptor et everſor. Tantum video in hoc joco, quem, cum male interpretatus esset Pseudo-Turnebus, ceteri intactum reliquerunt. Augustus pantomimicae saltationis fautor et auctor, testibus Athenaeo, Zosimo, Macrobio prae aliis offendebatur hujusmodi artificum insciti. Si forte aliquod artis vocabulum est in isto *interpellatore*, me sane fugit. Nec ubique in hisce dictis, exempli loco appositis, magnas expectandas facetias reor, cum qualicunque in singulis partibus exemplo defungi cogatur Qu. Qui autem, praeter illum, hoc referret, inveni neminem.

reſpondit, *Non pluit, non opus eſt tibi: ſi pluit, ipſe utar.* Proinde *genere, ſpecie, propriis, differentibus, jugatis, adjunctis, conſequentibus, antecedentibus, repugnantibus, cauſis, effectis, comparatione parium,* 550
majorum, minorum, ſimilis materia praebe-
67 tur. Sicut in *tropos* quoque omnes cadunt. An non plurima καθ' ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero de homine praelongo,

66. *op. eſt.* Sic Turic. Camp. Reliqui *e. o.* cf. § 60. 79.

67. καθ' ὑπερβολήν. Haec omittunt Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. qui pro iis *per hyperbolen.* Inſeruit Graeca Regius de conjectura; argumento non inepto uſus, quod hujus linguae vocabula ab indoctioribus librariis plerumque omittantur. Alioqui ſane Aldina ratio magis placeret. *quale.* Turic. a pr. manu *quod*, a ſec. *quae* et ſic Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. Correxit Regius.

de homine. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui inſerunt *Memmio.*

66. *reſp. non.* Rectiſſime *ſi* inſerere ſuadet Dan. (cf. § 48.) Similis partitio 1, 8, 2.

genere — comparatione. cf. 5, 10, 94.

67. *cadunt.* Subjectum quidem hujus verbi nullum invenio, niſi *dicta* ἀπὸ κοινοῦ. Nec melius, quod prima Turic. manus offert, *cadit*, ut *materia* intelligatur.

quale — Cicero. De Orat. 2, 66. Hic quidem novo exemplo agnoſcimus ſecuritatem citandi Quintilianeam (cf. § 55). De qua antequam expono notanda videtur locutio parum latina „refert de „homine eum offendiſſe.“ Huic vitio mederi poſſis inſerendo *Craſſi* ante *refert.* Neque enim alioqui verisimile eſt, adeo immemorem loci Ciceroniani fuiſſe, cum haec ſcriberet, Qu. ut Ciceronem joci auctorem crederet, et *refert* in alieno demum dicto memorando proprium habet uſum. Reſtat aliud veſtigium oblivionis. In Cicerone ipſo legendo non apparet jocum hunc in ſtaturam Memmii fuiſſe intentum. Quare Tur-

caput eum ad fornicem Fabium offendisse: et, quod P. Oppius dixit de genere Lentulorum, cum assidue minores parentibus liberi

Fabium. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. Reliqui *Fabii.* Sequor analogiam viae Appiae, columnae Maeniae. cf. Drakenb. ad Silium 3, 387. *jussa magistra.*

offendisse. Goth. 2. *ostendisse.* Goth. 1. *demisisse* cum Voss. 2. sublectum Ciceronis libris cf. § 44. Sed Goth. 1. praeterea in margine *ostendisse.*

Oppius. Turic. a pr. manu *opis*, a sec. *opiu.* Camp. *Appius.* In praenomine mei consentiunt, cum ex edd. aliquot et Alm. afferatur *D.* cf. § 61. item mox.

nebus in jocis Ciceronianis, ad animum referens rectissime „reprehenduntur" ait „magni „ejus spiritus et notatur insolentia hominis sese efferentis „supra modum. Ut ita intelligam, faciunt et verba Ciceronis scribentis *ipsum „Memmium ita sibi videri „magnum*, et historia." cf. de C. Memmio Cic. Brut. c. 56. de Orat. 2, 59. Sallust. bell. Jugurth. c. 23. 26. Tell. Denique ne *offendisse* quidem sed *demisisse* caput, metuentem, ne offenderet, Memmium narrat apud Ciceronem Crassus. Dicas Qu. hominis, in quem hoc jactum fuerit, totiusque occasionis oblitum, solum dictum meminisse.

fornicem Fabium. „Fornix „Fabianus arcus est juxta Re„giam in Sacra via a Fabio „Censore constructus, qui, a „devictis Allobrogibus, Allo„brox cognominatus est, ibi„que statua ejus posita propter„ea est." Ascon. Pedian. ad Actionem pr. in Verr. c. 7. citante Regio qui extrema haec ita: „Ibique scuta ejus „posita fuere." cf. Ernest. Clav. Cic. in voce *Q. Fabius Allobrogicus*, cujus insigne παράσημα est, partem saxeae turris in principatu Arausionensi inventam cum hujus fornicis reliquiis confundentis. vid. Graev. ad Flor. 3, 2, 6. Sed cf. et Menardus tradens monumentum. Mém. de l'Ac. des Inscr. T. 44. p. 326. 8vo.

P. Oppius. De hoc nihil certi tradere contingit. Burmannus ostendit hujus nominis virum memoratum Ciceroni Philipp. 3, 10. Sed nulla adest nota; nec illo loco constat lectio.

68 essent, *nascendo interiturum.* Quid *ironia?* nonne etiam, quae severissime fit, joci prope 551
genus est? Qua urbane usus est Afer, cum Didio Gallo, qui provinciam ambitiosissime

essent nasc. Sic Bas. Obr. Alm. (cf. modo item § 68). Sed Turic. Guelf. *esse n.* cum Goth. 2. Mox Camp. *esset n.* Reliqui *e. in n.* Addunt autem deinceps haec: *decrescere genus Lentulorum* edd. a Gryph. inde ante Gesn. Equidem, id quod narrat Burm., Badium jactantem se ausum apponere *decrescit genus Lentulorum*, nusquam reperio. Ait ille, testatus suam verae scripturae inveniendae desperationem, facile quidem aliquid, quod congruat, posse divinari, quale sit: „Lentuli interim patrem aequare verentur, interim matrem, „interim utrumque."

interiturum. Turic. a pr. manu *interit utrumque.* a sec. *interim utrumque* et sic libri ad unum omnes, nisi quod Guelf. *i. utrinque* et Goth. 2. *vicerit. Utrumque.* Nos cum Bip. dedimus elegantem et verissimam Gesneri emendationem, cui patrocinatur in primis quod protinus sequitur *Q* in *Quid.* Nec nihil adjuvatur a pr. manu Turic.

68. *severissime.* Turic. Jens. (tac. Gesn.) *sit verissime* cum edd. ante Ald. exc. Camp. et Tarv. Reliqui *sit verissima* (nisi quod Bad. pr. *si verissima*). Nostrum partim ex conjectura Gesneri, pro *verissima* optantis *severissima.* Alm. cum recepta facere narratur cf. § 67 item mox hac §.

fit. Sic Turic. a pr. manu. Reliqui omittunt.

joci. Turic. Guelf. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *loci* cum Alm. Loc. Ven. Rusc. cf. § 29.

prope. Turic. *proe.* a sec. manu *proprie* et sic Guelf. cum Bas. marg. Omittit Camp. *prope egens* Alm. male a collatore continuato vocabulo sequenti cf. modo hac § item hac §.

Qua. Turic. Guelf. Camp. *quam* cum Alm.

68. *Didio Gallo.* Hujus meminit Tacitus Annal. 12, 40, 2. 14, 29, 1. Agric. 14, 3. unde nomen ejus integrum effecit Ryckius: A. Didius Avitus Gallus, Britanniae praefectus. Nec dubitandum quin idem sit, cui Domitium Afrum successisse in aquis publicis curandis, sub Claudio narrat

petierat, deinde, impetrata ea, tanquam coactus querebatur, *Age*, inquit, *aliquid et reipublicae cauſa elabora:* quaque Cicero luſit, cum, Vatinii morte nunciata, cujus parum certus dicebatur auctor, *Interim*, inquit, *uſura fruar.* Idem per allegoriam 69
M. Coelium, melius objicientem crimina, quam defendentem, *Bonam dextram, malam*

quaque. Turic. Guelf. *quoque.* *luſit.* Sic Goth. Voſſ 2. Colbert. *juſſit* Turic. Alm. (cf. hac § item § 75.) ſed ille a ſec. manu *uſus ſit* et ita Camp. cum edd. ante Ald. qui primus ex Regii emendatione *uſus eſt* ut et reliqui. Tantaene quenquam infantiae damnare potuiſſe Qu., ut bis continuo poneret *uſus eſt l*

Frontinus de aquaeductibus, citante Glandorpio in Onomaſt.

quaque — luſit. Locum ipſius Ciceronis geminum locutione citant ad Div. 6, 12. „ut te uſura falſi gaudii frui „velim.“ Sed ironiam hic ullam oſtendi rectiſſime negat Geſnerus. Quid ſi ab illo proximo *elabora* hauſtum fuit *metaphora*, pro *quaque* autem ſcribimus *quoque* (cf. not. crit.)? *Cauſum* dant aliquot veteres modo pro *cauſa*, quod facit ad occaſionem vitii in omittendo tropi vocabulo. Vatinium vide ad 6, 1, 13. Juvat autem videre Ciceronem, fortaſſe etiam poſt reditum in gratiam, non ignarum Vatinianae turpitudinis. Βατίνιον — ἀκούσας ὅτι τέθνηκεν, εἶτα γνοὺς ὕστερον ὅτι ζῇ, κακῶς (εἶπεν) ἀπόλοιτο κακῶς ὁ ψευσάμενος. Plutarch. in Apophthth. Vol. 2. p. 205. indicante Pſeudo-Turnebo. cf. Vol. 1. p. 873. E. ſed et noſtrum mox § 84.

69. *Bonam — habere.* „Recte perſonatus Turnebus „monet, *dextra* gladium geri „ad laedendum, ſcutum, quo „tegitur corpus, ſiniſtra.“ Geſnerus. cf. Cic. Bruto c. 79. „ejus — acres accuſationes — „defenſiones — non contemnendae tamen, ſaneque to„lerabiles.“ Attende autem *dicebat*, quo verbi tempore oſtenditur Cicero haec dicere ſolitus.

finiſtram habere dicebat: Antonomaſia

Antonomaſia. Turic. Guelf. Camp. *emphaſia.* cum Goth. 1. 2. Lec. Venet. Reliqui *emphaſi* praeter Baſ. Geſn. Bip. qui dant *emphaſi qua*, quod ex Vallae libro ſumtum teſtantem Geſn. non aſſequor. Interpretatur quidem *eadem* hoc de Coelio dixiſſe Ciceronem *emphaſi*, *qua* cet. Muretus 19, 6 p. Grut. 1250. in Vet. ſuis membranis eſſe ait: *Emphaſis A*, in quo acquieſcit ipſe. Si maxime *A* accepit praenomen ſequentis, tamen nominativum non expedio. Auſus ſum noſtrum de conjectura dare. Sed eo et neceſſitas tropi cujusdam inveniendi (*emphaſis* enim non eſt, nec ipſi Fabio, ſed inter ſchemata 9, 2, 63) et ipſa literarum hic comparentium fragmina me quaſi manu duxerunt. Terminatio noſtra eſt quidem etiam in *paronomaſia*, ſed neque haec tropus et longe facilius ex praecedente *at* in *dicebat* repetebatur *ant*. Incognitum rudibus librariis vocabulum paene neceſſario cedebat, decantatiſſimae illi *emphaſi*, quam facile crediderim vel *emphaſiam* iis appellatam.

Antonomaſia — incidiſſe. „Locus depoſitus, nec ſine „ope codicis melioris ſanan„dus.“ Burmannus. Tropum, quem poſui, quatenus quidem diſpicio denſiſſimas illas ſequentium verborum tenebras, aptiſſimum loco huic invenio. *Ferrum* enim, quod plerumque ſine controverſia (cf. not. crit.) legitur, uſurpatum ſuſpicor pro homine quodam, vel Marte, Deo, qui, ſive *in* alium, ſive *alium*, ferri inſtar *inciderit*, prout antepenultimam verbi vel producis, vel corripis. Ea vero vis eſt *antonomaſiae*, vid. 8, 6, 29. Magis etiam noſtrae rationi conducat, ſi quis latiorem illam antonomaſiae definitionem probet, quam recte contra Fabium tuetur Voſſius in Inſtitt. Oratt. l. 4. p. 171 ſeqq. ut non ſolum commune ſuccedat proprio, ſed et proprium communi per hunc tropum, velut Herculem dicimus quemvis virum fortem. Illud ipſum fortaſſe fuerit in nomine iſto obſcurato vel Tuccii vel Accii Navii vel cujuscunque tandem viri. Nec obſtat, quod artior eſt Quintiliani ipſius definitio, quem ſaepe vidimus, non adeo diligenter ſibi ipſum conſtare ubique. An ſani quidquam in tanta brevitate poſſit extundi, cum praeſertim ceterorum hic relatorum liquidiſſima ſit perſpicuitas, magnopere aeſtuo. Quaecunque autem interpretationes pendent ex hiſtoria illa

Julius dixit, ferrum Accium Navium inci-
552 disse. Figuras quoque mentis, quae σχήματα 70
διανοίας dicuntur, res eadem recipit omnes, in quas nonnulli diviserunt species dictorum. Nam et *interrogamus*, et *dubitamus*, et *affirmamus*, et *minamur*, et *optamus*, quaedam ut *miserantes*, quaedam ut *irascentes*, dicimus. Ridiculum est autem omne, quod aperte fingitur. Stulta reprehendere facilli- 71

69. *Julius.* Turic. *villis*, a sec. manu *nullius*. Guelf. *Villius* an *Julius*. illud cum Mureti libro et Goth. 2. Sed Gryph. cum recentioribus ante Gesn. *Livius*.

ferrum. Rusc. *fervum*. Sic et Commentarius Regianus in Bad. editione. Per sphalma uterque profecto.

Accium Navium. Turic. *in tuctium* (a sec. manu tollitur *in*) Guelf. *intactum* cum Goth. Omittit Camp. *tatium* Jens. (errante Gesn.) cum edd. ante Ald. qui *ductitium*. Mureti liber *in cotem*. Nostrum in Vall. a sec. manu et dant edd. a Bad. ad Gryph. Hic *ferro cotem Acc. Nav. inc.* cum edd. ante Gesn. In Voss. 2. lacuna esse narratur; Alm. ductus prorsus obscuratos notavit Francius. Gibsonum et hic habemus *egregii mortalem altique silenti*.

70. *miser. quaed.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Reliqui inserunt *et*. *aperte*. Turic. a pr. manu *aparte*. Camp. *a parte* et sic ex Alm.

Liviana de Attio Navio (1, 36), eas falsas esse plane persuasum habeo. vid. not. crit.

Julius. Haec quidem probatissima hujus nominis scriptura. Nec tamen quidquam constituti est, quis maxime hic sit agnoscendus. Sunt apud ipsum nostrum tres hoc nomine oratores: Africanus, Florus, Secundus. 10, 1, 118. 120. 10, 3, 13.

70. *Ridiculum — fingitur.* Omnis ejusmodi figura, quae ne speciem quidem habet veri affectus, ridiculis accensetur. Cave autem *ridiculum* hic in vitio accipias; est pro dicto, facetiis. Quanquam *aperte* potest solicitari, et malebat Burmannus *apte*. Praefero tamen receptam. Apte enim fingi debet vel in severa oratione.

mum est: nam per se sunt ridicula. Sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adjectio. Stulte interrogaverat exeuntem de theatro Carpathium Titius Maximus, *An spectasset?* fecit Carpathius dubitationem ejus stultiorem 72 dicendo, *Non, sed in orchestra pila lusi.* Refutatio cum sit in *negando, redarguendo, defendendo, elevando:* ridicule negavit Manius

71. *Titius.* Turic. Guelf. *citius.* Goth. (tac. Gesn.) *Titus.* Voss. 2. *Litius.* Jens. Loc. Ven. Rusc. *Carlus* (et pro *Maximus*, iidem *Mannius*) Camp. *Tityus* quocum faciunt reliqui, sed mecum Parv. etiam in majuscula sequentis cognominis, quanquam illud in *Titiis* nullo alio exemplo doceam. Alios dare *Tyrius* Passeratius narrat hic subito nobis objectus in Leid. cujus nullae adhuc ibi fuerant partes, quanquam nonnisi *Pass.* notatum. *fecit.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *facit* cum Voss. 2. et edd. ante Bad. exc. Rusc. *Carpathius.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *campatius* cum Vall. Jens. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui nostrum. Supra item. *Non.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) omittunt cum Voss. 2. Alm. et edd. ante Ald. Regius reposuit, cui sum eo lubentius obsecutus quod praecedit *do* in *dicendo.* A *modo* saepissime hauritur *Non.* cf. Drakenb. ad Liv. 9, 11, 11. Neque enim reor sine affectatione potuisse intelligi tantum negationem h. l.

72. *redarguendo.* Turic. Guelf. Camp. *in arg.* cum Alm. Voss. 2. Goth. et edd. ante Ald. Correxit Regius. Sed a Rusc. abest et *in.* *Manius.* Guelf. *Manlius.* Post Camp. vett. edd. *Mannius* usque ad Stoer. exc. Bas. qui non hic in marg. *Curius Manius,* sed supra ad *Titius Maximus.* Praenomen hic quidem totum expressum, non miror, cum ratio illa obscurior *M'*, errori obnoxia esset. cf. § 64. - 2, 25. 7.

71. *Carpathium Titius Maximus.* Nihil contingit afferre de hisce ex aliis scriptoribus.

72. *Manius Curius.* De hoc non est aliena Gesneri (in opusculis T. 1. p. 87.) conjectura, „esse eundem illum „Catilinariae conjurationis „proditorem, de quo Sallustius" Catil. c. 23. (ap. Tell.

Curius. nam, cum ejus accuſator, in ſipario omnibus locis, aut nudum eum in nervo, aut ab amicis redemtum ex alea pinxiſſet, *Ergo ego*, inquit, *nunquam vici?* *Redarguimus* interim aperte, ut Cicero 73 Vibium Curium, multum de annis aetatis

Nam eum. Turic. Guelf. Camp. inſerunt *et* cum Goth. Voſſ. 2. et Tarv. Expunxit Regius quoque. Mihi diſplicet *ejus*. An forte fuit *eum cum* fine *ejus*, ut mox poſt *nudum* per errorem adhaeſerit *eum?* pro quo *cum* Turic. Guelf.

ex alea. Turic. Guelf. *exale.* Camp. *male.* Goth. Voſſ. 2. *exile.*

73. *Vibium Curium.* Turic. *Jubium curtum.* Guelf. Camp.

19.) et Aſc. Ped. ad Orat. in toga candida p. 153. Hujus quidem haec ſunt verba „Curius hic notiſſimus fuit „*aleator.*“ Catilinarii Curii praenomen cum ſit Q., ad partes vocat Geſnerus morem praenomina quaedam, certis gentibus propria, ponendi pro ipſis gentibus, ita ut novo praenomini locus eſſet, teſtante hanc ipſius *Manii* ſortem Spanhemio de Uſ. et pr. num. Diſſ. 10. p. 27 ſqq.

Nam cum. cf. not. crit.

in ſipario omnibus locis. cf. 6, 1, 32. „Oportet ſipa„rium illud ſ. velum pictum „in plura quaſi loculamenta „lineis diviſum fuerit, et in „ſingulis pictus alio in loco, „apud alios homines, aleator „idem Curius.“ GESNERUS, qui (in Opuſcc. l. c.) huic rationi commendandae adhibet auctoritatem Conradi ICti (in Miſcell. Lipſ. loco ad 6, 1, 32 citato) exempli cauſa afferentis monumenta pluribus aeris ſive faſciis diſtincta, in iisque ſingulis oſtendentia alia atque alia facta, velut baſim marmoream apud Fabrettum de Columna Trajani c. 3. p. 81. et tabellam Iliadis in calce ejusdem operis p. 315. Idem deinde Geſnerus in Probabilibus Cruſii p. 88 „Luculenter“ ait „hoc docet prima ſtatim „tabula Codicis Virgiliani ex „Vaticana bibliotheca nuper“ (1741) „editi.“ Sed tale ego nihil ibi invenio. Hiſce Geſnerianis acceſſit etiam Hommelius in Proluſione de Tribunali p. (ſubj. Nieup. Berol. 1767.) 31 — 33.

73. *Vibium Curium.* Hunc

ſuae mentientem, *Tum ergo, cum una declamabamus, non eras natus.* Interim et ſimu- 553
lata aſſenſione, ut idem Fabiae Dolabellae dicenti, triginta ſe annos habere, *Verum eſt,*

V. Curtium cum Goth. *Jubium Curtium.* Jenſ. cum Loc. Ven. *Julium Curtium.* Ruſc. Bad. pr. Idem qui hic in Turic. error ad Att. 9, 6 eſt in Beſſarionis libro. *Curtii* autem et *Curii* frequentiſſima confuſio v. c. apud Cic. pro Rabir. Poſt. c. 3. vide § 90. *et ſimul.* Turic. Guelf. Camp. *ut ſ.* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Ruſc. Correxit Regius. cf. § 32. *Dolabellae.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *Dolobellae* cum edd. ante Gryph. exc. Jenſ. Ald. Bad. ſec. ſed mox (§ 79.) et Jenſ. ita, nec viciſſim Goth. cf. 4, 2, 132. item hic § 99.

credunt eſſe eum, cujus mentionem injicit Caeſar in Commentariis Belli Civ. 1, 24. quanquam ib legitur *Bivius*, ad quem locum Oudendorpius recte monet nomen mutandum videri in noſtrum, ſive hic noſter ſit ſive non ſit. Caeſarianus ille Ciceroni quoque memoratur ad Att. 9, 6 neque eſt quod de alio cogitare debeamus ad Att. 2, 20, ubi a Vibio ſe accepiſſe narrat libros Alexandri poëtae inepti. Male enim Burmannus Vibium ipſum poëtam illum facit. cf. ad Att. 2, 22.

mentientem. Malim *dementem.* Structuram *dementi* cum praepoſitione *de* vide apud Cic. In Verr. 3, 33. 34. Livium 7, 41 extr. ut taceam poëtas.

Dolabellae. intellige: uxor. ut mox § 74 (vid. Duk. ad Epit. Liv. l. 30). Dolabellam hunc eſſe notiſſimum Ciceronis generum, antequam duceret Tulliam, jam maritum (vid. Cic. ad Div. 8, 6.), nec quo probem habeo, nec, quare negem, reperio.

triginta — annos habere. Manifeſtum hunc, qualis videri poſſit, Gallicismum habes infra 8, 5, 17. Quanquam utroque loco non fuerit difficilis emendatio: *trigeſimum — annum agere: ageret annum duodevigeſimum;* ſi notas numerorum in libris antiquis fuiſſe ſumas, memineris autem quoties *agere* abierit in *habere* (cf. 5, 6, 3). Eandem ſtructuram oſtendit Epitomator Livianus l. 7. ſed non ſine hac, quam propoſui, librorum varietate. vid. ibi Drakenb.

inquit: *nam hoc jam viginti annis audio.* Belle interim ſubjicitur pro eo, quod neges, 74 aliud mordacius: ut Junius Baſſus, quærente Domitia Paſſieni, quod, incuſans ejus ſordes, *calceos eam veteres* diceret *vendere ſolere*, *Non mehercule*, inquit, *hoc unquam*

hoc jam. Turic. Guelf. Camp. *h. illam* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. Ald. Praetuliſſem, niſi obſtaret *dicenti* poſcens ſecundam perſonam *te* pro tertia *illam*. Alioqui, praeter ſummae auctoritatis libros, geminus locus Livianus (4, 20, 7 ubi vide Drakenb.), valde commendat ſcripturam habentem ellipſin τοῦ *dicentem*. Sic enim ille: „cum Auguſtum Caeſarem — ſe — legiſſe, audiſſem.“ Hic tali ſtructurae occaſio erat, ex eo, quod modo eſt, *dicenti*. Hoc ipſum ſi mutaris in *dicente*, pro *Fabiae* ſcribens *Fabia* (quod eſt in Turic. a pr. manu), recte defendas *illam*; in qua conſtitutione *Dolabellae* fortaſſe interpreteris dativum, ut ne uxor quidem Dolabellae fuerit Fabia. Nec tamen id placet. *annis.* Camp. Ald. *annos* cum Voſſ. 2. (non Goth.) cf. 5, 13, 27.

74. *Belle.* Turic. (a ſec. manu) Guelf. Camp. *velle.* cf. § 48. *neges.* Geſnerus, Bip. *negas.* Ex illius ſphalmate. *eges* Goth. (tac. Geſn.).

Paſſieni. Turic. *paſſioni.* a ſec. manu *paſſanii* et ſic Guelf. Camp. cum Jenſ. (err. Geſn.) et edd. ante Ald. (niſi quod Tarv. ſimplici I in fine) quo acc. Bad. pr. *Paſſiani* Goth. *Paſſenii* Voſſ. 2. Neutrum credo. Apparet, quas turbas dederit librarius intempeſtive *paſſionem* cogitans.

mehercule. Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *mehercules* cum edd. ante Gryph. exc. Camp. Libri mei veteres, ut hic, etiam 12, 5, 2. Alibi noſtrum ut mox § 81. Nihil certi ſtatui poſſe arbitror, cum ſaepe, contra canonem illum Ciceronianum (Orat. 47.) *mehercules* legatur; commendet autem hoc ipſa ratio τῶν *medius fidius*, *di me perdant.* Sine *me* magis Vocativum (de quo vid. Voſſ. Anal. p. 715) expectes velut Graecum Ἡράκλεις. Apud Suet. Cal. 34 *Semet hercule*

hoc jam. cf. not. crit.

74. *Domitia Paſſieni.* cf. 6, 1, 50. Vel hoc dicto ſcurram Junium Baſſum arguam, non juſtae dignitatis virum, cui tantum in Domitiam licuiſſe vix crediderim cf. § 27.

dixi; ſed dixi, emere te ſolere. Defenſionem imitatus eſt eques Romanus, qui objicienti Auguſto, quod patrimonium comediſſet, *Meum*, inquit, *putavi. Elevandi* ratio eſt duplex, ut aut veniam quis, aut jactantiam minuat: quemadmodum C. Caeſar Pomponio, oſtendenti vulnus ore exceptum in

Oudend. reponit pro *ſe mehercule*: veriſſime. cf. ipſum ad Claud. 8 extr. *ſed dixi.* Goth. Vall. Bad. omittunt verbum, cum edd. poſt Ald. ante Obr. quo redit Capp. *Romanus.* Camp. omittit.

ſed dixi. Burmannus in Epiſtola ad Capper. p. 37. recte docet iterationem hanc verbi adamatam veteribus, exempla ponens Cic. pro Lig. c. 6. „dignitas — paene *par*: non *par* fortaſſe" cet. Brut. c. 97. extr. „nihil *dico* — tantum *dico*" cet. Pro Sext. c. 3 „*Ademit* — non *ademit.*" ubi Abramus pro Mil. c. 35. „*negat* — *negat* — non *negat.*"

75. *aut veniam quis aut.* Recte Geſnerus, ſed ſolus, haeret in *veniam*, quae hujus non ſit loci. Malebat quidem reponi *crimen*, nec leni conjectura, nec valde congruente, cum ſtructura plane non ſit ferenda *aut* ter poſiti in diviſione non niſi bipertita: „*aut* „crimen — *aut* jactantiam — „— *aut* crimen objectum." Horum unius jactura neceſſaria. Nihil melius ſuccurrit hoc: „aut *vanam* quis *alius*" (cf. 6, 1, 9.) „jactantiam minuat — aut crimen objectum." Poſtquam *alius* abierat in *aut*, cogebantur librarii ſubſtantivum extundere ex adjectivo *vanam*, reſpondens illud *jactantiae.* Potuit etiam ante „*obi* — ectum" excidere *ſibi*, relatum ad *alius.*

Caeſar Pomponio. Hic quidem olitor ille Turnebianus valde opportuna eſt locutus, monens hoc dictum a Macrobio tribui Auguſto (Saturn. 2, 4.) ſed Fabium profecto deſignaſſe C. Julium Caeſarem Strabonem, patris magni illius Dictatoris patruelem, L. Caeſaris et Catuli fratrem, cujus ſunt partes praecipuae apud Cic. de Orat. lib. 2. (cf. § 38). Neque enim alius eſſe temporis ſeditionem Sulpicianam ſumma imis miſcentem pro Mario contra Sullam A. U. C. 666. L. Cornelio Sulla et Q. Pompejo Rufo Coſſ. Periit

ſeditione Sulpiciana, quod ipſe ſe paſſum pro Caeſare pugnantem gloriabatur, *Nunquam fugiens reſpexeris*, inquit: aut crimen objectum, ut Cicero objurgantibus, quod ſexagenarius Publiliam virginem duxiſſet, *Cras mulier erit*, inquit. Hoc genus 76

75. *Publiliam.* Turic. *puplicam*, a ſec. manu *pupliam.* Guelf. *Pupiliam.* Alm. *publicam* (cf. § 68. 80). Tarv. *publiam* cum Ald. *pupillam* Jenſ. Loc. Ven. Ruſc. non inepte quidem, quoniam in Ciceronis tutela erat; nec tamen ſine errore. *Pompiliam* Goth. *Popiliam* Bad. (cum edd. reliquis ante Burm.) et ſic a Quintiliano nominari referunt Corradus ad Cic. ad Div. 4, 14 et Boſius ad Epiſtt. ad Att. 12, 32. Equidem non dubito quin manum Quintiliani reſtituerit Burm. cui aſtipulatur etiam (niſi quid dormitavi) Camp. cf. 5, 10, 73.

idem a Marianis interfectus anno poſt. Sulpicius tribunus pl. C. Caeſari praecipue infenſus fuiſſe narratur ab Aſconio ad Cic. pro Scauro p. 175. Nec abſurdum fuerit Pomponium hunc facere M. Pomponium Luculli legatum captum à Mithridate A. U. C. 685. Cn. Aufidio Oreſte et P. Cornelio Lentulo Coſſ. vid. Appian. B. Mithr. c. 79. quanquam ejus ibidem oſtenditur animus, ignaviae crimine nequaquam dignus. Sed nihil attinet eruere, in quem potiſſimum jecerit hoc Caeſar, cum deſint certae notae.

nunquam — reſpexeris. Perperam Badius interrogationem hanc accipit. Eſt cautio in poſterum facta, quomodo et Macrobius reddit (l. c.): „At „tu cum *fugies* — nunquam „poſt te reſpexeris.“ Idem auctor „ſaxo percuſſum“ narrans fortaſſe recte tenuit vulgi rumorem ad ſua tempora transmiſſum, quoniam ejuſmodi telum ſeditioni in primis convenit. cf. Appian. Civ. 1, 55.

Cicero — Publiliam. cf. Cic. ad Div. 4, 14. ad Att. 12, 32. Plutarch. Vol. 1. p. 881. Ex pervulgatis fortaſſe in Ciceronem dicteriis effinxit ſua Dio Caſſius, quae dicentem facit Fuſium Calenum l. 46. ut et in hoc ipſum matrimonium p. Reim. 461. τίς — οὐκ οἶδεν ὅτι τὴν μὲν γυναῖκα τὴν πρότεραν — ἐξέβαλες, ἑτέραν δὲ ἐπεισηγάγου παρθένον ὑπέργηρως ὤν.

mulier. De hoc vocabuli ſignificatu vide Vallam Eleg. 6, 38 indicante Pſeudo-Tur-

dicti *consequens* vocant quidam, atque illi simile, quo Cicero Curionem, semper ab

76. *simile.* Subjiciunt huic voci *et* Leid. eoque recentiores ante Burm. qui ejecit auctore etiam Voss. 2.

quo. Turic. Guelf. *quod.* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Gryph. exc. Camp. Scabrities ineſt aliqua iſtis: „dicto (id enim intelligi debet) *quo* — dixit." Lenius autem „illi (per „neutrum, abſolute) *quod* i. e. ſecundum quod (κατ' ὃ)." Sed nec totum placet: „Hoc — vocant — ſimile illi quo." Si *et*, modo relatum, eſſet in MSS., extunderem inde parentheſin: „atque illi ſimile eſt quod — dixit:" duram tamen, fateor, quia mox in *videantur* reſpicitur ad illud *vocant.* Nec ſatis novi, *illi* ad ſequens an ad praecedens referendum ſit, i. e. utrum dictum Ciceronis ſimile ſit *generi*, an *genus* dicto Ciceronis. Prius malim, nec impedire credo uſum *illius* oppoſitum quid poſtulantem. *Illi* fuerit pro *ei.* (Poſt *quidam* nec aegre in *quod* abierit *atque.*) Diſplicet maxime quod illi qui

nebo; item Gothofr. ad Dig. 21, 1, 14, 7. et Briſſon. De V. S. ubi citatur Servius ad Aen 11, 687.

76. *quo.* cf. not. crit.

Curionem. Neque quis potiſſimum Curionum h. l. ſit agnoſcendus (quanquam Curio avus aetatè ipſa Ciceronis excluditur), neque adoleſcentiam, an ſenium cauſatus fuerit orator, ſatis compertum habeo. Turnebus Adverſ. 28, 35 (indicante Capper.) de ſene in dies magis delirante dictum accipit, non prorſus repugnans tamen, ſi quis juventutis confidentiam excuſatam interpretetur. *Excuſatio aetatis* ipſa non uno modo poteſt intelligi. Nam aut alicui errori veniam impetrare aetas dicitur, aut ipſa egere indulgentia. Illud ſit in ſene minus emendate dicente, cujus ſane vitiæ quotidie paratiorem habent veniam; hoc in adoleſcente de republica conſulere jam nunc audente, qui et ipſe quotidie minus arrogans videri debet. Prius tamen magis pro conſuetudine Romanorum dici puto, verumque vidiſſe Turnebum, in cujus ſententiam vel hoc deducit, quod ita Curionem patrem agnoſcere licet, cum filius, admodum adoleſcens tractans rempublicam, et mox immatura morte oppreſſus, major fuerit orator, quam in quo tanta infantia potuerit notari. cf. not. ad 3, 7, 2. In Curionem igitur patrem maxime convenit dictum. cf. 11, 3, 129. Cic. Brut. 59. 60.

excusatione aetatis incipientem, *facilius quotidie prooemium habere* dixit: quia ista natura sequi et cohaerere videantur. Sed *elevandi* genus est etiam *causarum relatio*, qua Cicero est usus in Vatinium. Qui, pedibus aeger, cum vellet videri commodioris valetudinis factus, et diceret se jam bina millia passuum ambulare, *Dies enim*, inquit, *lon-* 77

vocant, jocum Ciceronianum referre sunt putandi, propter structuram. *excusatione.* Turic. Guelf. *accusatore.* Male.

77. *Qui.* Turic. *quod*, a pr. manu.

et diceret. Turic. Guelf. *ediceret.* *enim.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Goth. (errante Gesn.) *hi* cum Voss. 2. Vall. Ald. Bas. Burm. Capp. orto, ut monet Ulricus V. C., errore ex compendio τοῦ *enim.* cf. § 54. Gesnerus jungi posse utrumque censet, nec male.

77. *Sed — etiam.* Non quidem Qu. obloquitur hic istis *vocantibus*. Neque enim inest contrarium argumentum, sed transitioni modo inservit *sed*, ut ostendat alias quoque posse species fieri. Ut modo aliquid *sequi* dicebatur praeter opinionem, ita hic *causa* ostenditur insperata.

Qui — Dies enim inquit. Ita fuit dirimendum cum Jens. et Tarv. ut justa existeret structura. Nisi enim sententiam ordiris ab *Qui*, pertingente protasi ad *ambulare* apodosi illata per *inquit*, cujus subjectum est Cicero, impeditur oratio. Reliqui fere *qui* subjungunt praecedenti sensui. Badius autem commodum injicit mentionem Vallae hunc in modum praecipientis in Elegantiis 3, 17. „Sallustius“ (B. Cat. cap. penult.) „At ex altera parte „C. Antonius *pedibus aeger* in „proelio adesse nequibat. „Cicero Quintilianusque dixis„sent *Pedibus aegris.*“ quibus haec subjicit ille: „cum ta„men hic quoque in ejus“ (Vallae) „codice scriptum sit „*aeger*“ *Enim*, itidem monente Badio, „eam vim habet „ut intelligam Ciceronem re„spondisse: facile credo, aut „nihil miror: dies enim“ cet. cf. § 63. Macrobius et hoc dictum Augusto tribuit. Sat. 2, 4.

giores ſunt. Et Auguſtus nunciantibus Tar- 554
raconenſibus, palmam in ara ejus enatam, *Apparet*, inquit, *quam ſaepe accendatis.*
78 *Tranſtulit* crimen Caſſius Severus. Nam, cum objurgaretur a praetore, quod advocati ejus L. Varo Epicureo, Caeſaris amico, con-

accendatis. Guelf. *accedatis.* quod in aliquot ſuis reperiſſe videtur Badius.

78. *advocati.* Guelf. *evocati.*

L. Varo Epicureo. Turic. (a pr. manu) *vel vareo epicurio.* Camp. *ut L. Varro Epicuro.* Guelf. *L. Varro E.* cum edd. meis ante Gibſ. excepta Baſil. Ex Alm. noſtrum affert Burm. ut et ex edd. aliquot mihi non viſis.

Tarraconenſibus — enatam. Fauſtum hujusmodi palmae oſtentum aliquoties referunt ſcriptores velut Liv. 43, 13. Dio Caſſ. p. Reim. 369 (idemque Sueton. Aug. c. 94). Caeſ. B. C. 3, 105 (idemque Plin. H. N. 17, 25 extr. ubi vide Hard.). Dio Caſſ. p. 559. Aliquot horum et inter ſe et cum noſtro confundit Almeloveenius. De honoribus divinis Auguſto habitis conſulendus Lipſius ad Tac. Annal. 1, 10. 4, 37. Tarraconenſis templi mentionem habent Tacit. Annal. 1, 78 (ubi Lipſius noſtri loci meminit, ſed vide ibi et Wolf.), Spartianus Hadr. 12. (ubi vide Caſaub.) idemque Sever. 3. Monet Burmannus hujus ipſius eventus teſtem nummum produci ab Antonio Auguſtino (in Antiquitatibus. Antverp. 1653. F. p. 13.) ipſius Tarraconis archiepiſcopo doctiſſimo. Ejusdem nummi effigiem habes apud Valentem Numismm. aerea impp. Pariſ. 1698. F. p. 45. unde ſua compilat Harduinus Opp. Selectt. p. 164. Balzacus, memoratus Colomeſio, Diſſertt. Politt. 12. Vol. 2. Opp. p. 497. 8. hunc jocum a ſolo Quintiliano referri teſtatur.

78. *Caſſius Severus.* vid. § 27.

L. Varo. De hoc nihil comperi. Suſpicor tamen objurgatum a praetore Caſſium in cauſa Aſprenatis. vid. 10, 1, 22. 11, 1, 57. item Suet. Aug. 56. Qui cum Nonium Aſprenatem, accuſatum veneficii a Caſſio Severo, *artius* dicat *junctum* fuiſſe Auguſto, potuit *L. Varus*, propinquus *P. Quintilii Vari*, infelicis contra Germanos ducis, avunculi L. Nonii Aſprenatis (vid.

vicium feciſſent; *Neſcio*, inquit, *qui conviciati ſint: et puto Stoïcos fuiſſe. Repercutiendi* multa ſunt genera: venuſtiſſimum, quod etiam ſimilitudine aliqua verbi adjuvatur: ut Trachalus dicenti Suellio, *Si hoc ita*

venuſtiſſimum. Turic. Guelf. Camp. Tarv. *vetuſtiſſimum* cum Jenſ. quod ſe ex libris corrigere monet Regius. Noſtrum eſt in Vall. Goth. *Trachalus.* Turic. Guelf. *trachallatus* cum Goth. Colb. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. niſi quod hae ſine aſpiratione. Camp. *Trachal latus.* Fluctuant praeterea editi nunc literae T nunc C reddentes ſpiritum ut et lapis apud Gruter. 300 *Thrachalus.* Nominis ſcripturam noſtram conſtituit Burmannus ex Feſto h. v., et ſic Guelf. et Camp. plerisque locis, Turic. autem, ut videtur, nonniſi 10, 1, 119. in reliquis geminans liquidam.

Suellio. Turic. Guelf. *ſuclio.* Goth. (tac. Geſn.) *Suelio* et ſic Vall. non *Suillio* ut perperam Badium accepit Burm. In Badii nota, textum ſuum repetente, eſt ſphalma *Suill.* pro *Suell.* Camp. *ſudio* cum Andr. Tarv. Ald. Quod *Diconti*

Vellej. 2, 120, 3.), ex hac occaſione notari ab advocatis Severi, cum eſſet Caeſaris i. e. Auguſti amicus. *Caeſar* autem h. l. eſt dignitatis magis quam hominis ſignificatio, quaſi diceret *principis*, *imperatoris* ut modo § 62. Filium Publii Vari non equidem accipiam (de quo vide Senecam patrem p. 97.), qui et Tacito Annal. 4, 66 audit *Caeſari* (i. e. Tiberio) *propinquus* ubi vide Lipſium. Nec puto obſtare, quod hic *advocati* dicuntur Caſſii accuſatoris, qui proprie ſunt rei. Nam latius patere appellationem docent Lexica. cf. 4, 1, 7. Simulavit autem Caſſius convicia illa in Varum conjecta, fuiſſe eruditas quasdam altercationes, quippe Stoïcorum contra Epicureum. Francius quidem non male pro *et puto* malit *ſed p.*

Trachalus — Suellio. Galerii Trachali bis meminit Tacit. Hiſt. 1, 90. et 2, 60. Conſul fuit A. U. C. 821. Dicas propinquum fuiſſe Galeriae Fundanae, Vitellii uxori. Noſter aliquoties memorat et magni facit. 8, 5, 19. 10, 1, 119. 12, 5, 5, 12, 10, 11. Voce ſuaviſſima fuiſſe eum teſtatur, nec tamen reperio, ubi legatur, quod obiter recenſet Eraſmus, *Trachalo vocalior*, proverbium. Alterius quidem, *Suellii*, cor-

eſt, is in exilium: Si non eſt ita, redis, in-
79 quit. *Eluſit* Caſſius Severus objiciente quo-
dam, quod ei domo ſua Proculejus inter-

Suellio reponi curis poſterioribus Obrechti ait Burm., id et ipſum ſphalma eſt (Obrechti), cum nil niſi *Trachallum* corrigi vellet ille pro *Trachalo*, quem operae dederant in textu. Ex *Suclio* (quod ipſum latet in Camp. ſcriptura) facile eruas *Suilio*, qualis eſt apud Tacitum et Plinium. Gruterus tamen in lapidibus aliquoties, indicante Burm., oſtendit *Suellium*, ut et Muratorius; ſed et *Suillium* iidem.

redis. Bad. (de conjectura) *redii* cum edd. poſterioribus ante Obr. exc. Baſil. qui tantum in margine. Sed redit eo Capp. Nihil magnopere proficitur hac mutatione. Latent hic nos omnia, quoniam joci occaſionem ignoramus. An hoc inerat: „Tu dignus exilio, jam nunc exul habendus, tum „demum inde reverteris, ſi hoc, quod dico, verum non ſit „i. e. nunquam inde redibis?“ Nam ſi *in exilium redire* dicatur Suilius, minus etiam capio. Apud. Tacit. Ann. 13, 48 „in Baleares pellitur“ Suilius. Sed ne hoc quidem in comperto, utrum *ſi hoc ita eſt* ſignificet, „ſi id quod *tu* dicis, „verum eſt“ an potius „ſi id quod *ego*.“ Inde enim pendet antapodoti interpretatio. Nec ſatis aſſequor: *is in exilium*. An forte ſic: „ſequitur, ut tibi ſit eundum in exil.“ Sed quis ita pro futuro uſurpavit praeſens? cf. § 92.

79. *Eluſit.* Turic. Guelf. *eludit* cum Voſſ. 2. non Goth.

ruptum eſſe ſcripturam facile credo Burmanno. Nec fugio h. l. agnoſcere P. Suilium Rufum accuſatorem venalem ſub Claudio Tac. Annal. 11, 1 ſeq. quem recte videtur Burmannus ſecernere a M. Suilio Conſule A. U. C. 803. Glandorpius autem Conſulem Publium quoque eruit ex Inſtit. 3. tit. 9. quem quidem ſuffectum Kal. Jul. A. U. C. 799 invenio apud Almelovenium. Ejus tempora admodum conveniunt aetati Trachali, ſi tamen hunc aliquanto juniorem fingas. Quo ſpectaverit jocus hujus, aut qua de re hic agatur non magis quam Burmannus divino. cf. not. crit.

79. *Proculejus.* Nomen hoc in antiquitate legitur apud Horatium Carm. 2, 2, 5. Plin. H. N. 7, 45. 36, 24. Rutil. Lup. p. Ruhnk. 18 ſeqq. Tacit. Ann. 4, 40. Juv. 7, 94. Plut. Anton. p. 952. Dion. Caſſ. p. Reim. 641. 718. 732. Noſtrum 9, 3, 68. Vir gravis et notae mo-

dixiſſet, reſpondendo, *Numquid ergo illuc accedo?* Sic *eluditur* et ridiculum ridiculo; ut divus Auguſtus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo dediſſent, et Dolabella per jocum, tentans tamen joci ſui eventum, dixiſſet, *Imperator, torque me dona; Malo*, inquit, *te civica donare:* menda-

ergo. Camp. *Ego* ut conjecit Regius, cum edd. a Ruſc. ad Geſn. Male. *inqu. te.* Hoc ordine Turic. Guelf. Reliqui *t. i.* niſi quod Camp. *inq. te Civ. malo d.* cf. § 66. 85.

civica. Turic. Guelf. *ravica.* An fuit *ravi*, ut jocatus fuerit Auguſtus, reponens pro *torque*, qui circa collum eſt, *ravim*, quae intra, tali ſententia: „Malo te ſilentio damnare?“ Sed non multum tribuo huic commento.

rum ſeveritatis fuiſſe, noſtro ipſo loco oſtenditur. Pauciores quidem inſunt notae ſingulis, quae recenſui, quam unde certo ſtatuas, idemne ubique ſignificetur necne. Nihil tamen obſtat, quo minus noſter ſit Horatianus ille, Maecenatis per Terentiam ſororem affinis, quo etiam deducere quaedam videntur. vide Torrentium ad Hor. Carm. 2, 2.

Numquid — accedo. „Objectio eo pertinebat, turpem „videri, cui domo Proculejus „interdixerit. Sed ſimulat Caſ„ſius ſibi objici, quaſi contra „interdictum domum illam „veniſſet: idque negat.“ Geſnerus.

Sic. An forte *Sed?* Confunduntur ſaepe *Sed* et *ſi*, *ſi* et *ſic.*

Centum pondo. cf. 1, 5, 15.

tentans — eventum. Ille quoque joci ſui eventum tentavit, qui, cum Ludovicus XIV patellam auream, in qua erant perdices, domum ejus aſportandam coram juſſiſſet: „Perdicesne“ inquit „ſimul, „domine?“

Imperator. Militari vocabulo *imperatorem* appellat, a quo vult torque donari, quippe noto fortitudinis praemio ab imperatoribus tribui ſolito poſt proelium. Vide Lipſ. Milit. Rom. 5, 17. Ineſt autem jocus in eo quod *torquem* nominat univerſe, cum velit intelligi *hunc* torquem, modo allatum a Gallis.

Malo — donare. „Cum „Dolabellae torquem maximae „indicaturae petenti, civicam „potius ſe daturum ait Augu„ſtus, hoc ipſo ſatis indi„cat, quanti faceret donum

cium quoque mendacio; ut Galba, dicente quodam, *victoriato ſe uno in Sicilia quinque pedes longam murenam emiſſe; Nihil*, inquit, *mirum, nam ibi tam longae naſcuntur, ut iis*
81 *piſcatores pro reſtibus utantur.* Contraria eſt neganti *confeſſionis* ſimulatio, ſed ipſa

80. *quodam victoriato ſe.* Turic. *quadam victoria id ſe.* Duo poſtrema vocabb. a ſec. manu *aſſe* et ſic Guelf. Goth. (err. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. Vall. Tarv. Sed. Jenſ. *quadam victoria eſſe ſe* (err. Geſn.) cum edd. ante Ruſc. (cf. § 73). Hanc Regii emendationem, quae multum adjuvatur Turicenſi, laudare cogitur ipſe ejus obtrectator Badius.

murenam. Ita et hic libri cf. 4, 2, 75.

reſtibus. Jenſ. *teſtibus.* Tarv. *veſtibus.* Goth. *reſte*, niſi forte et Geſn. et ego dormitavimus.

utantur. Turic. a pr. manu *cingatur* cum Alm. (cf. § 75. 83.) a ſec. *cingantur* et ſic Guelf. cum Voſſ. 2. Bodl. Goth. 2. et edd. ante Bad. qui recepit conjecturam Regianam, quid eſſet in Vall referre oblitus. Ad prius redierunt Baſ. et Obr. Rectene acquieverim in Geſneri notato, Gothanum 1. *cinguntur* dare monentis, magnopere dubito. Unice placet Regii ratio. Quis enim *reſte cingitur?* Aliquod ei praeſidium quaero vel e prima Turic. manu, quae totidem habet ductus; et, mirum, concinit Camp.

„civicae, quam niſi coactus „non daret.“ CASAUB. ad Suet. Aug. c. 25. ubi haec leguntur „Dona militaria alii „quanto facilius, phaleras et „torques et quidquid auro ar„gentoque conſtaret, quam „vallares et murales coronas, „quae honore praecellerent, „dabat.“ Obſervat Caſaub. nullam hic civicarum mentionem fieri; ſed parciſſime omnium datas iſtas ab Auguſto. cf. Sueton. Tib. c. 26. 32. ibique interpp. in primis Oudend. Civica poſtquam domibus Auguſtis appendi ſolita eſt, nonniſi ab ipſis tribuebatur. Redit igitur eo reſponſum Auguſti: „Malo tibi tri„buere id, quod vix unquam „ulli.“ Simul tamen et vilitas materiae in civica partem facit joci. cf. not. crit.

80. *victorato — uno.* i. e. duobus nummis.

81. *utantur.* cf. not. crit.

quoque multum habet urbanitatis. Sic Afer, cum ageret contra libertum Claudii Caeſaris, et ex diverſo quidam conditionis ejusdem, cujus erat litigator, exclamaſſet, *Praeterea tu ſemper in libertos Caeſaris dicis? Nec mehercule*, inquit, *quidquam proficio.* Cui vicinum eſt, *non negare*, quod objicitur, cum et id palam falſum eſt, et inde materia bene reſpondendi datur: ut Catulus dicenti Philippo, *Quid latras? Furem video*, in-
556 quit. *In ſe dicere*, non eſt fere niſi ſcur- 82
rarum, et in oratore utique minime probabile: quod fieri totidem modis, quot in alios, poteſt. Ideoque hoc, quamvis fre-

81. *cum.* Turic. Guelf. omittunt cum edd. ante Bad. exc. Camp. *ageret.* Turic. (a ſec. manu) *egerat* et ſic Guelf. cum edd. ante Bad. exc. Camp.

cuj. — litig. Turic. Guelf. *civium — litigatus* cum Jenſ. *exclamaſſet.* Turic. *exclamaſſe* et a ſec. manu additur *fertur.* Utrumque Camp. cum Bodl. Voſſ. 2. Goth. Andr. et edd. ante Bad. acc. Baſil. *vicinum.* Turic. a pr. manu *vicinium.* Tarv. *vitium* cum Voſſ. 2. (Goth. nil tale, nec Vall.) et edd. ante Ald. exc. Camp. Illae praeter Tarv. etiam *cum* pro *cui.* Correxit Regius.

82. *oratore.* Guelf. Camp. *oratione.*

contra libertum Claudii. Tacito, Suetonio, Dione, teſtibus notum, quam obnoxius libertis ſuis vixerit Claudius, quorum unum Polybium nobilitavit in primis adulatio L. Senecae, conſolationem ei ſcribentis in morte fratris. Quo laudabilior libertas in dicto Afri.

et id. Pronomen certiſſime eſt inducendum, natum ex iteratione ſoni. Etiamſi transpoſueris, ingratum nihilominus eſt, quod operoſe invicem referuntur *id, inde.* Neque enim hic eſt ratio inſuper addendi pronominis, de qua Ruhnk. ad Vell. 2, 79, 2. cf. not. crit. ad 5, 7, 8.

Catulus — Philippo. vide Cic. de Orat. 2, 54.

85 quens ſit, tranſeo. Illud vero, etiamſi ridiculum eſt, indignum tamen homine tolerabili, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur: quod feciſſe quendam ſcio, qui humiliori, libere adverſus ſe loquenti, *Colaphum*, inquit, *tibi ducam, et formulam ſcribam, quod caput durum habeas.* Hic enim dubium

83. *ridic. eſt ind.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Bad. (Hic quidem *r. et i.*) Mox omittunt *eſt* exc. Baſil. Malui mox poſt *tamen* ejicere *eſt*, quanquam invitis omnibus libris. Potuit adhaereſcere ibi ex *tamen* extremo.

tolerabili. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Bodl. Alm. Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Baſ. niſi quod Bad. *tolerabile*. A Baſil. inde omnes *liberali*, ſine auctore. Illud levius, quod ante Ald. *homini*. *impotenter.* Turic. Guelf. *potenter* cum Alm. *ſcribam.* Turic. a pr. manu *ſcribe* (cum Goth. 2.) a ſec. *ſcribo*, et hic Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Bad. ſec. qui unde veriſſimam ſumſerit ſcripturam, nusquam oſtenditur. Nam quod Alm. *ſcribebam* dare narratur, errorem ſuſpicor (cf. § 80. 85). Idem error § 95.

83. *homine tolerabili.* Paulo inſolentius vocabulum, ſed nec inauditum, velut Terent. Heaut. 1, 2, 34. ubi *homo tolerabilis* is dicitur qui ſit comis et moribus jucundis. cf. 6, 2, 16. *intolerabiles.* Eodem redit Tacit. Annal. 11, 10 extr. *intolerantior ſubjectis.* Cic. ad Att. 16, 14 *intolerabilis Antonius.* Non erat igitur, quod defereretur librorum auctoritas. Gujetus ad Ter. (quo ablegat Burm.) verum vocabuli in loco ſenſum non eſt aſſecutus.

aut turpiter aut impotenter. Non videtur haerendum et argutandum in priore adverbio, cum utrumque facile poſſit eodem referri. Contumelioſe (i. e. *turpiter*) patienti fit idem quod ab agente geritur *impotenter*, de *aut aut* cf. 3, 5, 1.

Colaphum — habeas. Impotentia in hiſce manifeſta; nec aſſequor Badium, qui „*Colaphum*“ inquit „*ducere* „et *formulam ſcribere* qui ſo„lum id quod Regius affert“ (ſunt autem hujus interpretationes veriſſimae, ſed obviae in quovis Lexico) „ſignificare „credit, delicias dicti illius „non intelligit.“ Plane perſuaſum mihi eſt, has eſſe argutias.

eſt, utrum ridere audientes, an indignari debuerint. Supereſt genus *decipiendi opinionem*, aut dicta aliter intelligendi, quae ſunt in omni hac materia vel venuſtiſſima. inopinatum et a laceſſente poni ſolet: quale eſt, quod feret Cicero, *Quid huic abeſt, niſi res et virtus?* aut illud Afri, *Homo in agendis causis optime veſtitus:* et in occurrendo, ut Cicero, audita falſa Vatinii morte, cum Ovinium libertum ejus interrogaſſet, *Rectene omnia?* dicenti, *Recte; Mortuus eſt?* inquit. Plurimus autem circa ſimulationem et diſſimulationem riſus eſt, quae ſunt vicina, et prope eadem; ſed *ſimulatio* eſt, certam opinionem animi ſui imitantis: *diſſimulatio*, aliena ſe

84. *opinionem.* Sic ſcripſi e certiſſima Burmanni emendatione. Libri *opinione.* *feret.* Sic Turic. ſed a ſec. manu deletur *R.* An voluit librarius efficere *fecit?* Nam hoc eſt in Guelf. Camp. *facit* Goth. *Refert* reliqui. Sed hoc proprie non cadit in locum Ciceronis, quoniam nemini hoc aſſignat, ſed exempli cauſa ipſe finxiſſe videtur.

abeſt. Turic. Guelf. Camp. *eſt* cum Goth. Voſſ. 2. male, quoniam in laceſſendo.

85. *et diſſimulationem.* Omittunt haec Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. Jenſ. Loc. Ven. Repoſuit Regius, ſed ſunt jam in Camp. et Tarv.

ſed ſimul. Turic. Camp. *ſi ſ.*

ſe parum. Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) Reliqui *p. ſ.* cf. § 79. 93.

84. *decipiendi opinionem.* cf. 9, 2, 22. 23. Cic. de Orat. 2, 70.

a laceſſente — in occurrendo. cf. § 45. *dicendi reſpondendi. in laceſſendo — in repercutiendo.*

feret Cicero. Verbum ſic interpretor: „quod miniſtrabit Cicero (de Or. 2, 70) ſi „eum conſulueris.“ vid. not. crit. et ad 4, 2, 80.

Vatinii morte. cf. § 68.

parum intelligere fingentis. Simulavit Afer, cum in cauſa ſubinde dicentibus, *Celſinam de re cognoviſſe;* quae erat potens femina: *Quis eſt*, inquit, *iſte?* Celſinam enim videri ſibi 86 virum finxit. Diſſimulavit Cicero, cum Sex. Annalis teſtis reum laeſiſſet, et inſtaret

Afer cum. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Stoer. quo redeunt Geſn. et Bip. Reliqui inſerunt *qui.* *de re cognoviſſe.* Turic. *dere cognoviſſet* cum Alm. quanquam hic disjunctim *de re.* (cf. § 83. 87). Ille autem a ſec. manu *dicere* et ſic reliqui mei, niſi quod Bad. pr. et Gryph. *ditem* Bad. ſec. *diceret* cum Stoer. Chouet. *cognoviſſe* conjecit Burm. expreſſit Geſnerus. Leniſſima emendatio cf. § 81. 6, 1, 31. Sed et *de re* ſuaſit Burm.

quae. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. quo redeunt Geſn. Bip. Reliqui *quod.*

85. *Celſinam — cognoviſſe.* Teſtimoniis Celſinae magnam auctoritatem ineſſe, eaque nominanda multum ſe profecturos rati, hujus in primis nomen jactabant, quibus ita reſpondet Domitius, ut ne noſſe quidem eam teſtetur. Simul marem potius quam feminam decere hanc nominis celebritatem ſignificat. *de re cognoſcere*, ut recte monet Burmannus, Cicero ſaepe pro certiorem fieri. Fortaſſe tamen ſimulavit id quoque Domitius, ſe de aliquo *cognoſcente in judicio* haec accipere. De ipſa, alicujus Celſorum filia, quod ipſum cognomen eſt complurium gentium, nihil comperi. Aliquot Celſini apud Gruterum (quanquam aliquoties per conjecturam) velut Clodius Celſinus p. 1141, 1.

86. *Sex. Annalis.* Nonniſi Villiorum hoc cognomen fuiſſe recte monet Burmannus, cujus gentis familiae haeſit e lege annali, quam tulit L. Villius tribunus plebis, cf. Erneſt. in Clav. Cic. p. 6. 7. Cauſa, in qua hoc dictum ſit, ignoratur; quapropter incertiſſima eſt de homine conjectura, quanquam Burm. aliquem *Sex. Villium* deſignat apud Cic. ad Div. 2, 6. *L. Villium Annalem* 8, 8. *Annalem* ad Qu. fr. 3, 1 ſine nomine et praen. Duos habes Annales apud Appianum Civ. 4, 18 quorum alter patri prodito cito poenas dedit. Pater Valerio Maximo 9, 11, 6 audit L. Villius. Ceterum ap-

identidem accuſator ei, *Dic, M. Tulli, numquid potes de Sexto Annali?* verſus enim dicere coepit de libro Ennii annali ſexto,

Quis potis ingentis cauſas evolvere belli.

Cui ſine dubio frequentiſſimam dat oc- 87
558 caſionem ambiguitas: ut Caſcellio, qui

86. *accuſator — numquid.* Turic. *accuſato di M. Tullius inquit.* a ſec. manu *accuſatori M. Tullius i.* et ſic Guelf. Errorem *inquit* etiam Jenſ. (tac. Geſn.) Loc. Ven.

enim. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *tunc.*

Quis. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *Qui* et ſic Serv. ad Virg. antiquius profecto et magis Ennianum. Sed et Diomedes *Quis.* Eſt apud Macrob. Sat. 6, 1. Diomed. p. 381. Virgilium, *oras*, pro *cauſas*, verius ſane, ſed Qu. minus memorem ſaepe cognovimus. Male noſtrum corrigere vult Merula.

87. *Caſcellio.* Sic Turic. a pr. manu (Alm. *Caſtellio* per errorem conferentis haud dubie cf. 85. 90.) a ſec. *Caſſio Celio* et ſic Guelf. (niſi quod per AE) Goth. (err. Geſn.) Camp. *Caſcelio* Jenſ. Reliqui fere *Caſſelio, Caſelio*, niſi quod *Caeci-*

paret quam precarium ſit Priſciani decretum (p. Putſch. 761.), nomina propria ablativum formare in E, qui et ipſo *Annalis* exemplo utitur (ubi eſt *Julius* pro Villius) e Cic. pro Fundanio p. Ern. Fragm. 1041.

Quis — belli. Locus Ennianus expreſſus a Virgilio Aen. 9, 528 ubi vide Heynium. Proba eſt Columnae conjectura, qua „Ciceronem „non e medio libro, ſed ex „principio eum verſum exce„piſſe" ſuſpicatur „cujus fa„cile omnes meminiſſe poſ„ſent." Quanquam Merula alio loco ponit ex ratione annorum, cum initium ei pertinere videatur ad A. U. C. 462. hic verſus ad 477.

87. *Caſcellio.* A. Caſcellius, celeberrimus Auguſteae, ſed et prioris, aetatis ICtus. Ejus in ſua arte famam oſtendit Horatius A. P. 371. Sed et libertatem animique praeſtantiam Val. Max. 6, 2, 12. Macrobius Saturn. 2, 6 inter alia hoc ipſum ejus dictum refert, cujus ſcriptoris ope illuſtratur quidquid obſcuritatis ineſſe videatur noſtro loco.

consultori dicenti, *Navem dividere vdo; Perdes*, inquit. Sed averti intellectus et aliter solet, cum ab asperioribus ad leniora

lio Capper. stolide obsequens Colomesio; compilanti Meursium ad Macrob. qui et ipse contra temporum rationes hanc advocat Caecilium Gellii 20, 1. Sed eo ablegat vetus quoque Cruquii interpres ad Hor. A. P. legens *Cascell.* ap. Gell. In jure semper *Cascelius*. cf. Hard. Emendatt. ad Plin. H. N. l. 8. n. 115. *consultori*. Turic. Guelf. Tarv. *consultatori* cum Goth. Jens. Regius correxit. Sed nostrum jam in Camp. cf. Drakenb. ad Liv. Epit. 54. Et nisi obstitisset auctoritas Camp., immutatam, recentioribusque linguis accommodatam vocem praeferebam. cf. 7, 1, 18. *perdes*. Turic. Guelf. MS. Gebhardi, Sichardus *pedes*. Pessime; inde natae interpretationes Scipionis Gentilis in Parergg. ad Pandd. 1, 38. et Gebh. in Crepp. 3, 1. quae et aliena hinc obscenitate (cf. § 29.) et pravitate judicii mire peccant. *et aliter*. Sic Turic. Camp. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Bad. Reliqui *etiam a*.

„Mercatori, „quemadmodum „cum socio navim divideret, „interroganti respondisse tra„ditur: Navim si dividis, nec „tu, nec socius habebitis.“ Ad quae Menagius in Amoenitt. Juris Civilis c. 8. „Con„sultor“ inquit „intelligebat „de dividenda navis aestima„tione, Cascellius de dividen„do navis corpore. Quod „Labeonem, qui Antiochum „bello superaverat, fecisse „auctor est Valerius (7, 3, 4). „Is scilicet, icto foedere, cum „dimidiam navium habere de„buisset, dimidias omnes se„cuit, ut tota Antiochum „classe privaret.“ Ad Horatii locum vulgo nostrum confundunt cum aliquo majorum, cujus meminit Cicero pro Balbo c. 20. unde sua hausit Valer. Max. 8, 12, 1. nec caret hoc errore Vorstius ad eundem. cf. Bachius Hist. Jur. ed. Stokm. p. 254. Multam nostri mentionem habent auctores Juris Justinianei. cf. in primis Pomponium de origine Juris Dig. 1, 2, 2, 45. Apud Gruterum in Inscrr. 1131, 11 est A. Cascellius Jucundus, qui videtur orbus fuisse, qualem se dicit noster apud Val. Max. Oblatum sibi ab Augusto consulatum recusasse narrat Glandorpius in Onomastico, nullum designans auctorem, qualem nec ipse inveni.

deflectitur: ut, qui interrogatus, quid ſentiret de eo, qui in adulterio deprehenſus eſſet, *Tardum fuiſſe* reſpondit. Ei confine 88
eſt, quod dicitur per ſuſpicionem: quale illud apud Ciceronem, querenti, quod uxor ſua e fico ſe ſuſpendiſſet, *Rogo, des mihi furculum ex illa arbore, ut inſeram.* Intelligitur enim, quod non dicitur. Et hercle 89
omnis falſe dicendi ratio in eo eſt, ut aliter, quam eſt rectum verumque, dicatur. quod fit totum fingendis aut noſtris aut alienis perſuaſionibus, aut dicendo, quod fieri non

deflectitur. Turic. Guelf. Camp. *inde flectitur* cum Alm. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. qui noſtrum, quo auctore neſcio, ſed recte.

88. *Ei confine.* Turic. Guelf. *et quo fine.* Habent *et* praeterea Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Correxit Regius, acute cf. 5, 10, 96.

quale. Turic. Guelf. Camp. *quare.* cf. § 48.

hercle. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *hercule.*

falſe. Turic. *falſae*, a ſec. manu *falſae* et ſic Guelf. cf. § 39.

interrogatus — tardum fuiſſe. Vide Cic. de Orat. 2, 68. Nihil hic in receſſu, et aliena eſt Burmanni docta obſcenitas, *tardum* ad torporem in Venere trahentis.

88. *per ſuſpicionem.* Suſpicio haec eſt decantatiſſima illa apud rhetoras *figura*, unde controverſiae *figuratae* (cf. 5, 10, 70). Nam et in iis 9, 2, 65. 90. uſurpat noſter haec: *per ſuſpicionem.* Graecis eſſe ὑπόνοιαν et hic Capper. et copioſius Erneſtus (immaturâ morte interceptus) docet in Lexico utroque ſub his vocibus.

apud Cic. de Orat. 2, 69. Levis, quae et hic differentia, facile apparebit conſulenti Ciceronis libros (cf. § 67).

89. *omnis falſe — verumque.* Recte Capper. ablegat ad § 6.

90 poteſt. Aliena finxit Juba, qui querenti, quod ab equo ſuo eſſet adſperſus, *Quid? Tu*, inquit, *me Hippocentaurum putas?* ſua C. Caſſius, qui militi ſine gladio decurrenti, 559
Heus, commilito, pugno bene uteris, inquit. Et Galba de piſcibus, qui cum pridie ex parte adeſi, et verſati poſtera die appoſiti eſſent,

90. *ab equo ſuo.* Turic. Guelf. *ab eo quod ſuos* et Guelf. a pr. manu *ſuus.* Alm. *ab eo qui ſuos* et omiſſo *eſſet* (cf. § 87. item hac §). Camp. *a. e. ſputos.* Goth. Tarv. *a. e. ſputo* cum Voſſ. 2. Regius recte probat noſtram. Sed latere aliquid videtur ſub illo 8 finali librorum vett., niſi forte adhaeſit illud ex ſequente protinus *eſſet* ut mox hac §.

ſua. Camp. Tarv. *ſic* cum Ald. Baſ.

Heus comm. Camp. Tarv. Ald. inſerunt *tu*, male, ni fallor, cum *Heus* videatur eſſe vocantis, imperantis; *Heus tu* objurgantis. *adeſi.* Turic. Guelf. Camp. *aduſti* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Gryph. Philander noſtrum, vel *adeſti*, conjeciſſe Badium memorat; et eſt ſane in pr. Bad. margine noſtrum, nihil tamen in notis monito lectore. *adeſtos* Grammatica reſpuit cum et de *comeſto* ſit lis. Veriſſima emendatio. *poſtera.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *poſtero.* Nolui inſolentiorem formam fraudare bonis auctoribus. *appoſiti.* Turic. a pr. manu *appoſitus* Alm. *poſitus.* cf. hac § item 92.

90. *Juba.* Hic eſt Juba filius, hiſtoricus, quem in triumpho duxit Caeſar, poſt autem Romae educatum et literis eruditum Auguſtus regno donavit. cf. Plut. Vol. 1. p. 733 E. Appian. Civ. 2, 101 ibique Schweigheuſ.

C. Caſſius. Nemine praeterea, quod ſciam, dictum hoc referente, quis hic fuerit Caſſius, dici non poteſt. Interfector Caeſaris hoc fuit praenomine. Mox autem *uteris* penultima longa pronunciabis, ut ſit futurum indicativi pro imperativo.

decurrenti. Verbum proprium *decurrere* in exercitationibus militum, quare non ſine vitio edd. a Bad. ad Obr. *diſcurrenti.* vid. Drakenb. ad Liv. 26, 51, 4.

ex parte adeſi. Similem parſimoniam Tiberii narrat Sueton. c. 34.

poſtera die. Femininum ge-

Feſtinemus, alii ſubcoenant, inquit. Tertium illud Ciceronis (ut dixi) adverſus Curium. fieri enim certe non poterat, ut, cum declamaret, natus non eſſet. Eſt et illa 91 ex ironia fictio, qua uſus eſt C. Caeſar. Nam, cum teſtis diceret, a reo femina ſua ferro petita, et eſſet facilis reſponſio, cur illam potiſſimum partem corporis vulnerare

ſubcoenaat. Turic. (a pr. manu) *ſubſcenant.* Goth. (tac. Geſn.) *ſuccoenant.* In novato verbo malui etymon cuſtodire, quod longe ſecus fuerit *in ſuccidendo.* cf. § 3.

Ciceronis. Turic. (a pr. manu) *Cicero* cum Alm.

Curium. Turic. *Curbum* cum Alm. ſed ille a ſec. manu *Curvum.* Guelf. Goth. (ſed hic a ſec. manu, tac. Geſn.) *Curtium* cum Voſſ. 2. cf. § 73.

ut — natus. Turic. *u. declam. et n.* (ſed *et* a ſec. demum manu), cum Guelf. Camp. Goth. Voſſ. 2. Obr. Malui reſtitutam, cum facile exciderit *cum* antecedente praeſertim *ut* (quod ſpeciem dabat ſtructurae illius de qua vide § 9. cf. et 4, 4, 9.) et videar corrigentis manum deprehendere in Turic.

91. *femina ſua — petita.* Turic. *feminam ſuam — petitam*, ſed a ſec. manu; et ſic Guelf. niſi quod *potitum.*

facilis. Jenſ. Tarv. *facilius.*

reſponſio. Guelf. Camp. *reprehenſio* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ab Aldo inde ante Burm. cf. 3, 5, 15.

nus non inauditum in hoc vocabulo. cf. Drakenb. ad Liv. 1, 12, 1.

Ciceronis — adverſus Curium. cf. § 73.

91. *ex ironia.* Quod *fingitur* h. l. eſt, armatum fuiſſe teſtem illum. Fit autem illud *ex ironia*, quoniam ſpeciem dat Caeſar haec, quae dicantur a teſte, ſerio credentis, cum ſimul ſignificet, ne potuiſſe quidem ea fieri. cf. 6, 2, 15.

C. Caeſar. Aliunde quidem hoc dictum non novi. Satis tamen perſuaſum habeo eſſe C. Julii Caeſaris Strabonis cf. § 75. In hunc maxime cadit altercatio cum teſte, et ipſa quoque feſtivitas.

voluiſſet: *Quid enim faceret*, inquit, *cum*
92 *tu galeam et loricam haberes?* Vel optima eſt ſimulatio contra ſimulantem, qualis illa Domitii Afri fuit: Vetus habebat teſtamentum, et unus ex amicis recentioribus, ſperans aliquid ex mutatione tabularum,

92. *Domitii Afri.* Plin. Epiſt. 8, 18, 5 „Domitius „Afer" inquit „reliquit teſta„mentum ante octo et decem „annos nuncupatum" cujus mentio commodum ſuccurrit loco noſtro, quo magis appareat occaſio talis conſilii in homine nuper admiſſo in familiaritatem Domitii. *Falſam*, quam ille narravit, *fabulam* omiſit hic Qu., ne longus eſſet. (Nemo, puto, haerebit in *falſa fabula*, quaſi παιτολογούσῃ. Nam ſupra [6, 1, 41] *fabula circa Cepaſios* erat *vera*, nec „ceterae diei *fabu„lae*" [Suet. Dom. c. 15.] *falſae* omnes.) Sed credibile eſt hanc fuiſſe ejusmodi, ut primipilaris quidam induceretur, cujus res poſtquam eſſent mutatae, tabularum quoque mutatio conſentanea videretur. Quare hujus maxime conditionis homo ad partes vocatus ſit, equidem non dixerim; niſi forte horum tunc temporis teſtamenta plurimum jactabantur quotidianis ſermonibus. In priſtina hujus, quem tractamus, loci conſtitutione, magis propria VV. DD. viſa eſt *primipilaris* mentio, quippe qui conferrent Suetonii verba c. 38 Calig. „Teſtamenta „primipilarium, qui ab initio „principatus Tiberii, neque „illum, neque ſe heredem re„liquiſſent, ut ingrata, reſci„dit." Ad ea ipſa Caſaubonus noſtrum quoque expendit ſed ex prava ſcriptura. Eo tamen tendunt loca Dionis et Vegetii, ab ipſo appoſita, ut intelligamus, quare hereditates primipilarium ſolerent magnopere expeti. Quae Turnebus in Advv. 28, 35 acute ſane excogitavit ad haecce Quintilianea explicanda, reperta jam vera eorum ſcriptura, minus ad rem faciunt. *Suprema judicia ordinare* pro *teſtando* uſurpant juris auctores, quanquam frequentius omiſſo ſubſtantivo. vid. Briſſon. de V. S. *Rurſus* verbo *ſuadendi* hic praeter conſuetudinem antevertitur, quoniam propria ſententiae vis eſt in eo adverbio quanquam pertinente non ad *ſuadendum* ſed ad *ordinandum*, ut poſſis, ſi libuerit, virgulis ſepire τὸ *ſuaderet*.

falsam fabulam intulerat, consulens eum, an primipilari seni jam testato rursus suaderet ordinare suprema judicia, *Noli*, inquit, *facere: offendis illum.* Jucundissima sunt autem ex his omnibus lenia, et (ut sic dixerim) boni stomachi: ut Afer idem ingrato litiga-

92. *fabulam.* Guelf. Camp. Tarv. *tabulam* cum Ald. et recc. ante Gesn. exc. Obr. qui tamen nimis leviter expungit *falsam.* Nostrum praeterea defendunt Turic. Goth. 1. 2. Voss. 2. cum edd. reliquis ante Ald. Silentur Alm. (cf. § 90. 93) et Vall. *primipilari — suaderet.* Turic. *primipilaris enim intestator s.* Alm. *primipilaris ei intestator s.* Sed ille a sec. manu expungit *in* ante *testator.* Et sic Guelf. (nisi quod *eum* pro *enim*) Goth. Voss. 2. Camp. cum edd. ante Ald. sed hi omnes *ei* pro *enim.* Mox e Regii conjectura *testamento* pro *testator* ante Gesn. exc. Obr. cujus ille scripturam recepit, quae est nostra, omissis *jam* et *rursus.* Regianum illud *testamento*, sed praemisso *in*, dare narratur Goth. 2., me quidem incredulo. Voces duas, hic primum comparentes, effinxi partim ex prima Turic. manu, quae et in Alm. Goth. 2., partim ex *R*, quod nullus veterum librorum ignorat. Sequente enim protinus *S* facillime hauriebatur *rursus* quod *rs* scribitur per compendium, impositis quibusdam notis, nullo negotio evanescentibus.

93. *et ut.* Turic. Guelf. omittunt *et*, proclivi ante *ut* errore. *Afer idem ingrato.* Turic. Guelf. *aperiam demigrato* cum Alm. *aperiam de ingrato* Jens. cum edd. ante Rusc. qui de Regii conjectura *Afer ingr.* et sic reliqui. Ego inferui *idem* (6, 1, 27 Goth. *idem* omittit ante *Cic.*). Camp. *aper ingr.* manifesta, ut mihi videtur, correctione (cf. 6, 1, 9). Quod Goth. *aperiant de ingr.* dare narratur et Voss. 2. *Afer* .. (quasi lacuna interjecta) *e ingr.*, miror.

offendis illum. Minus hujus loci videri potest praesens tempus (cf. 78.) quod omnes libri praeferunt; sed censeo consulto adhibitum a Domitio, quo magis ostenderet, quanquam per suspicionem, quid sibi ipsi cummaxime esset mentis. Longius abit Turnebus l. c. referens, quasi sic in nostro positum, *offendes enim.*

93. *lenia.* cf. § 27.

tori, conſpectum ejus in foro vitanti, per nomenclatorem miſſum ad eum, *Amas me*, inquit, *quod te non vidi?* Et diſpenſatori,

in foro vit. Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *v. i. f.* cf. § 83. 105. *nomenclatorem.* Turic. *nomen elatorem*, a ſec. manu *nomen delatorem.* Goth. *nomen datoris.*

Amas — vidi? Locutio *amas quod* ſatis illuſtratur exemplo, quod ponunt, Terentii Eun. 3, 2, 3. „Ecquid „nos amas de fidicina iſta?“ Sed hoc in quovis Lexico reperias. Parum tamen, a Turnebo inde Adverſſ. 20, 27, aſſecuti ſunt jocum, quem eo trahunt, quaſi collaudet Afer litigatorem illum, qui ſe moleſto aſpectu ingrati hominis levarit. Non erat tum hic jocus pro ſolita Afri lenitate, cujus exemplum ponitur; et debebat *amo te* ſcribi, non *amas me.* Sed longe feſtivius et ſimplicius: „Nonne gratias „mihi habes, quod te videre „diſſimulávi?“ Et, mirum, interrogandi ſignum in ipſo Codice Guelf. comparet. Malim ſane *Ecquid* vel *Numquid* praemitti quaeſtioni, elapſum fortaſſe ob *inquit* ſequens, cujusmodi non eſt ſine exemplo confuſio. cf. 5, 11, 28. 6, 1, 43. hic § 86. *Ingratum litigatorem* accipio eum, qui nihil praemii contulerit patrono. cf. not. ad libr. 1 extr. ſicut toties *ingrati* appellantur, qui in teſtando obliviſcuntur principis.

diſpenſatori — debes. Quid ſit *reſpondere ad reliqua* optime docet magnus Gronovius Obſſ. 2, 4. p. 185 ſeq. „Re„ſpondere ad reliqua dicitur „qui reliquum ſolvit et parem „rationem facit vel pariat.“ Quod qui non facit, *reliquatur* ille, de qua voce conſule Briſnium de V. S. Hic diſpenſator ſervus cum velit frugi videri mancipium, credere ſe illi ſimulat jucundus Afer, ſed vel *paſſerem* hunc, nil niſi aquam guſtantem, jubet tamen reddere quod debeat. Eandem paſſeris ſimilitudinem nullo ſane praeterea loco apud veteres invenio; neque enim, quo utitur Gebhardus, huc facit illud apud Nonium (c. 2. § 335.) „*paſſerinum* pran„dium,“ ubi intelligitur id quod fruſtatim comeditur. Clarius ſane multo erat, ſi dixiſſe narraretur Afer: „Cica„da redde cet.“ cujusmodi locum ponit Gebhardus Theocrit. 4, 17 μὴ πρῶκας σιτίσδεται ὥσπερ ὁ τέττιξ? Nam in cicada notiſſimus roris paſtus. Sed et noſtrates exiguo cibo contentum avi comparant, quanquam non ſpeciei certae.

qui, cum ad reliqua non reſponderet, dicebat ſubinde, *Non comedi panem, et aquam*
561 *bibo: Paſſer redde, quod debes.* Quae ὑπὸ

Voſſ. 2. *nomen et latorem.* Camp. *nomenculatorem* cum edd. ante Baſ.

cum ad reliqua. Turic. Guelf. Camp. omittunt *ad* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ruſc. Inſeruit Regius. Bad. *c. a. aliqua.* Goth. Voſſ. 2. *c. aliqua.* cf. 4, 2, 92. Obr. *c. r.* — *reſponderent* et ſic Salmaſius.

Paſſer. Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Bal. Palat. Gebh. Andr. Dicitur Alm. ſubjicere *et* noſtrae vocis (cf. § 92. 99). Reliqui omnes *paſce et* exc. Obr. qui *Paſcere et.* Cod. Bodl. ut et reliquorum nullam mentionem fieri, conferentium ſocordiae imputo. Salmaſium ad Spart. Hadr. c. 7. noſtrum dare e MS. vel antiquiſſima editione nullus dubito, quoniam ne meminit quidem alterius ſcripturae. Gronovii vero aequius de hac textus conſtitutione judicium futurum fuiſſe mihi perſuadeo, ſi conſenſum vett. librorum vidiſſet. Nec abſurdum Gebhardi judicium, alioqui ſatis plerumque inficeti hominis, „Frigidiora haec“ in vulgata „hieme „Gallicana“ dicentis. Ubi enim ullus hic jocus, ſi *paſce* (ſive *paſcere*, quod profecto tutius, ob ſimilitudinem MSS.) i. e. epulare *et redde quod debes* dixit ſervo ſuo Afer? In eo autem Gronovii ſolitam verecundiam deſidero, quod pro *Non comedi panem* ſe ait legere *Nigrum edo panem*, nullo auctore. Eſt hyperbole in vulgato, ſatis conveniens illa diſpenſatori nequam.

ὑπὸ τὸ ἦθος. Sic plane (niſi quod ſine accentibus), Turic. Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. Alm. (quanquam ſic Burm. ΤΠΟΤΟΠΘΟC). ὑποτονθος Camp. Sed Turicenſi aſcribitur *ipothetos.* Obr. Τπόθετα. Reliqui ὑπαγωγάς. Meorum hoc

ὑπὸ τὸ ἦθος. Deſtituor ſane locis rhetorum Graecorum, qui hoc artis vocabulo utantur. Neque tamen obſcurum quo modo dicta, qualia modo relata ſunt, potuerint hac appellatione deſignari. Dicuntur enim quam maxime ἐν ἤθει, et perſonam eandem ſervant, quam alter, quocum loquimur, ſumſit. Minus doceo ὑπὸ praepoſitionem hujus locutionis propriam eſſe, potius quam κατά. An videtur, qui talia ludit, ὑποδύεσθαι ὑπὸ τὸ ἦθος? cf. l. huj. c. 2.

94 τὸ ἦθος vocant. Eſt gratus jocus, qui minus exprobrat, quam poteſt, ut idem dicenti candidato, *Semper domum tuam colui:* cum poſſet palam negare, *Credo*, inquit, *et verum eſt.* Interim de ſe dicere ridiculum eſt: et, quod in alium, ſi abſentem diceretur, urbanum non erat, quoniam ipſi palam ex-
95 probratur, movet riſum: quale Auguſti eſt, cum ab eo miles neſcio quid improbe peteret, veniret contra Marcianus, quem ſuſpicaba-

primus Tarv. Etiam obſcurius noſtro, nec magis firmatum aliorum ſcriptorum uſu. Neque enim quidquam huc faciens dant Heſychius et Suidas in v. Lepidum Regii commentum: „Subactiones dici, quod, qui iis utatur, quodammodo ſubigat „eum, quem rideat." Haec corrupta vulgo tribuuntur Turnebo iſti. Unde ſit recepta, diſcere velim. Camp. *quod* pro *quae.* *vocant.* Turic. (a pr. manu) *vocantem* cum Alm.

94. *jocus.* Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *locus* cum Voſſ. 2. et edd. ante Ruſc. exc. Camp. Correxit Regius. cf. § 29. *dicerctur.* Dedi hoc ex Obr. ſolo. Neque enim id conjecit Francius, ut credidit Geſn. Reliqui *diceret.* Sponte naſcitur emendatio, ſubjecto mox „*ur*banum." *erat.* Gryph. (1544.) *eſſet* cum edd. ante Geſn.

95. *veniret contra.* Camp. inſerit *et* cum Goth. Mallem copulam oſtendi ante *veniret*, unde facillime excidebat.

95. *Marcianus.* Sic Goth. (tac. Geſn.) priore loco. Reliqui *Martianus.* Noſtrum recte tuetur Oudend. ad Suet. Galb. c. 14.

94. *Interim — ridiculum eſt.* Miror nullum hic exemplum ſubjici. Etſi enim de ſuo conſilio aliquid narrat Auguſtus in dicto mox relato, alio tamen pertinet quam ad hanc ſpeciem. Suſpicor aliquot verba hic turbata et intercepta, fortaſſe cum exemplo ipſo. *alium* etiam aptius referas ad *ſe;* quod in noſtra ſtructura fieri nequit. Nam *de ſe* niſi aliud fuerit quam *in ſe*, improbavit hoc noſter § 82.

95. *Marcianus.* „Memora„tur Gramus Marcianus Sena„tor ſub Tiberio apud Tacit. „annal. 6, 38. Sed illum

tur et ipſum aliquid injuſte rogaturum: *Non magis*, inquit, *faciam*, *commilito*, *quae petis*, *quam quod Marcianus a me petiturus eſt.* Adjuvant urbanitatem et verſus commode 96
poſiti, ſeu toti, ut ſunt (quod adeo faciſe eſt, ut Ovidius ex tetraſtichon Macri carmine librum in malos poëtas compoſuerit),

faciam. Guelf. *facio.* cf. 83.

96. *toti.* Turic. Guelf. Camp. *tot* cum Goth. (err. Geſn.) Voſſ. 2. Alm. et edd. ante Ruſc. Correxit Regius. Sed Ruſc. omittit *ut* et fortaſſe id volebat Reg. cf. § 73. Eſt tamen apud Cic. de Or. 2, 64. *tetraſtichon.* Sic Turic. Guelf. niſi quod ſine aſpiratione. Reliqui *tetraſticho*, quanquam vetuſtiores aliquot plurimis mendis inquinati v. c. *thetaſtrico.* Corruptiſſimus Tarv. *terraſtico* et omittit *Macri*, quod facile excidebat, ſicut litera M officiebat antecedenti voci. *tetraſtichum carmen* nihil aliud eſt niſi carmen conſtans duobus diſtichis, unde nemo librum integrum effecerit.

compoſuerit. Turic. a ſec. manu *compoſuerat.* Jenſ. Tarv. *compoſuit* quod correxit Regius.

„ſenem fuiſſe oportuit, quia „hic Auguſtus militem *com-* „*militonis* titulo ornat, quod „eum feciſſe poſt bella civilia „negat Suetonius c. 25. niſi „hic in communi ſermone „praeter ſolitum blandum Au„guſtum dicamus, cum Sue„tonius abſtinuiſſe hoc voca„bulo in concionibus et edictis „ſcribat.“ BURMANNUS. *Contra venire φυσικῶς* dictum accipio, pro *e regione, in conſpectum.* Mirum tamen hoc aſyndeton. cf. not. crit. Macrobius quidem hunc Auguſti jocum non refert, nec alibi legi.

96. *Ovidius — compoſuerit.* Aemilius Macer, Virgilii, Tibulli, Ovidii aequalis, carmen aliquod *tetraſticha* appellatum, conſtans ſingulis per tetraſticha clatis epigrammatis, compoſuerit neceſſe eſt. Neque tamen ipſum opus neque parodia Ovidiana alio, quam hoc Quintiliani, teſtimonio nobis innotuit. Videtur autem Ovidius trajiciendis verſibus, quos ſingulos intactos reliquerat, in alium ſenſum deflexiſſe librum Aemilii. Scripſit ille de volucribus, herbis, ſerpentibus. item Paralipomena Homeri (quanquam Maſ-

quod ſit gratius, ſi qua etiam ambiguitate conditur; ut Cicero in Marcium hominem callidum et verſutum, cum is in quadam cauſa ſuſpectus eſſet, *Niſi qua Ulixes rate*
97 *evaſit Laërtius:* ſeu verbis ex parte muta- 562
tis; ut in eum, qui, cum antea ſtultiſſimus eſſet, poſt acceptam hereditatem pri-

Marcium. Sic Turic. a ſec. manu omiſſo antea *in*, a pr. quidem et tertia *in arcium.* Plerique vetuſtiorum *Martium* per T. niſi quod Guelf. *Arrium* Camp. *Accium* et ad hunc redeunt Ald. eoque recentiores.

hominem. Turic. *nomine* cum Alm. non ſine ſenſu. Sed fortaſſe recte junxeris utrumque. *Ulixes.* Sic Turic. Camp. *rate evaſit.* Turic. *intervaſit* cum Alm. Jenſ. *intevaſit.* Guelf. Qui darent *urte e.* non vidi, memorantur tamen a Burm. *Laërtius.* Turic. *lertius.* Jenſ. *lentius.* Jocus difficilis intellectu, nec profecto integer ad nos perlatus. Ambiguitas, qua condiri debet, in vocum ſono quaerenda videtur (cf. § 47. 78). Verſum eſſe veteris Tragici agnovit Pſeudo-Turnebus, ſed quis non? Eſt tamen corruptus, nec facile medelam adhibeas retenta *rate.* Si quid navigio opus, malim *lintre.* Sed fortaſſe e Guelf. leniſſime *inde.* Nomen poſtremum *Lartius* ſcribam, Graecis tragicis non infrequenti more, quem Accius quoque, vel quicunque tandem Romanorum antiquus, eſt adoptaſſe putandus. Neque enim obſtat, quod pro proprio uſurpant illi cteticon, cum et

ſeus in Verona illuſtrata 2, 19 non ſine ſpecie veritatis Iliacum Macrum ſecernit ab herbarum poëta). Loca veterum de hoc poëta collegit Brukhuſius ad Tibull. 2, 6, 1. Noſtro memoratur 10, 1, 56. 87. 12, 11, 27. De verſuum interpoſitione Cicero de Or. 2, 64. noſter 1, 8. 10 ſeqq.

Cicero — Laërtius. Facile hoc quidem loco ſubaudies *dixit* vel *inquit.* cf. Burm. ad Phaedr. 1, 29, 10. et Periz. Sanct. 4, 4, 7. Sed huc ea tantum pertinent, in quibus loquentis recta oratio, non obliqua, quale Curtii illud 5, 7. apud Periz. „Rex quoque — „Quin — ulciſcimur." Aliter 5, 11, 24. Jocum nemo praeter noſtrum refert, nec novimus, in quem conjectus eſt. vid. not. crit.

mus ſententiam rogabatur, *Cujus hereditas eſt, quam vocant ſapientiam*, pro illo, *facilitas eſt*: ſeu ficti notis verſibus ſimiles, quae παροιμία dicitur; et *proverbia* opportune

ſic promiſcue λαέρτιον dicant et λάρτιον. Hinc paronomaſiam efficias ad *Marcium*. Quanquam diſcrepant C et T, nolim enim *Martium* (cf. Drakenb. ad Liv. 1, 32, 1). Verior tamen huius loci emendatio fuerit ſi pro *Marcio*, *Arcio* ponatur nomen *Lartius*, quod etſi rarum, poſt veterem illum conſulem et dictatorem, tamen legitur in aliquot inſcriptionibus apud Gruterum. Sic fiat ſenarius juſtus et caeſura et ictibus, modo *niſi* producat ultimam; quod ſi diſplicuerit, licebit reponere *niſi ſi*. cf. 6, 1, 34.

97. *hered. eſt.* Turic. Guelf. Camp. *h. eſſet* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ruſc. (Tarv. etiam *haereditatis*, et *cujus* omittit Turic. a pr. manu). Correxit Regius errorem librarii male jungentis ad *rogabatur*, eo quoque recte uſus, quod mox ſine controverſia *fac. eſt*. *facilitas*. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Loc. Ven. Ruſc. Reliqui *facultas*, quo perit verſus. *notis*. Sic Turic. Guelf. cum Goth. Alm. Mureti Cod. et edd. ante Baſil. quo acc. Obr. Capp. Bip. Reliqui *novis*. Geſnero operae non videntur paruiſſe; voluit enim profecto noſtrum. Modo *fictis* dant corrupte multi editi a Tarv. inde ad Obr. *ſimiles*. Locat. *Simile* cum edd. ante Obr. niſi quod a Ruſc. inde addunt *eſt* ex conjectura Regiana. *quae*. Sic Turic. cum Alm. quam, quam *que*. Reliqui *quod*. παροιμία. Turic. παροδία, a ſec. manu *paronia* et ſic Camp. Guelf. (hi quidem graecis litt.). Noſtrum Mureti Codex et Obr. cum recc. Reliqui παροιμία. peſſime. *proverbia*. Turic. *verbia*, a ſec.

97. *ſententiam rogabatur*. Hoc in ſenatu igitur jocatus videtur Cicero. Neque enim dubito accedere Turnebiano interpreti, hoc quoque Ciceroni tributum a Qu. putanti. Verſus quidem eſt iambicus trimeter, in ea duntaxat conſtitutione ubi *facilitas* relinquitur. Nam joco illo corrumpuntur modi, cum *hereditas* non ingrediatur in verſum. *Cujus* monoſyllabum eſt, ut ſaepe apud Comicos. Poëtam veterem, unde ſit deſumtum hoc, non magis quam Regius demonſtrem. *Facilitas* antiquo more dicitur pro *facultate* cf. 4, 1, 61.

παροιμία. Haeſerunt hic

98 aptata: ut homini nequam lapso, et, ut 565
allevaretur, roganti, *Tollat te, qui non novit.* Ex historia etiam ducere urbanitatem,

manu *verba* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. marg. Bas. *ut.* Ald. subjicit *de* ex conjectura Regii, cum edd. recentioribus ante Gesn. exc. Obr.

homini nequam. Turic. *homine quam* cum Alm. Colb. Sed Turic. a sec. manu *homine in aquam*, et sic Guelf. Camp. cum edd. ante Burm. Nostrum dant Goth. Voss. 2. nisi quod ille *neque* pro *nequam*. *roganti.* Turic. *rogant* a pr. manu. Reliqui, etiam qui *homine*, omnes nostrum.

98. *ducere.* Turic. Guelf. *docere* cum Jens. Tarv. Correxit Regius, sed est nostrum jam apud Camp.

VV. DD. partim quia exemplo hoc praeceptum careret, qualia in reliquis omnibus posuit Fabius, partim quia parodia esse videretur jam in proximo. Interest quod in illo genere levis fit mutatio, in hoc potest ne ullum quidem verbum remanere pristini versus. Accedit illa veterum, toties in nostro animadversa, securitas dividendi et ordinandi systematis (cf. 5, 14, 10). Neque enim repugno si quis parodiam agnoscat in Ovidiano illo contra malos poëtas libro. cf. 5, 14, 10. Exemplo afferendo superfedit fortasse, ne longus esset, cum parodia fere (et haec altera nota est) justo carmine cernatur. Muretus ad Athenaeum ablegat, ut et Turnebus in explicatione jocorum Ciceronianorum ad libr. de Orat. 2, 64. item Gesnerus ad Fabr. Bibl. Gr. Vol. 1. p. Harl. 550 seq.

ut homini — non novit. Huic loco commodum succurrit alter Horatianus Epist. 1, 17, 62. ad partes vocatus Regio et omnibus deinceps, ubi ei, qui tolli vult fracto crure, plano „*Quaere peregrinum* „vicinia rauca reclamat.“ Nisi diserte tamen monuisset nos Qu., vix agnoscebamus proverbium in istis; nec facilis demonstratu est origo dicti, si in Horatiano exemplo jam fuit proverbium. Neminem praeter hos duos, qui eodem sit usus, designat Erasmus, 7, 75. Fortasse autem non ipsum hoc fuit proverbium, sed potius contrarium, ut consuetum esset, opem rogantibus acclamare: „Familiares „tuos adi, ego te non novi.“ Ita parodia quaedam hic fuerit proverbii, et *aptata* accipias.

eruditum: ut Cicero fecit, cum ei teſtem in judicio Verris roganti dixiſſet Hortenſius, *Non intelligo haec aenigmata. Atqui debes*, inquit, *cum Sphingem domi habeas.* acceperat autem ille a Verre Sphingem aeneam magnae pecuniae. *Subabſurda* illa conſtant ſtultis ſimili imitatione, et quae, niſi fingantur, ſtulta ſunt: ut, qui mirantibus, quod humile candelabrum emiſſet,

Sph. — *Sph.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ſp.* — *ſp.* cum Voſſ. 2. Priores quidem duo *n* in fine pro *m*.

99. *ſtultis — imit.* Turic. Camp. *ſtultiſſimi i.* cum Alm. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. Sed Guelf. (niſi quid peccavi) *ſtultiſſima i.* Noſtrum conjecit Regius ſtribligine vix ferenda. Malim *ſtulti ſimulatione* (cf. § 23. *ſimulamus*), ubi non dicam, *ſtulti* maſculine melius accipias, an neutraliter.

humile. Turic. a pr. manu *humilem.*

ſignata, deflexa. Structura quidem nominaitvi *proverbia* pendet ex illo *Adjuvant* § 96. Ceterum unde ſua hauſerit, quosve dicat *Teutonicos*, Badius, equidem ignoro, qui haec ad locum noſtrum: „Teutonicis adagium eſt: Te novi: „nec te, qui bene norit, „emet.“

98. *Cicero — domi habeas.* Bis legitur idem jocus apud Plutarchum, in vita Ciceronis Vol. 1. p. 864. D. et Apophthh. 2, 205. B. Triplicem vero apud ſcriptores materiam hujus Sphingis habes. Nam Plutarchi priore loco ἐλεφαντίνην, poſteriore ἀργυρᾶν accepiſſe narratur Hortenſius. Occaſio quidem dicti expeditior apud Plutarchum, πλαγίως τι εἰπεῖν τὸν Κικέρωνα πρὸς τὸν Ὁρτήσιον; niſi forte *teſtem rogatum* eſſe Hortenſium ipſum, interpretaris in noſtro. Alioqui non apparet, quare ſibi hoc aenigma ſolvendum duxerit Hortenſius?

99. *Subabſurda illa.* cf. § 23.

ſtultis ſimili imitatione. cf. not. crit.

et quae. Copula profecto abjicienda. Adhaeſit ex proximo.

Pranſorium erit, inquit. Sed illa *ſimilia abſurdis* ſunt acria, quae tanquam ſine ratione dicta feruntur: ut ſervus Dolabellae, cum interrogaretur, an dominus ejus auctionem propoſuiſſet, *Domum*, inquit, *vendidit.* Deprehenſi interim pudorem ſuum ridiculo aliquo explicant: ut, qui teſtem dicentem ſe a reo vulneratum, interrogaverat, *An cicatricem haberet?* cum ille ingentem in

Pranſorium. Turic. a pr. manu *prandorum*, a ſec. *pranſurum* et ſic Guelf. *pramurum* Goth. *parmurum* Camp.

dicta. Omittit Guelf. *feruntur.* Alm. *ferunt* dare narratur, ſed nihil tale in Turic. ut nec mox *interrogaret* quod Alm. tribuitur (cf. § 93. 100). Sed hoc eſt in Guelf. Goth. Camp. et edd. ante Bad. qui ſe conjecturam Regianam recipere teſtatur, cum in omnibus ſit activum.

ut ſervus. Turic. a pr. manu *et ſ.*

Dolab. Guelf. Goth. Camp. *Dolob.* cum edd. ante Gryph. exc. Jenſ. Ald. Bad. ſec. cf. § 73.

100. *aliquo.* Turic. a pr. manu *alio quo* cum Alm.

cicatricem. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Alm. Reliqui *cicatrices.*

Pranſorium. Prandia, noſtris fere jentaculis ſimilia, minorem apparatum deſiderabant.

Sed illa. *Illa* hic l. refer ad relativum infequens *quae*; neque enim intelligitur aliquid frequenti mentione tritum, quale modo in *ſubabſurdis*, ſed certa ſpecies, quae mox definitur.

Dolabellae. Ciceronis ille gener (cf. § 73), aere alieno obrutus, ab Antonio, ut ſuas partes ſequeretur, emtus eſt, ſicut olim a Caeſare Curio. In hunc ergo quam maxime cadit tale ſervi dictum.

auctionem propoſuiſſet. Proprium verbum eſt *auctionem proſcribere* vid. Briſſon. de Formm. p. 485 ſqq.

Domum — vendidit. „Acute „reſponſum: domum vendi„dit. ſ. ſuam. quomodo auctio„nem igitur propoſuiſſet: cui „nihil reliquum ſit?“ Badius.

femine oſtendiſſet, *Latus*, inquit, *oportuit*. Contumeliis quoque uti belle datur: ut

femine. Sic Turic. Reliqui *femore*. cf. § 91 et Graev. et Oudend. ad ſcript. ad Her. 3, 15 item ad Suet. Tit. c. 4. et in primis Drakenb. ad Sil. It. 1, 540, qui exemplorum copia rem confecit, in obliquis caſibus *N* potius eſſe quam *R*. adde Wolf. in Addend. Vitruv. item Qu. 1, 6, 22.

oportuit. Contumeliis. Turic. *oportunum is*, cum Alm. (cf. 99. item mox), ſed ille a ſec. manu *oportunius* et ſic Guelf. Bodl. Voſſ. 2. Vall. cum edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. ſed exc. Camp. qui noſtrum. Goth. nobiſcum facere de induſtria notavi, contra Geſn. qui loco *G.* fortaſſe volebat *Jenſ.* Sed miror hunc a ceteris, ſuisque in primis, recedere. Alteram vocem Turic. in ſec. manu ponit nullam; reliqui autem ante Bad. *iis*, niſi quod Guelf. Voſſ. 2. Goth. (err. Geſn.) Tarv. *Is*, Camp. *id*. Badius, poſtquam Regius pro *iis* ſuaſerat vel *jurgiis* vel *conviciis*, „lego," inquit „*con-*„*tumeliis*." Eum certatim ſunt ſecuti.

uti. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *utile* cum Alm. Voſſ. 2. *belle*. Camp. *bello*.

100. *Latus — oportuit*. „Latus et vitalia petere debe-„bat cliens meus, quo minus „nunc dicere contra ipſum te-„ſtimonium poſſes." Geſnerus. Plaut. Aulul. 3, 2, 4 „— iſtuc malefactum arbitror, „quia non *latus* fodi."

Contumeliis — inquit domine. Ab hiſce emendandis manum abſtinere malo, quam quidquam in denſiſſimis tenebris diſpicere videri. Varietas ſcripturae oſtendet, quam incerta ſint ſingula prope verba. In primo quidem dicto Hiſponis perſona ſatis nota. Burmannus eum deſignari putat, cujus plurimam mentionem habet Seneca pater (velut p. 230. 290 ubi dicitur aſperiorem dicendi viam natura ſecutus, p. 363). cf. et Tacitus Annal. 1, 74 ubi ne quis turpia illa delatorum vitia Hiſponi tribuat, recte cavent Pichena et Ryckius. Ejusdem cognominis memorari apud Ciceronem Ad Div. 13, 65. 14, 1. Alterius joci contumelioſi auctor Fulvius eidem Burmanno videtur eſſe Fulvius Sparſus, ſaepe et ipſe oblatus legentibus Senecam patrem; v. c. p. 179. 229. 242 quibus locis gentile quoque nomen exprimitur. Sed praeter ſuperioris dicti corruptiſſimi difficultatem, ſat habet tricarum hoc ipſum Fulvii, in quo Geſnerus *propinqui*, *legati*, ſignificationem, *chirographi* etiam inſolenter novatum genus (vide 5, 13.

Hiſpo objicienti bis acerba crimina accuſatori, 564
Mentiris, inquit. Et Fulvius propinquus
Legato interroganti, an in tabulis, quas pro-
ferebat, chirographus eſſet, *Et verus*, in-
101 quit, *domine*. Has aut accepi ſpecies, aut
inveni frequentiſſimas, ex quibus ridicula
ducerentur: ſed repetam neceſſe eſt, infini-

Hiſpo. Tarv. *Hiſopo.* *objicienti — inquit.* Turic. *obicientibus arbore c. a. mentis i.* cum Alm. (cf. hac §. item 104.) quo acc. Guelf. Goth. Voſſ. 2. Pithoei lib., niſi quod *obj.* et *mentiris*, quorum poſterius Turic. a ſec. manu. Camp. *obj. acerba c. a. m. i.* omiſſo *bis*. Jenſ. noſtrum, ſed *ardore* pro *acerba* cum edd. ante Ald. Rectiſſime Burm. „latet" inquit „aliquid; nam quid belli ſit in ruſtico illo convicio, „*mentiris*, non video." Obrechtus, quanquam genio, ut videtur, indulgens, nihil magnopere proficit, haec dans: *objicienti eliſa tempore crimina v. m. i.* Ingenio ſane non caret correctio. *Fulvius.* Turic. a pr. manu *fluvius.*

an. Turic. a pr. manu *aut.* cf. 5, 10, 69. 6, 4, 4.

chirographus. Turic. *cirograhus.* Guelf. Camp. *cyrographus.*

8. et Steph. de abuſu Gr. L. p. 26 Roloff.), merito gravatur. Superioris quidem aetatis interpretes certatim agnoſcunt contumeliam in *domini* appellatione, cui rectiſſime Burmannus, Geſnero etiam probatus, adjicit alteram in illo: *et verus*, quaſi is, cui hoc dicebatur, notatus ſit tanquam *falſarius*. Sed eſt aliquid etiam in iſto *domine*, quod tum demum perſpicietur, ſi quis *Legati* in hoc loco rectam rationem reddiderit. *Chirographi* (de quo vide Briſſon. de V. S.) mentio deducit ſane eo, de quo cogitat Geſnerus, ad tabulas teſtamenti, in quo *legatum* fuerit. Sed nihil proficitur. Gedoynus multum ſibi licere ratus non incommodam extudit utrinque ſententiam: „L'accuſateur „d'Hiſpon diſoit qu'il l'avoit „accuſé deux fois en juſtice; „*et deux fois tu as menti*, lui „dit Hiſpon. Un lieutenant „général demandoit à Fulvius „ſi le teſtament qu'il produiſoit étoit ſigné. *Et la ſignature n'en eſt pas contrefaite* „répondit Fulvius." Vides *propinqui* nec volam nec veſtigium relinqui. Geſnerus de cognomine cogitabat.

101. *repetam.* cf. § 35. 36.

tas esse, tam falsae dicendi, quam severae; quas praestat *persona*, *locus*, *tempus*, *casus* denique, qui est maxime varius. Itaque 102
haec, ne omisisse viderer, attigi: illa autem, quae de usu ipso et modo jocandi complexus sum, adeo infirma, sed plane necessaria. His adjicit Domitius Marsus, qui *de urbanitate* diligentissime scripsit, quaedam non ridicula, sed cuilibet severissimae orationi convenientia, eleganter dicta, et proprio quodam lepore jucunda: quae sunt quidem *urbana*, sed risum tamen non habent. Neque 103

102. *usu.*] Camp. *risu*. Male. *adeo — sed:* Ne hic quidem quidquam expedio. *Adeo*, quod pertinaciter retinent omnes libri, sensu prorsus caret. Videntur quidem VV. DD. accepisse pro *quidem*, *etsi*, qui mox opponeretur *sed*, sed quo tandem illi usu aut exemplo nixi? Nihil magnopere proficias si *ad ea* exculpas et hoc referas ad *complexus sum*, ut sit *simul cum iis*. cf. Drakenb. ad Liv. 4, 54, 4. *infirmarem* est in Turic. et Alm. sed ille *rem* refinxit in *sed*, quod omnes reliqui tuentur. Modo priora ordinaris, hinc facile eruas: *rem plane necessariam*, ut videlicet agatur de „usu et modo jocandi.“ Sed *infirma* ipsum quam maxime languet, prae quo *infima* malebat Regius, improbante recte Badio, sed male, cum ceteris, acquiescente in recepta. Gesnerus, *non* inseri posse ante *adeo*, putabat, vel *infinita* scribi pro *infirma*, nec sibi satisfaciens. Sententiam quidem trans nebulam video, orationem nullam extrico sanam. Verbum finitum in hisce post *illa autem quae — sum*, quam maxime desidero.

102. *complexus sum.* *Complecti* h. l. habet potestatem *conjungendi*, *admiscendi*, veluti 3, 6, 68. De *modo jocandi* cf. ad 5, 12, 1 ubi *modus utendi argg.* post ipsa argumenta tractatur. item 4, 1, 52. 6, 2, 2.

adeo infirma sed. cf. not. crit.

Domitius Marsus. cf. 3, 1, 18. Brukhusius ad Tibull. 4, 15 multa de eo collegit.

enim ei *de risu*, sed *de urbanitate* est opus institutum, quam propriam esse nostrae civitatis, et sero sic intelligi coeptam, postquam *Urbis* appellationem, etiamsi nomen proprium non adjiceretur, *Romam* tamen
104 accipi sit receptum. Eamque sic finit: *Urbanitas est virtus quaedam in breve dictum coacta, et apta ad delectandos movendosque homines in omnem affectum, maxime idonea ad resistendum, vel lacessendum, prout quaeque res ac persona desiderat.* Cui si brevitatis exceptionem detraxeris, omnes orationis 565
virtutes complexa sit. Nam, si constat rebus et personis; quod in utrisque oporteat, di-

103. *civit. et sero.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. Reliqui post *civ.* inserunt *ait*, (suadente Regio) morosiores illi hic quam § 47. et 1, 6, 36. Marsi hanc esse sententiam elicitur ex „est opus institutum" unde mox pendet infinitivus. *proprium.* Omittit Camp. *Romam.* Turic. Guelf. *roma.*

104. *si — quod.* Turic. Guelf. Camp. *sicut ista r. e. p. q.* cum Bodl. Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Stoer. nisi quod Goth. Voss. 2. edd. a Bad. sec. inserunt *et* post *pers.* In Gryph. margine primum: *sic constat* pro *sicut ista*, conjiciente (satis quidem leniter) nescio quo, neque enim ex ullo Codice prolatum credo. Hoc omnes retinuerunt, sed Gesn. recepit conjecturam Burm. *si* pro *sic* quam occupavit, sed operarum,

103. *eamque sic finit.* „Vid. supra Fabianam finitionem s. 17." Gesnerus.

104. *exceptionem.* „H. e. „ut nunc loquuntur *determinationem, restrictionem.* Vid. „supra 2, 15, 36." Gesnerus.

Nam si — eloquentiae est. i. e. Si enim nullam aliam definitionem profers, quam rebus et personis contineri urbanitatem, equidem vicissim te admonebo, dicere id, quod et in personis et in rebus conveniat, esse perfectae eloquentiae opus, nec jam solius urbanitatis.

cere, perfectae eloquentiae eſt. Cur autem *brevem* eſſe eam voluerit, neſcio quidem. At, quam in eodem libro dicat fuiſſe et in 105
multis, narrandi urbanitatem paulo poſt ita finit, Catonis (ut ait) opinionem ſecutus, *Urbanus homo erit, cujus multa bene dicta reſponſaque erunt: et, qui in ſermonibus, circulis, conviviis, item in concionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet. Riſus*

haud dubie errore, Chouetus, in quo eſt ipſa Geſneri conſtitutio, revocantis *et* (ante *quod*) ex Goth. ceterisque, omiſſum a Burm. Structura Geſneri quam maxime contorta: „Si con„ſtat (urbanitas) r. e. p. et (eo) quod i. u. o. d.; perfectae „(urbanitas) eſt eloquentiae," incommodo, ut apparet, poſtremae ſententiae ſubjecto.

perfectae — eſt. Turic. (a pr. manu) *perfecti eloquenti eſſe* cum Alm. ſed ex hoc profertur *eſt*. cf. § 100. 110.

eſſe eam. Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.). Reliqui *eam eſſe*. cf. § 93. 106.

105. *dicat.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *dicit.*

Riſ. erunt. Bad. pr. *R. eruet*, ex conjectura, nec quidquam de ea monens.

105. *At, quam — finit.* Haec cum ſit conſtans optimorum librorum ſcriptura, ferri tamen nequit. Quo enim conjunctivus in *dicat*, quo *et* poſt *fuiſſe*? Quid deinde eſt, quod „*narrandi* urbanitatem" ſic finiiſſe dicitur Marſus. „Urbanus *homo* erit?" Haec levigabuntur aliquatenus ſi *eum* ſcripſerimus pro *quam*. „Cum tamen narrandi quoque „urbanitatem fuiſſe in multis „dicat, mox hanc finitionem „ponit cet." *Finit*, ſine objecto ſive accuſativo, poſitum accipio. Qui in narrando agnoſcit urbanitatem, is a *dicto* illo *in breve coacto*, jam receſſiſſe videtur, nomenque urbanitatis etiam copioſiori ſermoni impertire.

Riſus — orator. „Primo „illud mihi liquebat, haec „verba, *Riſus — orator*, ad„huc pertinere ad Catonianam „finitionem hominis urbani; „de qua deinde judicat Fabius, „*Quas ſi recipimus finitiones* „etc. Porro illa etiam con„ſtructio, *Riſus erunt, qui„cunque haec faciet orator*,

106 *erunt, quicunque haec faciet orator.* Quas ſi recipimus finitiones, quidquid *bene* dice-

quicunque. Bad. ſec. *quaecunque*, ſuadente Regio, nec tamen ſibi ſatisfaciente.

106. *quidquid — urbane dicti nom.* Transponit Gibſonus *Dicti q. b. d. e. urbane nom.* nullo auctore, nec quidquam monens.

„ipſum olere ac ſapere Cato„nem, familiarem nuper me„um, mihi videbatur. V. G. „c. 144, 3. *Qui oleam legerit, „qui deportarit, in ſingulas „deportationes SS. N.* 11, *de„ducentur.* c. 145, 3. *Qui „eorum non ita juraverit, quae „ejus pars erit, omne deduce„tur, neque debebitur.* c. 146, „1. *Qui oleam emerit, am„plius, quam quanti emerit, „omnis pecuniae centeſima ac„cedet.* c. 157, 8. *Omnis, qui „inſomnioſus eſt, huc eadem „curatione ſanum facies.* Ni„mirum ut pro *qui* vel *qui„cunque* ponunt boni ſcripto„res *ſi quis*, ita contra ea pro „*ſi quis* antiqui illi relativo „*qui* vel quicunque uteban„tur.“ GESNERUS. In his nullum quidem τοῦ *quicunque* exemplum comparet, quod ſane inſolentius; nec eſt ipſius Catonis haec definitio, ut priſcam illam elocutionem hic expectemus; nec tamen dubito quin verum viderit Geſnerus, cum praeſertim Marſus ſolutae quidem orationis non tam peritus videatur, ut Catonianam ſimplicitatem elegantioris eloquentiae nervis et vinculis aſtringere calluerit. Sunt enim haecce ex eo prolata *fluctuantis* illius et *diſſoluti* generis, de quo agit Wolfius in praef. ad quatuor orationes Ciceronis perſonati p. 58 ſeqq. Simile quid agnoſco illorum, quae legimus 2, 15, 21.

106. *quidquid — accipiet.* Reſtitui veterum plerorumque diremtionem, cum alii, maxime recentiores, ſed et aliquot vetuſti, ita ordinent: „quidquid bene dicetur et „urbane, *dicti* nomen ac„cipiet.“ Apparet ſententiae diverſitas. Poteſt autem illa verior videri ſtructura, cum, Marſi quidem, urbanitas riſu ſaepe carere dicta fuerit (§ 102); ut nunc reprehendat Qu., riſum tribui urbanis iſtis, quae non utique *dicti*, i. e. ridiculi, nomen accipere debeant. Sed et illud improbarat in Marſi finitione, quod „omnes — complexa ſit“ (§ 104). Vide et § 109. 110. Et quis, quaeſo, qui hoc volebat, quod eſt in iſta ſtructura, non poneret: *bene et urbane dicetur?* cf. 5, 7, 26. 6, 1, 46. In genere Marſum qui-

tur, et *urbane* dicti nomen accipiet. Ceterum illi, qui hoc propoſuerat, conſentanea fuit illa diviſio, ut dictorum urbanorum alia *ſeria*, alia *jocoſa*, alia *media* faceret. Nam eſt eadem omnium bene dictorum. Verum mihi etiam jocoſa quaedam videntur poſſe non ſatis urbane referri. Nam meo quidem 107
judicio illa eſt *urbanitas*, *in qua nihil abſonum*, *nihil agreſte*, *nihil inconditum*, *nihil peregrinum*, *neque ſenſu*, *neque verbis*, *neque ore geſtuve poſſit deprehendi:* ut non tam ſit in ſingulis dictis, quam in toto colore dicendi: qualis apud Graecos ἀττικισμὸς ille

eſt eadem. Sic Turic. Guelf. Obr. Reliqui *ead. eſt.* cf. § 105. 108.

107. *geſtuve.* Turic. *guſtuque.* Guelf. Camp. *geſtuque.* Goth. *guſtuve.* *deprehendi.* Turic. *deprendi.*

ἀττικισμὸς. Sic Obr. Capp. Reliqui latt. litt. unde multa portenta extiterunt apud vetuſtiores. *atticis mos*, *atticos mos* Tur. quorum poſterius Guelf. *Acticosmos* Camp. Etiam mox *illos* pro *ille* Goth. (tac. Geſn.). Similiter K Graecum librarii

dem recte reprehendit noſter; nec tamen eidem contingit juſtam ponere finitionem, cum impediatur fere, nunc etymon premens, in quo nulla eſt ridiculi ratio, nunc uſum, qui ſane jocum praecipue complectitur vel ſatis interdum inurbanum. Neque enim M. Seneca rhetor ſuae linguae uſum ignoraſſe eſt putandus, qui, cum Ciceronem oratoris filium negaſſet (p. 51) quidquam ex paterno ingenio habuiſſe praeter *urbanitatem*, protinus narrat flagris caedi juſſum Ceſtium ab eodem per jocum. cf. Gedoynus in Commentt. Academiae Inſcrr. 8, 334—368. 12mo.

Verum — referri. Interdum pugnat jocus et urbanitas. *referre* vide 5, 13, 29.

107. *nihil abſonum.* „Simi„liter fere de voce et ſono „Tullius de Orat. 3, 12.“ Geſnerus.

ἀττικισμὸς. cf. Cic. ad Att. 4, 17. „ille Latinus ἀττικισ„μός.“ indicante Capp.

redolens Athenarum proprium saporem. Ne tamen judicium Marsi, hominis eruditissimi, subtraham, seria partitur in tria genera, *honorificum*, *contumeliosum*, *medium*. Et honorifici ponit exemplum Ciceronis quod est pro Ligario apud Caesarem, *Qui nihil soles obliviscei*, *nisi injurias*: et contumelioſi, quod Attico scripsit de Pompejo et Caesare, *Habeo*,

mutarunt in C apud Suet. Domit. c. 13. „Latine scriberetur „*Atticismus*.“ Capper. cf. 5, 10, 42.

redolens. Turic. Guelf. Camp. *reddens* cum Alm. Goth. Voss. 2. Vall. et edd. ante Ald. Nostrum eleganter conjecit Regius.

108. *Marsi hom.* Goth. (tac. Gesn.) *h. M.* pessime. cf. § 106. 109. *quod — Lig.* Sic Camp. Sed Turic. *quoque* (per compendium *qq.*) *Lig.*, a sec. mann *quod pro L.* et sic Guelf. cum Goth. Voss. 2. Ald. Obr. Reliqui *quoque pro L.*

redolens — saporem. „Apud „Plautum (Pseud. 2, 4, 48) „ad quaestionem, *Quid sapit?* „respondetur, *Hircum ab alis*. „Ipse Cicero, Plinio teste 17, „5 f. 3“ (Bip. Vol. 3. p. 159) „ubi *Certe*, inquit, *Cicero „lux doctrinarum altera, me„liora, inquit, unguenta sunt, „quae terram, quam quae cro„cum sapiunt. Hoc enim*, per„git Plinius, *maluit dixisse, „quam redolent*.“ GESNERUS. In reliquis tamen Ciceronis operibus de Orat. 3, 25. „quod crocum *olere* vide„atur.“ quem locum indicat Harduinus ad Plin. H. N. 13, 3. Ponunt quidem VV. DD. verba ista in fragmentis Ciceronianis, ut apud Ern. p. 1140; sed vix dubito quin sint ipsa illa ex libris de Oratore, memoriter relata Plinio (cf. ad § 88). Id tamen prorsus apparet *redolere saporem* potuisse scribi a Qu. Burmannus ablegat ad locum geminum 8, 1 extr. ubi loca ponit Ciceronis et Varronis, in quibus nihil est ad nostram locutionem. Apud Cic. de Orat. non dubito quin glossa sit *olere*, pro *sapere*.

108. *pro Ligario*. c. 12.

109. *Attico*. Cic. ad Att. 8, 7. paulo aliter ordinatum. cf. Plutarch. Vol. 2. p. 205. C. Macrob. Saturn. 2, 3. Noster 8, 5, 18.

quem fugiam; quem ſequar, non habeo: et medii, quod ἀποφθεγματικὸν vocat, et eſt, cum ita dixit, *Neque gravem mortem accidere viro forti poſſe, neque immaturam conſulari, neque miſeram ſapienti.* Quae omnia ſunt optime dicta: ſed, cur proprie nomen *urbanitatis* accipiant, non video: quod ſi 110 non totus (ut mihi videtur) orationis color meretur, ſed etiam ſingulis dictis tribuendum eſt: illa potius *urbana* eſſe dixerim,

109. *quem ſequar.* Turic. Guelf. Camp. *quemque ſ.*

ἀποφθεγματικὸν. Turic. ἀποφθηματικον; a ſec. manu *apothematicon.* Guelf. Camp. ἀποθηματικὸν. Goth. ἀποθηματικόν. *et eſt — dixit.* Turic. Guelf. Camp. *e. e. ita cum dixerit,* cum Goth. Voſſ. 2. (quanquam hi fortaſſe aliter ordinatum habent) et edd. ante Ald. qui tamen et ipſe *ita cum.* Noſtrum eſt a Regio. Ferri tamen nequit. *vocat et eſt* per eandem affectationem dicta videntur, quam exploſimus ad § 16. Equidem ſuſpicor *ita* corruptum eſſe ex hiſce: *in Catilinam* (cf. longius quid contractum in *ita* 5, 10, 9). Neque enim abeſſe poterat, ubi hoc diceret Cicero. Jam ſicut modo erat *eſt pro Lig.* ita hic *eſt in Cat.* cf. et 4, 2, 123 „qualis „eſt — *in Ant.* deſcr.“ Conjunctivum tamen recte mutaſſe videtur Regius. Fortaſſe *vocatur* quoque magis conveniat.

viro forti. Sic Turic. Guelf. Reliqui *f. v.* cf. § 108. 6, 4, 1. *poſſe.* Turic. a pr. manu *poſſit.*

neque imm. — neque. Turic. Guelf. Camp. *nec i. nec.* cf. 5, 10, 81.

110. *quod — totus — mihi.* Turic. a pr. manu *que — totis — vidi.* Poſt *non* inſerunt *ſolum* nonniſi edd. a Gryph. ante Obr. quo male rediit Capper.

urbana eſſe. Turic. *urbe exerio* cum Alm. (cf. § 104. 111). Sed ille a ſec. manu *urbe ex ſerio* et ſic Guelf. Goth. *verbane*

et eſt — dixit. cf. not. crit. *impetrat, accipit.* cf. 6, 1, 4, 2. Locus Ciceronis eſt in Catilin. 45.

110. *meretur.* Etiam hic: *urbana eſſe.* cf. not. crit.

quae sunt generis ejusdem, quo *ridicula* dicuntur, et tamen ridicula non sunt: ut de Pollione Asinio, seriis jocisque pariter accommodato, dictum est, *Esse eum omnium hora-*
111 *rum:* et de actore facile dicente ex tempore, *Ingenium eum in numerato habere:* etiam

ex serio. Camp. Displicet in recepta *esse*, quoniam de nomine agitur solo. Effingam ex illis: *urbana ex serio* i. e. „urbane „dicta ex serio petita." Sic *illa* revellitur sane ab illo *quae* sequente; sed commode referas ad *singula dicta*, quibus nomen urbanitatis tribuendum sit.

quo ridic. Sic Turic. a pr. manu. mox reponitur *que r.* et sic reliqui, nisi quod sane *quae r.* Capper. quidem „Sic" inquit „intelligo, quasi scripsisset Fabius: *Quae sunt generis „ejusdem atque ea, quae r. d.*" Sed per qualem usum loquendi tantum licet? *ut de Poll.* Omittunt *ut* omnes ante Rusc. Inserui Regius.

111. *actore.* Alm. *arctore*, nihil tale dante Turic. (cf. § 110. 112.) *doctore* Gryph. quod et ex Steph. affertur.

quo — dicuntur. Ad ablativum aut *in* intellige aut *ex* vel *e* vel denique *de* repone, quod exciderit post *ejusdem*. „Dicuntur ridicula ex certo „quodam dictorum genere" h. e. genus quoddam potest constitui, cujus nonnisi una species sit *ridiculum*.

omnium horarum. Mosellanus ablegat ad Erasmi Chiliad. 1, 3, 86 ubi aliquot huic similia dicta referuntur; Tiberii in primis quosdam combibones suos in codicillis appellantis *omnium horarum homines* Suet. Tib. c. 42. Addit Burm. Cic. de Orat. 2, 67 „apud Catonem est, C. Publi„cium solitum dicere, *P.* „*Mummium cuivis tempori* „*hominem esse.*" cf. Schneid. in Ind. Rust. voce *quis*.

111. *ingenium — habere.* Seneca pater Contr. l. 2. p. 184. „L. Vinicius — De „hoc eleganter dixit divus „Augustus: — *Vinicius inge„nium in numerato habet.* (cf. Idem in Excerptis p. 392.) Idem p. 414. „Tanta" (Haterio) „erat velocitas oratio„nis, ut vitium fieret. Ita„que divus Augustus optime „dixit: Haterius noster sus„flaminandus est." Hieronymus Epist. 61 ad Pammachium (citante ad Senec. contr. 13. Andrea Schotto) „Q. Haterius,

567 Pompeji, quod refert Marſus, in Ciceronem, diffidentem partibus, *Tranſi ad Caeſarem, me timebis.* Erat enim, ſi de re minore, aut alio animo, aut denique non ab ipſo dictum fuiſſet, quod poſſet inter ridicula numerari. Etiam illud, quod Cicero Cerelliae ſcripſit, 112

diff. part. Gryph. cum rell. ante Obr. inſerunt *ejus*, improbante recte Burm. neque tamen ei credam, abſolute ſic deſignatas veteribus partes Pompejanas.

non ab ipſo. Turic. *nam a. i.*, a ſec. manu *jam a. i.* et ſic Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Ald. (ſed Bad. pr. *non jam a. i.*). Regius, ſed ex libris, correxit. *Nam* et *non* confuſa vid. apud Drakenb. ad Liv. 8, 27, 2. et mox 6, 4, 1. pro *nam — uſus* in Turic. et Alm. eſt *non — u.* item 5, 14, 32.

112. *Cerelliae.* Sic Turic. Guelf. Bodl. (non *Cor.* ut Burm.). Sed Goth. *Coreliae* (non geminata L) cum Voſſ. 2. at Vall. *Corelliae* ref. Bad. Noſtrum ipſum, ſimplici L., Camp. Tarv. et edd. ab Ald. ante Burm. Is duplicavit liquidam; recte, ex inſcriptionibus. *AE* et *E* in ipſis monumentis promiſcue ſcribitur. Reliquae ante Ald. *Coteliae*, ex vitio Gothani. Apud Muratorium p. 508, 1 eſt *Caerellius* (ſic enim expletur nomen *Caer.*) *Quintilianus*, ſine C. ſcriptus, quater.

„qui *ingenium in numerato „habebat*, de quo egregie „Caeſar Auguſtus: Quinctus „noſter ſuſſlaminandus eſt.“ Poſui haec loca, ut copia fieret lectori judicandi de conjectura Torrentii qui (ad Horat. carm. 3, 10) velit reponi *Haterio* pro *actore*. Mihi quidem hoc non perſuadet. Eſt enim manifeſtus error Hieronymi, quo ſolo nititur emendatio Torrentiana.

me timebis. Longe alia mente idem dictum refert Macrob. Saturn. 2, 3. Non dubium quin major ſit Marſi auctoritas, unde pendet Qu.

112. *Cerelliae.* Cum hac muliere, docta illa et philoſophiae ſtudioſa, ſocietas aliqua epiſtolarum interceſſit Ciceroni. Neque abſtinet convicio adulterii, quanquam in anu, Fufius Calenus ille Dionianus. vid. Dio Caſſ. l. 46. p. Reim. 461. A talibus nullo negotio defenditur bonus conſularis cf. Mongalt. ad Epiſt. ad Att. 12, 51 (qui tamen non debebat Auſonii locum Cent. Nupt. p. Tollii 516

reddens rationem, cur illa C. Caeſaris tempora tam patienter toleraret, *Haec aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho:* ſtomachus enim ille habet aliquid joco ſimile. Haec, quae movebant, diſſimulanda mihi non fuerunt: in quibus ut erraverim, legentes tamen non decepi, indicata et diverſa opinione, quam ſequi magis probantibus liberum eſt.

IV. *Altercationis* praecepta poterant videri tunc inchoanda, cum omnia, quae ad continuam orationem pertinent, peregiſſem: nam eſt uſus ejus ordine ultimus: ſed, cum ſit poſita in ſola inventione, neque habere

decepi. Turic. *decipi* cum Alm. Goth. *decepti* Camp.

et diverſa. Sic Turic. cum Alm. (cf. § 111. 6, 4, 1). Ille a ſec. manu tollit *et.* Sic reliqui.

1. *habere — poſſit.* Turic. *ab heredis poſſit*, a ſec. manu *abradi p.* et ſic Guelf. Camp. cum Bodl. Bal. Andr. (ſiletur

a Cicerone avertere ad Appulejum, meliora docente I. F. Gronovio) et Middleton. in vita Cic. Vol. 3. p. 308. ed. Baſil. Nullum quidem aliud harum epiſtolarum fragmentum extat praeter hoc, neque ab alio relatum.

112. *ille.* Eleganter hoc refertur ad *ſtomachum*, nec opus mutatione Regiana *illic*, quae placet Badio. (cf. 6, 2, 14.) Similis uſus 5, 9 extr. „haec ipſa cornix.“

movebant. Unus haeret in hoc verbo Geſnerus, ceteris non quidem magis intelligentibus, ſed minus diligentibus. Interpretatur „quae *novabunt* „quidam,“ in quo non acquieſcens, conjicit *monebant.* Neutrum placet. *Movere* accipio poteſtate, de qua vide 4, 5, 14. 3, 6, 59. Praemitti autem oportet *me.* Quanquam fateor, ſic quoque nimis correptam locutionem pro hac pleniore: „quae me move„bant, *ut aliter ſentirem ac* „*Marſus.*“ Libri tamen omnes conſpirant.

1. *Altercationis.* cf. 6, 3, 4.

diſpoſitionem poſſit, nec elocutionis ornamenta magnopere deſideret, aut circa memoriam et pronunciationem laboret: priùs quam ſecundam quinque partium, hanc, quae tota ex prima pendet, tractaturus non
568 alieno loco videor: quam ſcriptores alii fortaſſe ideo reliquerunt, quia ſatis ceteris praeceptis in hanc quoque videbatur eſſe proſpectum. Conſtat enim aut intentione, aut

Alm. cf. 6, 3, 112. item mox). Voci *diſpoſitionem* obfuit ſimilitudine ſyllabarum *diſpoſſit* in Turic.

deſideret. Turic. (a pr. manu) *reſideret* cum Alm. (cf. modo, item hac §). Ortum ex „magnopere.“

quinque. Turic. Guelf. *quam que.*

alii fortaſſe ideo. Hoc ordine Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Obr. Reliqui *i. f. a.* cf. 6, 3, 109. item hic § 9. *reliquerunt.* Turic. a pr. manu *reliquerint.*

ceteris. Guelf. Camp. *aliis* cum Goth. Voſſ. 2.

praeceptis. Stoer. Chouet. Leid. Gibſ. *perceptis.* cf. 2, 17, 41. *in hanc quoque.* Turic. Guelf. Camp. *i. hac q.* cum edd. a Stoerio ante Obr. *Hanc* dare Alm. narrat Burm. cf. hac § item 2. *videbatur.* Turic. (a pr. manu) *videbantur* cum Alm. *proſpectum.* Turic. (a pr. manu) Guelf. *perfectum* cum Goth. et edd. ante Gryph. exc. Camp. (quae *perſpectum* cum Turic. ſec. manu et Alm.) Bad. qui noſtrum. Mox Stoer. et edd. ante Obr. *profectum.* Noſtrum Vall. (hic quidem cum Goth. non faciens) quod conjectura repoſuit Regius. In Stoer., ejusque commatis, haec eſt ſententia: *ceteris perceptis in hac quoque — profectum,* jacens illa magnopere.

nec — magnopere deſideret. Hic quidem non ironica illa ſignificatio, quam vide 4, 1, 24. *Magnopere* ſtatim admonet verae poteſtatis.

quinque partium. cf. 5 Pr. 5.

hanc, quae — pendet. Ad *hanc* non tam *pars* intelligenda quam *res*, vel *altercatio* ipſa. Neque enim ſextam partem facit.

depulsione: de quibus satis traditum est; quia, quidquid in actione perpetua circa probationes utile est, idem in hac brevi atque concisa prosit, necesse est. Neque alia dicuntur in altercatione, sed aliter, aut interrogando, aut respondendo. Cujus rei fere omnis observatio in illo testium loco excussa
3 nobis est. Tamen, quia latius hoc opus aggressi sumus, neque perfectus orator sine hac virtute dici potest, paululum impendamus huic quoque peculiaris operae, quae quidem in quibusdam causis ad victoriam
4 vel plurimum valet. Nam, ut in *qualitate* generali, in qua, *Rectene factum quid*,

2. *perpetua.* Camp. *praecipue.* Sane *actio* per se intelligitur *perpetua*, sed obstant mox *brevi atque concisa.* cf. 5, 7, 3. 25. hic § 4. *idem.* Sic edd. (exc. Camp.) ante Stoer. nec Jens. omittit deinceps *in.* Turic. a pr. manu *id est*, a sec. *id et* ut reliqui praeter Alm. qui nostrum dare narratur (cf. § 1. 8.) cum aliquot edd. apud Burm. *Id est* pro *idem* saepius ingeritur quam pro *id et.*

3. *quoque peculiaris.* Turic. a pr. manu *quorum p.*, a sec. *quoque peculiarius.* Posteriorem vocem sic et Guelf. *peculiari* Goth. (tac. Gesn.).

4. *ut in.* Turic. *utine*, a sec. *uti in.* in Kappii Lipsiensis Cod. *u. itque ne in.*

2. *satis traditum.* Designant lib. 3. c. 9. sed passim per totum opus adhuc factum hoc, praecipue in l. 5. ubi probatio et refutatio proprie tractantur.

in illo — loco. Lib. 5. c. 7.

3. *quia latius — aggressi sumus.* cf. 5, 7, 6.

4. *generali — quaeritur.* Haec supervacua plane videntur, possisque glossema suspicari. Sed potuit subjici explanatio vocis *qualitas*, quo magis appareret, *dominari* in ea *perp. or.* cf. 7, 4, 24. Eodem modo glossae crimen amoliti sumus 2, 1, 4. Etiam id mirum, quod additur ad-

an contra ſit, quaeritur, perpetua dominatur oratio; et quaeſtionem *finitionis*, *actionis*, plerumque ſatis explicat, et omnia paene, in quibus de facto conſtat, aut *conjectura*

an contra. Camp. *aut c.* cf. 6, 3, 100.

dominatur. Turic. Guelf. *donatur* cum Alm. Jenſ. (tac, Geſn.) Regius correxit. Sed noſtrum jam in Camp.

actionis — explicat. Turic. (a pr. manu) *a. — explicant.* Camp. *actiones — explicant* cum Goth. Voſſ. 2. Kappii Cod. Geſn. Bip. Fateor magnam eſſe primae in Turic. manus auctoritatem, eique accedere alias iſtas, integram praeſtantes ſcripturam. Sed nulla ego ratione concilior ei conſtitutioni, ubi *perpetua oratio* operoſe diſtinguitur ab iſtis continuo ſubjectis *actiōnibus*, quae tamen idem plane ſignificant. Reſtat ſcrupulus in utraque ſcriptura. et ſic ſane § 7. 14. 18. Indigebamus enim tertio aliquo verbo (poſt *dominatus*, *explicat*) quo nonniſi per ſummum languorem caret tertium comprehenſionis hujus membrum. Corrigebat quidem Francius *colligit* pro *colligitur*, hoc fortaſſe ſentiens. Sed id ipſum ut proficiat, majore mutatione opus eſt. „et — facto *non* conſtat conjectura „— colligit.“ *Non* facile excidebat inter *o* et *co* (cf. 6, 3, 71) inſerebatur *aut* poſt *ſtat*. Sic *colligit* reddetur ad *perpetua oratio*, quae *dominatur*, *explicat*, *colligit*. Durum ſane *conjectura* accipere ablativum. Sed tota ſtructura admonetur lector, tenens adhuc ſubjectum integrae comprehenſionis, quod eſt *perp. or.* Illud, quod impedimento eſſe videtur, *artificiali ratione*, interpreter oppoſitionem ad *conjectura*, adjectam ob ſequentia, in quibus *probationes extra artem* memorantur.

jectivum *generalis*. Alias hic ipſe *ſtatus qualitatis* vocatur *ſtatus* l. *conſtitutio generalis*. An forte natum inde aliquid erroris? cf. Cic. de Inv. 1, 8.

et quaeſtionem — explicat. *Actionem* h. l. interpretare *ſtatum translativum* (cf. 3, 6, 50. 84. 4, 2, 68. 5, 13, 8. 7, 1, 9). Sic habebis in hiſce *qualitate — conjectura*, quatuor illos ſtatus rationales, a noſtro diligenter explicatos c. 6. lib. 3. Malim ſane pro *quaeſtionem* hic legi *quaeſtiones* (cf. 5, 10, 36), et fuerit leniſſima correctio. Quod duo illa *finitionis* et *actionis* vocabula copula committuntur nulla, nihil habet inſoliti et huic ſtructurae congruebat. cf. tamen not. crit.

artificiali ratione colligitur: ita in iis cauſis (quae ſunt frequentiſſimae), quae vel ſolis extra artem probationibus, vel mixtis continentur, aſperrima in hac parte dimicatio eſt, nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. 5 Nam et firmiſſima quaeque memoriae judicis inculcanda ſunt, et praeſtandum, quidquid in actione promiſimus, et refellenda mendacia. Nusquam eſt denique, qui cognoſcit, intentior. Nec immerito quidam, quanquam in dicendo mediocres, hac tamen altercandi praeſtantia meruerunt nomen patro- 6 norum. At quidam litigatoribus ſuis illum 569 modo ambitioſum declamandi ſudorem prae-

iis c. MSS. mei (praeter Goth.) et edd. ante Gryph. *his c.* cf. 5, 10, 21. *quae vel.* Turic. Camp. *quae ve.* cf. § 16.

5. *inculcanda ſunt.* Turic. (a pr. manu) *inculcata ſunt.*

et praeſt. Sic Turic. Guelf. Camp. cum plerisque praeter edd. a Jenſ. ante Bad. dantes *etiam p.* unde, melius ſane ſed alienum, eruit et recepit *et jam pr.* Geſn. cum Bip.

intentior. Guelf. *interior.*

6. *ſuis illum.* Turic. *jus i.*, ſed a ſec. manu *uſi i.* et ſic Guelf. Camp. Tarv. cum Bodl. Bal. Andr. *uſi ull.* Jenſ. cum rell. ante Ald. qui recepit Regii conjecturam; eſt ea in Goth. Vall. ſed et in prima manu Turic.

mucrone pugnari. Locutionem exemplo illuſtrare non contingit, quanquam minime obſcuram; neque enim ſufficit *gladiorum* mentio, quae eſt in multis locis hic apponi ſolitis a VV. DD.

5. *Nec immerito — meruerunt.* Diſplicent haec geminata (cf. 6 Pro. 5.) ſed hoc ipſo naevo apparet quam plane *merendi* verbum abierit in ſenſum *impetrandi*, etymo plane abſterſo cf. 6, 3, 110.

ambitioſum. vide 1, 2, 22. Sed ad *declamandi ſudorem* cf. 12, 3, 4 *clamorem ſuum. Sudor* eſt agitatio cf. 5, 7, 1.

ſtitiſſe contenti, cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia, pugnamque illam decretoriam imperitis ac ſaepe pullatae turbae relinquunt. Itaque videas alios plerumque 7 judiciis privatis *ad actiones* vocari, alios *ad probationem*. Quae ſi dividenda ſunt officia, hoc certe magis neceſſarium eſt: pudendumque dictu, ſi plus litigantibus proſunt mino-

decretoriam. Sic Turic. Guelf. Tarv. cum Goth. Vall. (a ſec. manu) Bodl. Andr. Obr. (etſi ſph. *decetor.*) Roll. Capp. Geſn. Bip. Reliqui vett. *decertoriam* cum Vall. a pr. manu, et mox Ruſc. cum recentioribus *decertatoriam* ex Regii conjectura. *pullatae.* Jenſ. (tac. Geſn.) *puellatae* quod inventum correxit Regius.

7. *judiciis.* Turic. *inridiis*, a ſec. manu *inſidiis* et ſic Guelf. cum Vall. Jenſ. et edd. ante Ruſc. qui recepit Regii emendationem. Camp. tamen *ſubſelliis* et ſic Goth. Affertur e Voſſ. 2. *inſidiis*, ſed per errorem profecto, cum *ſubſelliis* ibi etiam memoretur, tanquam recepta. Poſterius Regius et ipſum inveniebat. *actiones.* Ald. cum edd. reliquis ante Gryph. *altercationes* de conjectura Regii, falſa illa et improbata Capperonnerio quoque. Intelliguntur enim *actiones perpetuae* (cf. 12, 3, 5), quibus opponitur *probatio*, quae ipſa fit partim altercatione. Ad totum locum recte adhibebis quae ſunt c. 3. lib. 12. de pragmaticis, ubi *minores advocati* ut hac ipſa § *minores*. Malim ſane hic *actionem* ſing. numero ut mox. *probationem.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum edd. ante Gryph. Reliqui *probationes.*

litigantibus. Tarv. Stoer. Chouet. Leid. Gibſ. *litigatoribus.*

pugnamque — decretoriam. cf. 10, 5, 20. L. Seneca Epiſt. 117. „Remove iſta luſoria arma; *decretoriis* opus „eſt.“ citante Nic. Fabro ad M. Senecae praef. libri 4. Controverſſ.

pullatae turbae. cf. 2, 12, 10. „Hic tamen intelliguntur „*pragmatici*“ (cf. 3, 6, 59) TURNEBUS; rectiſſime, quanquam perſonatus ille, et ex Regii nota. Neque enim coronae circumſtantium haec relinquuntur, quoniam ſunt ipſius patroni partes.

7. *ad actiones.* vid. not. crit.

res. In publicis certe judiciis vox illa praeconis, praeter patronos, ipsum, qui egerit, citat. Opus est igitur in primis ingenio veloci ac mobili, animo praesenti et acri. Non enim cogitandum, sed dicendum statim est, et prope sub conatu adversarii manus exigenda. Quare cum in omni parte hujusce officii plurimum facit, totas non diligenter modo, sed etiam familiariter nosse causas; tum *in altercatione* maxime necessarium est, omnium *personarum*, *instrumentorum*, *temporum*, *locorum habere notitiam*: alioqui et tacendum erit saepe, et aliis sub-

8. *statim.* Turic. Guelf. *satis* cum Alm.

exigenda. Sic Turic. Guelf. Camp. Tarv. cum Alm. Goth. Voss. 2. Bodl. Andr. et edd. ante Gryph. quo acc. Gesn. Rip. Reliqui *erigenda* frustra defendente Burmanno.

fam. nosse. Turic. Guelf. Camp. inserunt *nos* cum Alm. Goth. et edd. ante Bad. Regius proscripsit compositionis causa; optime. *tac. erit.* Turic. Guelf. Camp. *t. ergo.* cum Alm. Goth Voss. 2. *t. est ergo* edd. ante Ald. Regius pro *ergo* reposuit *est* obsecundantibus reliquis, praeter Ald. et Bas.

vox illa praeconis. cf. 1, 5, 43 ad quem locum erant ponenda Asconii verba ad act. pr. in Verrem p. 65. „Ab „utraque parte oratione consumta, ut in consilium dimitterentur, *Praetor* solebat „pronunciare: *Dixerunt.*" In his autem pro *Praetor* repone *Praeco*, auctore Qu. l. c. et Cic. Verr. 2, 30 „*praeco* dixisse „pronunciat."

praeter patronos. „Patroni „enim possunt esse plures, „unus tantum egisse." GESNERUS. Malis tamen fortasse „*inter* patronos," ut librarii oculus aberrarit ad „*praeco*-„nis" „*patronos.*"

8. *cogitandum.* cf. 2, 11, 4. et praef. nostr. p. 83.

manus exigenda — est. De manu vide 5, 13, 54. *exigere* autem est perferre ad corpus adversarii (Francogallice *aloncer*), ferire. cf. Gronov. ad Senec. consol. ad Marc. c. 16. citante Burm.

jicientibus, plerumque ſtudio loquendi fatue modo accedendum: quo nonnunquam accidit, ut in noſtra credulitate, aliena

quorum ſcripturam expreſſimus. Compendia τῶν *ergo* et *erit* ſatis ſimilia habes in Waltheri Lexico Diplom. p. 105, 9. 111, 21.

plerumque — accedendum. Turic. Guelf. Camp. *p. autem — a.* cum Goth. Voſſ. 2. Alm. et edd. ante Gryph. Proſcripſit *autem* jam Regius; ſed jacturae hujus faciendae nullam rationem criticam oſtendit. Etiam in ſequentibus illis *fatue modo* vix eſt acquieſcendum. Nec *plerumque* nec *ſtudium loquendi* congruit, ſi hoc *ſtudium* eſt patronorum in altercando deſtitutorum ab ſua ignorantia. Quare enim *plerumque* poſt *ſaepe?* Quodve exprobratur iis *ſtudium loquendi*, quibus turpe ſane eſt *tacere*, ut illud non tam ſit *ſtudium*, quam *officium?* Aſſumto igitur *autem*, fuerit melius *ſtud. loqu.* referre ad *ſubjicientes*, et *plerumque autem ſtudio loquendi* facere parentheſin, hac ſententia: „quod tamen illi plerumque nullo certo faciunt „conſilio, ſed pruritu quodam, aliquem ſuum quoque ſermo„nem immiſcendi.“ Ea eſt etiam Gedoyni ratio (cf. 5, 13, 46. *cupiditate dicendi*). Jam iſta „*fatue modo*“ fallor, aut habent illud *modo* inſolenter uſurpatum pro *tantum*, *ſolummodo*; quod ſi maxime ſit latinum, jacet tamen miſere. Malim igitur *fatui modo* i. e. ſicut *fatuus*, *tardus*, cui effoetum eſt cerebrum. Irrepſit hoc, inconſulto, opinor, et per ſphalma, in notam Burmanni. Mihi ſponte ſubnatum, et primo etiam propius literas ipſas volebam *fatuae modo*. cf. Senecae Epiſt. 50. p. Bip. 143. ſi forte feminae hujusmodi etiam frequentiores fuerint in domibus potentum quam mares, et ſolitae dominis ſuis per omnia aſſentiri.

quo nonnunquam. Turic. *quo nunquam*, a ſec. manu *quod n.* et ſic Guelf. Camp. cum Jenſ. et edd. ante Baſ. exc. Ald. Hic enim noſtram, Baſ. *quod nonnunquam* cum Gryph.

acc. — noſtra. Turic. omittit *ut* cum Alm. Goth. Voſſ. 2. Jenſ. *a. ut n.* Tarv. *a. ni n.* Guelf. Camp. cum edd. rell. ante Gryph. exc. Aldq. *Ni* Regius tanquam ſuam conjecturam proponit.

credulitate. Turic. Guelf. Camp. *crudelitate* cum Jenſ. Tarv. (cf. 4, 2, 107) *cruditate* Obr. *rudītate* conjecit Burm. infeliciter.

plerumque — accedendum. vid. not. crit.

9 ſtultitia erubeſcamus. Neque tamen hoc ipſis 571
monitoribus clareſcit: quidam faciunt aperte,

ſtultitia. Turic. Guelf. Camp. *ſtudia* cum Goth. Voſſ. 2. Gryph. eoque recentioribus ante Burm. Et hic et modo noſtra vocabula dare narratur Alm. negligenter profecto cf. § 2. 9.

9. *tamen hoc.* Turic. *tam cum his*, a ſec. manu *tantum his* et ſic Guelf. cum Goth. Jenſ. et recentioribus ante Ruſc. Ex Alm. et Voſſ. 2. nonniſi *his* profertur. Camp. *tamen his* cum Ald. Baſ. *tantum lis.* Ohr. *tantum* pro *tamen* retinent, exceptis, quos deſignavi, omnes ante Burm. quo redit Capper. *Hoc* pro *his* de Regii conjectura repoſuit Ruſc. Hanc eſſe inanem facile agnoſcas; neque ullis argumentis doceri poteſt *clareſcere* hic adhiberi pro „apparére, manifeſtum eſſe.“ Ineſt ſemper nitoris, ſplendoris aliqua ſignificatio, velut 8. 5. 19 „(ſententia) fit pulcherrima cum aliqua comparatióne *clareſcit.*“ Aliud eſt *clarere*; ſed hoc eſt antiquitatis affectatae, nec Qu. uſurpatum. Denique Geſnerus, qui ſolus receptam interpretari conatus eſt, nullum oſtendit juſtum ſententiarum nexum ſi prius dicuntur litigatores (eos accipit *monitores*) non agnoſcere, quantum noceat domi non docuiſſe cauſam (hoc eſt illud *hoc*); mox autem facere aperte quod rixemur, „cum „nutu ſe non patiuntur eo redigi, uti taceant quod dicto opus „non eſt.“ In hac conſilii inopia, ad mutationem confugio; cruo autem haec, partim e prima Turic. manu: „Neque *jam* „*cum* his ipſis monitoribus *clam res fit:* quidam faciunt „*aperte*“ cet. Locutio, quam induco, nihil habet inſoliti. cf. Plin. H. N. 36, 2. „Nec *clam* illud — factum eſt.“ Digeſt. lib. 43. titulus 24. „Quod vi aut *clam*“ ſcil. factum eſt. *Jam*, quod repono, minus congruere videbitur. Neque tamen quidquam temere melius extundes ex illo *tam* Turic. *tamen* minus placeat, nec *etiam* praeſtare credo. Interpreter *jam* meum: *porro*, *praeterea.* Optimum erat *non jam* accipere *non amplius*, ſed huic non eſt hic locus. Sententia univerſa hujusmodi: „Cum his ipſis autem monitoribus, „i. e. ſubjicientibus, qui per ſe ſunt valde incommodi, ne „tacite quidem, neque clam judice, transigitur negotium.“ *Aperte* quo referam, ad *faciunt*, an ad *rixemur*, haereo. In altera quidem ratione transponere paene malim vocem poſt *quod.* Nec videor mihi totum locum emendaſſe, et levigaſſe.

quid. fac. ap. Camp. *fac. ap. quidem.* cf. § 1. 14.

9. *tamen hoc.* vid. not. crit.

quod rixemur. Videas enim plerosque ira percitos exclamantes, ut judex audiat, contrarium id esse, quod admoneatur, sciatque ille, qui pronunciaturus est in causa, malum, quod tacetur. Quare bonus alterca- 10
tor vitio iracundiae careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus, et fert extra causam, et plerumque deformia convicia facere ac mereri cogit, et ipsos nonnunquam judices incitat. Melior moderatio, ac non-
nunquam etiam patientia. Neque enim
572 refutanda tantum, quae e contrario dicuntur, sed contemnenda, elevanda, ridenda

quod rix. Turic. *quae r.*, a sec. manu, sed obscure *quo r.* A Voss. 2. *quod* abesse dicitur, non addicente Goth.

admoneatur. Alm. (ref. Burm.) *admoneant.* Nihil tale Turic. (cf. § 8. 10.) Paulo melius videtur recepto; nec tamen refert. *sciatque.* Turic. (a pr. manu) *sciantque.*

10. *Nullus.* Turic. Camp. *nullius.* cf. 6, 2, 5.

fert. Turic. Guelf. Camp. *fere* cum Alm. Goth. Voss. 2. Vall. et edd. ante Rusc. Correxit Regius. cf. 6, 3, 80.

plerumque def. Turic. Guelf. inserunt *et*; per errorem.

quod rixemur. Nullam hic monitorum perfidiam notari arbitror, sed negligentiam modo et vecordiam. Neque enim apparet ulla ejus malitiae causa, cum non suppositi illi dicantur ab adversariis. Quapropter *quod* potius dixisse videtur Qu. quam *ut*, quo non tam *occasio*, ut nunc, sed *consilium* rixandi demonstraretur.

contrarium esse. Cave hoc referas ad *audiat*; pendet ex *clamantes*. Sunt igitur *patroni* „ira perciti," non *monitores*, quod recte vidit Gesnerus.

10. *mereri.* cf. § 5. Hic mire cum *cogit* componitur, neglecto item etymo.

et ipsos. Quod hic Turic., solus quidem et a prima mode manu, inserit *in*, id ego verissimum censeo. cf. 4, 1, 11.

patientia. Quae alias sane indecora est viro.

contemnenda — ridenda. cf. 5, 13, 22. 6, 3, 23.

ſunt; nec usquam plus loci reperit urbanitas. Hoc, dum ordo eſt et pudor: contra turbantes audendum, et impudentiae fortiter reſiſtendum. Sunt enim quidam praeduri in hoc oris, ut obſtrepant ingenti clamore, et medios ſermones intercipiant, et omnia tumultu confundant: quos ut non imitari,

reperit. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *recipit* cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Correxit Regius. *Repetere* et *Recipere* confuſa vide apud Drakenb. ad Liv. 28, 37, 1 et, quod ſponte credas, *repetere* et *reperire* 8, 18, 12. Alm. *recepit.* *odium — pudor.* Turic. *hoc dium ordo eſt e. p.* Alm. *Hoc diū ordo e. p.* (cf. § 9. 11). Sed ille a ſecunda manu *odium mordet e. p.* Et haec jam eſt in reliquis ſcriptura; pro qua Burm. tentat *odium tardet eo* (*etiam*, *vel*, ſic enim capio illum, minus perſpicue explanantem) *pudor*, quaerens nexum cum ſequentibus. Geſnerus, vulgatam probans et *mordet* referens ad illa *nusquam plus*, ut ſuam rationem multis probet, vereor.

11. *tumultu confundant.* Turic. *tumultum confidant*, a ſec. manu additur *in* et ſic Guelf. *in tumultum confundant* Goth.

Hoc — pudor. Subjicit praeceptis adhuc traditis cautionem, quousque iis uti deceat. Simili locutione, quanquam pleniore 11, 3, 144 „Sed *haec* „amictus obſervatio, *dum* in„cipimus." Moderatio, patientia, urbanitas commendantur, dum adverſarius in altercando ſe continet *ordine* et *pudore*, quibus mox opponitur *turbantes, impudentia. Sed* quod in transeundo ad proxima deſiderare poterat tardior, eleganter omittitur.

11. *praeduri — oris.* Ovid. Met. 5, 451 „*duri* puer *oris* „et audax." Mox opponitur „*mollis* frons" quacum confer 11, 3, 78 „(fronti) — ſan„guis — cum *infirmam verecundia cutem* accipit, effun„ditur in ruborem." item 12, 5, 4 „quamlibet *imbecilla* „*frons*." cf. et Declam. Qu. Vol. 4. p. 63.

oportebit — retundenda. Salebroſa oratio. Quidni enim alter infinitivus continuatur *improbitatem retundere*, et mox tertius *appellare?* Repone ex Buttmanni conjectura: „et — *improbitate* — *appellando*" (vid. not. crit.).

ſic acriter propulſare oportebit: et ipſorum improbitas retundenda, et judices vel praeſidentes magiſtratus appellandi frequenter, ut loquendi vices ſerventur. Non eſt res animi jacentis, et mollis ſupra modum frontis, fallitque plerumque, quod *probitas* vocatur, quae eſt imbecillitas. Valet autem 12
in altercatione plurimum *acumen*, quod ſine dubio ex arte non venit (natura enim non docetur) arte tamen adjuvatur. In qua prae- 13
cipuum eſt, ſemper id in oculis habere, de quo quaeritur, et quod volumus efficere:

(tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. Bal. Andr. Ex Alm. nonniſi *confidunt* memoratur. ex Bodl. *in tumultu.*

ſic. Guelf. *ſed.* Male. *improb. ret.* Turic. (a pr. manu) *improbitate retundendum*, cum Alm. ex quo tamen *retundendam.* *praeſidentes.* Turic. *poſſidentis*, a ſec. manu *poteſtates* Alm. *poſſidentes.* Guelf. Camp. omittunt. Male. *vices.* Turic. *voces.*

Non. Sic Turic. (a pr. manu) cum edd. ante Ald. exc. Camp. Reliqui *Nam* et ſic correxit Regius. cf. 6, 3, 111.

plerumque. Turic. a pr. manu *ferrumque* cum Alm. (cf. 10. 19). Sed ille a ſec. *verum* et ſic Guelf. Goth. (err. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2.

13. *volumus.* Jenſ. *voluĭmus*, meorum ſolus, quod inventum correxit Regius.

Non eſt res — frontis. Quae hic dicitur *res* ea non quidem univerſa eſt *eloquentia*, quod tamen ipſum ferri poterat, ſed potius *altercandi ars*, quam negat aggredi debere eum, qui nimium verecundus ſit et timidus.

fallitque. cf. 2, 12, 3. Malim ſane h. l. transpoſita illa *quod plerumque*, ut poſterior vox referatur ad *vocatur*, non ad *fallit* (cf. § 9. not. crit.). Si minus ſententia, quae in recepta eſt prope eadem, compoſitio tamen hoc flagitat.

12. *natura — non docetur.* Hoc interjicitur, ne quis credat *adjuvatur* ſpectare ad *naturam.* Referendum eſt verbum ad *acumen.* cf. 6, 3, 12. Ad *ſine dubio* reſpicit *tamen.* cf. 6, 2, 14.

quia propoſitum tenentes in rixam non ibimus, nec cauſae debita tempora conviciando conteremus; gaudebimusque, ſi hoc adver-
14 ſarius facit. Omnia tempora fere parata ſunt meditatis diligenter, quae aut ex adverſo dici, aut reſponderi a nobis poſſint. Non-
nunquam tamen ſolet hoc quoque eſſe artis 573
genus, ut quaedam in actione diſſimulata,

quia. Turic. a pr. manu *quod.* cf. 6, 2, 13.
non. Turic. (a prima manu) omittit cum Alm.
14. *fere.* Turic. (a pr. manu) *ferre.*
quae. Turic. *quae quod*, a ſec. manu *quaeque* et ſic Guelf. Camp. Goth. Jenſ. cum Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. exc. Bad. utraque, quarum prior *quaecunque.*
poſſint. Turic. (a pr. manu) *poſſunt.* Hoc, cum *quaecunque* conjunctum, verum cenſeo.
tam. ſol. Stoer. Chouet. Leid. inſerunt *dici*, peſſime.

13. *rixam.* cf. 2, 12, 2.
14. *Omnia tempora.* Plane, id quod fecit jam Capper., accedo Rollino, delere jubenti *tempora*, tanquam repetitum a librario, aberrante ad proximum verſum (cf. 6 Pro. 13). Sententia autem, exemto hoc, ita cum ſequentibus videtur conjuncta, ut praemittatur haec et occupetur velut reſponſio, nondum pertinens ad praeceptum ipſum: „Non „equidem ignoro, ei, qui dili„genter meditatus veniat in „judicium, nihil fere poſſe in„ſperatum et novum objici: „ſolet *tamen* nonnunquam" cet. Fateor autem *praeparata* aptius mihi videri quam *parata*. *fere* non quidem *prope*, *paene* interpreter ſed *plerumque*. Illi „*meditati dilig.*" non igitur ſunt, quos inſtituit Qu., ſed adverſarii. Agnoſco ultro non parvam eſſe in hoc duritiem, quod *ex adverſo*, *a nobis* alio ſane ducunt. Buttmannus retinens *tempora*, refert ad diverſa tempora proferendi quid, prout vel in altercatione dicitur, quo ipſo quoque rationem reddere ſibi videtur illius mox *tamen*. Iterationem vocabuli, quanquam moleſtiſſimam hoc loco, defenderis multis ſane exemplis. cf. § 5. *parata* tum interpretandum *convenientia*, *conducibilia*.
quae — poſſint. cf. not. crit.

ſubito in altercando proferantur, et inopinatis eruptionibus; et ex inſidiis citiſſimo facto ſimillimum. Id autem tum faciendum, cum eſt aliquid, cui reſponderi non ſtatim poſſit; potuerat autem, ſi tempus ad diſponendum fuiſſet. Nam, quod fideliter firmum eſt, a primis ſtatim actionibus arripere optimum eſt, quo ſaepius diutiusque dicatur. Illud vix ſaltem praecipiendum videtur, ne turbidus et clamoſus tantum ſit altercator, et

altercando. Camp. *altercatione* cum Ald. Baſ.

et inop. — ſimill. Turic. *eſt i. e. aut in ex i. oinciſio facte ſ.* a ſec. manu *et* (pro *eſt*), deletur *in* (quod ex errore librarii, primo *ex* omittentis, recte repetit Ulricus, cum illud *in* ab initio lineae in *inſidiis* poſtea aſcriptum, quanquam a manu pr., videatur), reponitur *citiſſimo facto.* Alm. ſiletur cum Britann. *aut* pro *et* (ante *ex*) habent mei et ſcripti et excuſi ante Gryph. cum Voſſ. 2. (de Goth. tac. Geſn.). E Turic. pr. manu haec eruo; *et eſt i. e. aut e. i. incurſioni factae ſ.* Rollinus *citiſſime factis* conjicit, Gallaeus *citiſſimo furto*, occupans Burmannum qui et ipſe *impetui* vel *incurſui* volebat inferi poſt *cit.*, Geſnerus *factum* ex aliquot Frontini locis pro *ſtrategemate* dici probare conatur; fruſtra, ut videntur, omnes.

tum fac. cum. Turic. *dum* (a pr. manu) *fac. eſt c.* cum Alm. Sed Camp. omittit *tum* et addit *eſt.* Hoc cum Guelf. et edd. ante Bad. quo acc. Baſ. *eſt al.* Turic. (a pr. manu) Tarv. omittunt *eſt*, et hinc, transponendo, fit noſtra. cf. § 9. 16. *potuerat.* Turic. Guelf. Camp. *potuerit* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Obr. Bip. probante Geſn. cf. Camp. qui 4, 1, 45. 4, 2, 64 *potuerint* pro *poterunt.*

et inopinatis — ſimillimum. cf. not. crit.

potuerat. Malim *poterat.* cf. not. crit. et 5, 10, 101.

diſponendum. Non dubito quin a Qu. fuerit *diſpiciendum.* cf. 10, 7, 20 „breve ſaltem „tempus — ad ea — *diſpi-* „*cienda* ſumamus.“ Regius *reſpondendum* conjecit.

15. *vix ſaltem.* cf. 6, 2, 19

tantum. i. e. nihil aliud quam clamoſus et turbidus, ut

quales fere ſunt, qui literas neſciunt. Nam improbitas, licet adverſario moleſta ſit, judici inviſa eſt. Nocet etiam diu pugnare 16 in iis, quae obtinere non poſſis. Nam, ubi vinci neceſſe eſt, expedit cedere: quia ſive plura ſunt, de quibus quaeritur, facilior erit in ceteris fides: ſive unum, mitior ſolet poena irrogari verecundiae. Nam culpam, praeſertim deprehenſam, pertinaciter 17 tueri, culpa altera eſt. Dum ſtat aciēs, multi in re conſilii atque artis eſt, ut errantem

15. *fere.* Turic. Guelf. Camp. *facti* cum Alm. Goth. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Gryph. conjecit Badius *fatui*, ſed et noſtrum ipſum. Mira eſt vetus illa ſcriptura, quae admonet Francogallicae locutionis: „c'eſt ainſi que l'homme eſt *fait*," cujusmodi nihil ſane vidi in latinitate.

pugnare. Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *pugna* cum Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. quo acc. Baſ.

nōn. Turic. a pr. manū omittit. cf. ad 6, 2, 11.

16. *ſive.* Turic. *ſi vel.* cf. § 4.

poen. irr. ver. Hoc ordine Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *i. p. v.* cf. § 14. 6, 5, 5.

17. *re.* Turic. (a manu ſec.) Guelf. Camp. *rem* cum Voſſ. 2. Vall. Baſ. Obr. (Goth. non memoratur) Lubricum ſane judicium, ſed ego vel ſuperſtitioſe teneo pr. Turic. manum, et res ipſa adjuvat.

nihil afferat in judicium praeter inconditum clamorem. Sic certe interpretor.

qui — neſciunt. cf. 1, 10, 18.

Nocet — non poſſis. cf. 5, 13, 34. 6, 5, 2.

17. *ſtat acies.* Huic contrarium *inclinat acies* cf. Drakenb. ad Liv. 7, 33, 7. noſtr. 5, 13, 57 „cauſae *incl.*"

in re. Aliquoties noſter *rem* dicit id ipſum quod cum maxime tractat (pro *hanc rem*), velut 6, 3, 85 et hoc capite § 11. item 9 (vid. not. crit.). Sic et Livius praef. § 4. Additur ergo hoc *in re*, ut definiatur quale hoc ſit *conſilium*, qualis *ars*, quaſi dicas: „Conſultus et peritus altercatio„nis is eſt, qui" cet.

adverſarium trahas, et ire quam longiſſime cogas, ut vana interim ſpe exultet. Ideo quaedam bene diſſimulantur inſtrumenta. Inſtant enim, et ſaepe diſcrimen omne committunt, quod deeſſe nobis putant, et faciunt probationibus noſtris auctoritatem poſtulando. Expedit etiam dare aliquid adver- 18
ſario, quod pro ſe putet, quod apprehen-
574 dens, majus aliquid cogatur dimittere: duas interim res proponere, quarum utramlibet male ſit electurus; quod in altercatione ſit potentius, quam in actione: quia in illa

majus. Turic. (a pr. manu) *majus majus* (cf. 6, 5, 9). Guelf. *magis.* Jenſ. *minus magis* cum Loc. Ven. Ruſc. Hoc inventum correxit Regius, nec video quare placeat Geſnero. *minus* etiam a Vall. abeſt. *duas.* Turic. Guelf. *alias.* *quarum.* Turic. (a pr. manu) *quartum.* Camp. *quorum.*

ire quam longiſſime. cf. 5, 7, 19.

diſcrimen — committunt. Exemplo gemino hanc locutionem declarare nondum contigit. Burmannus. juris formulam agnoſcit, qualis ſit *edictum committere* vel *multam*, de qua vide Briſſon. de V. S. cf. 7, 4, 20. *commiſſa — poena.* Geſnerus, addubitans de ſcriptura, comparat notionem verbi, qua *pugna* vel *proelium committi* dicitur i. e. incipi, conſeri. Sententiam nemo ignorat. Ego cogitandum cenſeo de Liviano iſto *rem in caſum committere* 4, 27, 6 ubi vide Drakenb.

Diſcrimen omne i. e. totius cauſae momentum, dirimtionem: ubi fortaſſe malis inſeri *eo* (i. e. in id) ante *quod* vel potius *ei*, quoniam non eſt adverbium loci. Carere tamen vel hoc poſſumus, tumque ad *deeſſe* repetemus ex proximo *inſtrumenta.*

18. *apprehendens.* Eleganter cf. 5, 14, 32. Concinnitati autem profuturum cenſeo, ſi copulam adjunxeris τῷ *quod*, ita: *quodque appr.* Quanquam ratione quadam poteſt defendi recepta, ſed minus terſa illa.

duas — utramlibet. cf. 5, 10, 69.

nobis ipsi respondemus, in hac adversarium,
19 quasi confessum, tenemus. Est in primis acuti, videre, quo judex dicto moveatur, quid respuat: quod et vultu saepissime, et aliquando etiam dicto aliquo factove ejus deprehenditur. Et instare proficientibus; et ab iis, quae non adjuvant, quam mollissime pedem oportet referre. Faciunt hoc medici quoque, ut remedia perinde perseverent adhibere, vel desinant, ut illa recipi vel
20 respui vident. Nonnunquam, si rem evolvere propositam facile non sit, inferenda est alia quaestio: atque in eam, si fieri potest, judex avocandus. Quid enim, cum respondere non possis, agendum est, nisi ut aliud invenias, cui adversarius respondere non

19. *et vultu.* Sic Turic. (a prima manu) cum Alm. (cf. § 11. 21). Reliqui *ex v.* *adjuvant.* Turic. (a pr. manu) *adjuvent.* Non male; cf. mox.

pedem oportet. Turic. (a pr. manu) *pede operet* cum Alm. ex quo posterius tantum. Goth. (tac. Gesn.) *p. oportere.* Quod sponte subnatum mihi, hac fluctuatione verisimilius fit, delendum esse illud *oportet.* Quanto enim tersior oratio, si infinitivi *instare, referre,* pendeant ex istis „Est in primis „acuti." Tum uncis sepiemus parenthesin *quod — deprehenditur.* *perinde.* Turic. Camp. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *proinde.* cf. 5, 13, 21.

20. *avocandus.* Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *advocandus.* Gesn. (per σφ.) *evocandus.*

potentius. Adverbium agnoscendum, non nomen. cf. 5, 7, 37.

20. *evolvere.* i. e. expedire, extricare. Nullum tamen ejusdem usus exemplum praesto est, nisi forte Ennianum illud 6, 3, 86 et *evolvere se e turba* apud Terent. Eun. 4, 4, 56.

poſſit? In plerisque idem eſt, ut dixi, qui 21
circa teſtes, locus, et perſonis modo diſtat, quod hic patronorum inter ſe certamen, illic pugna inter teſtem et patronum. Exercitatio vero hujus rei longe facilior. Nam eſt utiliſſimum, frequenter cum aliquo, qui ſit ſtudiorum eorundem, ſumere materiam vel verae, vel etiam fictae, controverſiae, et diverſas partes, altercationis modo, tueri: quod idem etiam in ſimplici genere quaeſtio-

21. *idem.* Hoc repoſui de mea conjectura, pro omnium librorum *judex.* *eſt ut dixi.* Sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. (cf. § 19. 22). Reliqui ante *ut* inſerunt *avocandus*, niſi quod Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Voſſ. 2. Vall. *adv.* Praeterea Goth. (tac. Geſn.) omittit *dixi qui.* Burm. (non Obr. ut putat Geſn.) *eo* adjici velit poſt *dixi.*

teſtes locus. Sic Turic. Obr. *t. locos* Guelf. *t. et locos* Camp. cum Goth. Voſſ. 2. (niſi quod ex hoc *locus*) et edd. ante Bad. quo acc. Baſ. Reliqui *t. eſt l.* et hoc repoſitum in Vall. narrat Bad. *perſonis.* Turic. (a ſec. manu) Guelf. Camp. *perſonas* cum edd. ante Bad. quo acc. Baſ. Noſtrum (contra ac narrat Geſn.) etiam in Goth. Rectiſſime Regius in recepta (*judex — perſonas*) bonam copiam ejuravit.

certamen. Turic. (a pr. manu) *cum tamen*, quanquam *cum* per compendium. *illic.* Turic. Guelf. *illa.* Non quidem ſine ſenſu. *qui ſit.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *quod f.* cum Voſſ. 2. cf. 3, 6, 64.

21. *ut dixi.* § 2. (not. 2.) *In plerisque* autem intellige: „partibus altercationis.“

et — diſtat. Languere hoc videtur, verbo relato ad *locus.* Quid ſi *diſtat* eſt pro impersonali? cf. 1, 2, 4. 5, 10, 26.

in ſimplici — quaeſtionum. Male Capper. ablegat ad 5, 10, 1. Quis enim dubitet in *ſimplici* quoque *cauſa* partes eſſe altercationis? Nec attinebat igitur hoc de induſtria moneri. Malo cogitare de *quaeſtionibus* (θέσεσι) quatenus opponuntur *cauſis* cf. 5, 10, 53 et maxime 2, 1, 9 ubi itidem reſpondent hiſce ex altera parte *verae fictaeque controverſiae.* Neque tamen in ullo eorum locorum

22 num fieri poteſt. Ne illud quidem ignorare advocatum volo, quo quaeque ordine probatio ſit apud judicem proferenda: cujus rei eadem in argumentis ratio eſt, ut potentiſſima prima et ſumma ponantur. Illa enim ad credendum praeparant judicem, haec ad pronunciandum.

V. His pro noſtra facultate tractatis, non 575
dubitaſſem tranſire protinus ad *diſpoſitionem*, quae ordine ipſo ſequitur: niſi vererer, ne, quoniam fuerunt, qui *judicium inventioni* ſubjungerent, praeteriſſe hunc locum quibusdam viderer, qui mea quidem opinione adeo partibus operis hujus omnibus connexus ac mixtus eſt, ut ne a ſententiis quidem aut verbis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari: nec magis arte traditur, quam guſtus aut odor.
2 Ideoque nos, quid in quaque re ſequendum cavendumque ſit, docemus ac deinceps docebimus, ut ad ea judicium dirigatur.

22. *judicem prof.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *judices.* *et ſumma.* Turic. (a pr. manu) *ut f.* cum Alm. cf. § 21. 6, 5, 9.

2. *docemus ac deinceps.* Haec dant Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Bodl. Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui omittunt, improbante ipſo Geſnero, qui recte ablegat ad § 6.

adjectivum *ſimplex* additur *quaeſtioni*, ut hic generi earum, ſed *infinitum*, *univerſum*.

22. *eadem in.* Malim inſeri *quae*. De re cf. 4, 12, 14. 7, 2, 17.

1. *judicium.* cf. 3, 3, 5. 6.

ſultem. vid. 6, 4, 15.

2. *cavendumque.* Elegantius videtur omitti copula, ut habet prima Turic. manus.

Praecipiam igitur, ne, quod effici non poteſt, aggrediamur, ut contraria vitemus et communia, ne quid in eloquendo corruptum obſcurumque ſit: referatur oportet ad ſenſus, qui non docentur. Nec multum a *judicio* credo diſtare *conſilium*, niſi quod illud oſtendentibus ſe rebus adhibetur, hoc latentibus, et aut omnino nondum repertis, aut

2. *Praecipiam.* Turic. Guelf. Camp. *praecipuam.* Noſtrum Jenſ. et edd. ante Gryph. exc. Bad. pr. qui e Vall. *Praecipuum*, cum reliquis. *ne quod — non.* Turic. *neque — n.* a ſecunda manu *ſine qua — nil*, et ſic Guelf. *rem ſine qua — nil* Camp. (contemnenda profecto ſcriptura, quanquam negat Capper.). Turbatum miſere in Jenſ. et Tarv. ordinem, reſtituit Regius, addicente et Vall. et meis MSS. Rollini aliena κρίσις, relegantis *referatur — docentur* (quae tamen vel gloſſae ei ſuſpecta ſunt) poſt *odor*, ſupra § 1. extr. Quam ſuadens Capper., a nemine, in Qu. lectione verſato, non agnitum iri cenſet. *obſcurumque.* Turic. Guelf. omittunt copulam (cf. not. ex. ad *cav.*) Camp. pro ea *ve.*

oſtend. ſe. Pronomen omittunt Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Alm. (Voſſ. 2. *a* dare narratur pro *ſe*) et edd. ante Ald. Correxit Regius.

Praecipiam — referatur. Haec ſibi invicem reſpondent. „Meum eſt *praecipere*, et hoc „praeſtabo; ſruſtra tamen ſe„cero, niſi *referatur* illa mea „doctrina ad ſenſus“ cet. Inſervit altera ſententia illuſtrandae priori, et eſt velut exemplo. Aldi ratio, poſt ſingula illa praecepta interrogationis ſigna ponentis, ut *Referatur oportet* ſit reſponſio, ne ipſa quidem abſurda; minus tamen accommodata videtur proximis, ubi vere aliqua doceri agnoſcitur.

communia. cf. 3, 3, 5.

ſenſus — docentur. Malis ſane *ſenſum — docetur.* Erravit certe Gedoynus, haec dans: „cela eſt ſi évident qu'il le „faut raporter aux ſens, qui „n' ont pas beſoin d'enſeigne„ment pour faire leurs fonc„tions.“

3. *conſilium.* cf. 5, 14, 27. 2, 13, 2.

ſunt; nec usquam plus loci reperit urbanitas. Hoc, dum ordo eſt et pudor: contra turbantes audendum, et impudentiae fortiter reſi-
11 ſtendum. Sunt enim quidam praeduri in hoc óris, ut obſtrepant ingenti clamore, et medios ſermones intercipiant, et omnia tumultu confundant: quos ut non imitari,

reperit. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *recipit* cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Correxit Regius. *Repetere* et *Recipere* confuſa vide apud Drakenb. ad Liv. 28, 37, 1 et, quod ſponte credas, *repetere* et *reperire* 8, 18, 12. Alm. *recepit.* — *odium — pudor.* Turic. *hoc dium ordo eſt e. p.* Alm. *Hoc diū ordo e. p.* (cf. § 9. 11). Sed ille a ſecunda manu *odium mordet e. p.* Et haec jam eſt in reliquis ſcriptura; pro qua Burm. tentat *odium tardet eo* (*etiam, vel,* ſic enim capio illum, minus perſpicue explanantem) *pudor,* quaerens nexum cum ſequentibus. Geſnerus, vulgatam probans et *mordet* referens ad illa *nusquam plus,* ut ſuam rationem multis probet, vereor.

11. *tumultu confundant.* Turic. *tumultum confidant,* a ſec. manu additur *in* et ſic Guelf. *in tumultum confundant* Goth.

Hoc — pudor. Subjicit praeceptis adhuc traditis cautionem, quousque iis uti deceat. Simili locutione, quanquam pleniore 11, 3, 144 „Sed *haec* „amictus obſervatio, *dum* in„cipimus." Moderatio, patientia, urbanitas commendantur, dum adverſarius in altercando ſe continet *ordine* et *pudore,* quibus mox opponitur *turbantes, impudentia. Sed* quod in transeundo ad proxima deſiderare poterat tardior, eleganter omittitur.

11. *praeduri — oris.* Ovid. Met. 5, 451 „*duri* puer *oris* „et audax." Mox opponitur „*mollis* frons" quacum confer 11, 3, 78 „(fronti) — ſan„guis — cum *infirmam vere*„*cundia cutem* accipit, effun„ditur in ruborem." item 12, 5, 4 „quamlibet *imbecilla* „*frons.*" cf. et Declam. Qu. Vol. 4. p. 63.

oportebit — retundenda. Salebroſa oratio. Quidni enim alter infinitivus continuatur *improbitatem retundere,* et mox tertius *appellare?* Repone ex Buttmanni conjectura: „et — *improbitate — ap*„*pellando*" (vid. not. crit.).

ſic acriter propulſare oportebit: et ipſorum improbitas retundenda, et judices vel praeſidentes magiſtratus appellandi frequenter, ut loquendi vices ſerventur. Non eſt res animi jacentis, et mollis ſupra modum frontis, fallitque plerumque, quod *probitas* vocatur, quae eſt imbecillitas. Valet autem 12
in altercatione plurimum *acumen*, quod ſine dubio ex arte non venit (natura enim non docetur) arte tamen adjuvatur. In qua prae- 13
cipuum eſt, ſemper id in oculis habere, de quo quaeritur, et quod volumus efficere:

(tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. Bal. Andr. Ex Alm. nonnihi *confidunt* memoratur. ex Bodl. *in tumultu.*

ſic. Guelf. *ſed.* Male. *improb. ret.* Turic. (a pr. manu) *improbitate retundendum*, cum Alm. ex quo tamen *retundendam.* *praeſidentes.* Turic. *poſſidentis*, a ſec. manu *poteſtates* Alm. *poſſidentes.* Guelf. Camp. omittunt. Male. *vices.* Turic. *voces.*

Non. Sic Turic. (a pr. manu) cum edd. ante Ald. exc. Camp. Reliqui *Nam* et ſic correxit Regius. cf. 6, 3, 111.

plerumque. Turic. a pr. manu *ferrumque* cum Alm. (cf. 10. 19). Sed ille a ſec. *verum* et ſic Guelf. Goth. (err. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2.

13. *volumus.* Jenſ. *voluimus*, meorum ſolus, quod inventum correxit Regius.

Non eſt res — frontis. Quae hic dicitur *res* ea non quidem univerſa eſt *eloquentia*, quod tamen ipſum ferri poterat, ſed potius *altercandi ars*, quam negat aggredi debere eum, qui nimium verecundus ſit et timidus.

fallitque. cf. 2, 12, 3. Malim ſane h. l. transpoſita illa *quod plerumque*, ut poſterior vox referatur ad *vocatur*, non ad *fallit* (cf. § 9. not. crit.). Si minus ſententia, quae in recepta eſt prope eadem, compoſitio tamen hoc flagitat.

12. *natura — non docetur.* Hoc interjicitur, ne quis credat *adjuvatur* ſpectare ad *naturam.* Referendum eſt verbum ad *acumen.* cf. 6, 3, 12. Ad *ſine dubio* reſpicit *tamen.* cf. 6, 2, 14.

ubi prooemio utendum, et quali? narrandumne, et quomodo? jure prius pugnandum, an aequo? qui ſit ordo utiliſſimus? tum omnes colores; aſpere an leniter, an 6 etiam ſummiſſe loqui expediat? Sed haec quoque, ut quisque paſſus eſt locus, monuimus: idemque in reliqua parte faciemus. pauca tamen exempli gratia ponam: quibus manifeſtius appareat, quid ſit, quod demon- 7 ſtrari poſſe praeceptis non arbitror. Laudatur conſilium Demoſthenis, quod, cum ſuaderet bellum Athenienſibus parum id proſpere expertis, nihil adhuc factum eſſe ratione monſtrat; poterat enim emendari negligentia: at, ſi nihil eſſet erratum, melioris in

narrand. — quomodo. Turic. *narrandum et ne q. m.* (cf. 6, 4, 16 ſed et 5, 8, 2), a ſec. manu *narrandum et an iniquo m.* et ſic Guelf.

ſummiſſe. Sic Guelf. Goth. Camp. Reliqui fere *ſubm.* cf. 4, 2, 62.

jure — an aequo. cf. 4, 3, 11.

prius. cf. 4, 2, 26 „*anti-* „*quior* — cura.“ Eodem modo uſurpat Caeſ. B. C. 3, 1. Adjectivum mox eſt § 11.

ſummiſſe. cf. 4, 2, 62. 7, 4, 27. „ſummiſſa et ad ſatis „faciendum compoſita.“ Repetitum a modis muſicis cf. 3, 8, 48.

7. *conſilium Demoſthenis.* Deſignat Philander Olynth. ſec. quae ſane habet hujusmodi quaedam, velut p. Reisk. 19. 24. Geſnerus Philipp. pr. excitans inde haec verba ἴν' εἰδῆτε, ὅτι οὐδὲν οὔτε Φυλαττομένοις ὑμῖν ἐστι Φοβερὸν οὔτ' ἂν ὀλιγωρῆτε τοιοῦτον οἷον ἂν βούλησθε. (p. Reisk. 41). Sed ipſa prope noſtri verba habes eadem oratione (p 40) ὅτι οὐδὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων τοιούντων ὑμῶν, κακῶς τὰ πράγματα ἔχει. ἐπεί- τοιγε εἰ πάνθ' ἃ προσῆκε πρατ-

posterum spei non erat ratio. Idem, cum[8] offensam vereretur, si objurgaret populi segnitiem in asserenda libertate reipublicae, majorum laude uti maluit, qui eam fortissime administrassent. Nam et faciles habuit aures, et natura sequebatur, ut meliora probantes pejorum poeniteret. Ciceronis quidem vel[9] una pro Cluentio quamlibet multis exemplis suffecerit oratio. Nam, quod in eo consilium maxime mirer? primamne expositionem, qua matri, cujus filium premebat aucto-

8. *eam.* Turic. Guelf. Camp. *rem* cum Goth. Voss. 2. Alm. Andr. et edd. ante Stoer. Emendavit aliquis doctus; rectissime ille, quicunque primum. Neque enim sufficit, id quod facit Burm., proferre exempla *administrandi rempubl.* quod ipsum non est in veteri scriptura.

9. *sufficerit.* Turic. Guelf. *sufficeret*, cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Stoer. exc. Camp. (si recte tacui) cf. 1, 1, 22. Turic. (a pr. manu) *sufficeretur* et sic Alm. cf. 6, 4, 22 item protinus. *mirer.* Turic. *miror* cum Alm. cf. modo item hac §. *qua matri.* Sic Turic. (nisi quod *quam*) Camp. cum Alm. Andr. et edd. ante Stoer. exc. Jens. quo acc. Obr. Reliqui *quae.* Displicet in hac ratione praeteritum *absolulit.*

τόντων οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι.

8. *Idem.* Hic Philander ablegat ad Olynth. tert. ubi tamen (p. 34 seq.) superiorum temporum oratores maxime laudat Demosthenes, qui in concionibus nihil dixerint ad demerendum populum, omnia reipublicae causa, nec suas utilitates spectaverint sed communes. Vereor etiam ut recte haec Demosthenis exempla ad partes vocarit Qu., offensam eum veritum dicens. Demosthenes quidem adeo animosus est et liber in exagitanda civium socordia, ut vix ullum ejus locum ostendi posse credam, ubi manifesta sit talis, qualem laudat noster, cautio et prudentia. Pleniissimae enim sunt Philippicae illae decem acerrimarum torporis, levitatis,

ritas, abſtulit fidem? an, quod idem corrupti judicii crimen transferre in adverſarium maluit, quam negare, propter *inveteratam* (ut ipſe dicit) *infamiam?* an, quod in re invidioſa legis auxilio noviſſime eſt uſus? quo genere defenſionis etiam offen- 577
diſſet nondum praemollitas judicum mentes: an, quod ſe ipſum invito Cluentio facere teſtatus eſt? Quid pro Milone? quod non ante

quòd idem. Turic. (a pr. manu.) *quo dicit.*

judicii. Turic. Guelf. omittunt cum Alm.

in re. Hoc prima Turic. manus bis ponit. cf. 6, 4, 18.

offendiſſet. Turic. *defendiſſet* cum Alm. cf. hac § item 10.

10. *non ante.* Turic. omittit *non* (cf. 6, 4, 16). Sed modo *quo*, a ſecunda manu et ſic Guelf.

mollitiei, injuſtitiae objurgationum, quarum qui contemſit invidiam, is non videtur unquam ſurrepturus fuiſſe ambitioni concionum. Talis conſidentiae ipſa illa Olynthiaca tertia plurima habet exempla. Si laudes majorum requiris in Demoſthene, creberrimae quidem ſunt eae, ſed nulla parcendi aequalibus ratione. cf. p. Rsk. 68. 295 — 297 usque ad celeberrimum iſtud jusjurandum. Nec Turnebianus interpres vera docet, Dionyſium Halicarnaſſenſem ajens, haec ipſa de Demoſthene prodidiſſe, capite artis de figuratis orationibus. Neque enim ibi quidquam tale figuris occultans oſtenditur Demoſthenes, verum callide avertens cives a rege Perſarum jam nunc debellando (Dion. Hal. ed. Rsk. 5, 351 — 54).

9. *inveteratam — infamiam.* Ipſe quidem Cicero *invidiam* dixit, non *infamiam*, in ipſo orationis initio. Paulo tamen poſt *infamiam judicii corrupti*, itidem primo capite; et 22 „judicia — operta — *infa*„*mia.*“ Haec nobis facilia inventu in libris excuſis. cf. ad 6, 3, 107.

legis auxilio — teſtatus eſt. cf. dicta ad 6, 1, 25.

10. *non ante narravit.* cf. 4, 2, 25.

narravit, quam praejudiciis omnibus reum liberaret? quod insidiarum invidiam in Clodium vertit? quanquam revera fuerat pugna fortuita: quod factum et laudavit, et tamen voluntatem Milonis removit? quod illi preces non dedit, et in earum locum ipse successit? Infinitum est enumerare, ut Cottae detraxerit auctoritatem; ut pro Ligario se oppoſuerit; Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit. Illud dicere satis habeo, nihil 11 esse non modo in orando, sed in omni vita, prius consilio; frustraque sine eo tradi ceteras artes; plusque vel sine doctrina prudentiam, quam sine prudentia facere doctrinam. Aptare etiam orationem locis, temporibus,

reum. Jenſ. (tac. Geſn.) Turv. *rerum.* Quod emendans Regius cum dixisset eum, qui hoc ignoraret, *instruendum* reddere grammaticis oportere, acerbe increpitus est a Badio, ipsum ab illis *instituendum* dicente ut disceret quid esset *instruere.* *liberaret.* Sic et Goth. non *liberarit,* ut Geſn. narrat. *re vera.* Turic. Camp. *res v.* Alm. *rem v.* cf. § 10, sed et 5, 7, 13.

11. *Aptare.* Turic. (a pr. manu) *appare.* a sec. *apparet,* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Alm. Andr. Bad. utr. Rollin. et aliquot Burmanni.

orat. locis. Goth. (tac. Geſn.) Camp. inferunt *accommodare* cum Voss. 2. Andr. Bad. utr. Rollin. aliisque Burmanni. cf. § 5.

insidiarum invidiam. cf. 4, 2, 57. 5, 10, 50.
voluntatem — removit. cf. 3, 6, 93.
non dedit — successit. cf. 6, 1, 25, 27.
Cottae. cf. 5, 13, 50.
pro Ligario. cf. 5, 10, 93.
Cornelium. cf. 5, 13, 18. 26.
11. *nihil esse — consilio.* cf. 6, 3, 34.

personis, est ejusdem virtutis. Sed hic quia latius fusus est locus, mixtusque cum elocutione, tractabitur, cum praecipere de apte dicendo coeperimus.

est ejusdem. Sic Turic. (a pr. manu) solus. Reliqui *esse* a pendente ex *dicere satis habeo* structura. Alienum est et hoc annumerari iis, quae dicere satis habeat.

apte. Turic. Guelf. *capite.*

de apte dicendo. cf. 1, 5, 1. Agetur autem de eo c. 1. lib. 11.